ARTE

DE

Antonio

Nebrija.

DEL AÑO

1495

Ad artem suam auctor.

O mihi per multos caste nutrita labores
Ars mea: quā genui: tēpus in omne uale.
Tēpus in oē vale: neq; enī tuus addere qcq;
Sed neq; quod genitor demere possit het
Quē sua nūc ætas opera ad maiora remittit
Quæq; sibi fuerint inuidiosa minus.
Et te iam grandē latebras exire paterni
Liminis: & media viuere luce decet.
Sed ne sola domo vadas glossemmata iunxi:
Quæ te circumstēt: quolibet ire velis.
His comitata metu posito cōtēnere uulgus:
Et detractorū verba maligna potes.
nō agnoscāt cū temera somnia fingūt.
hili versus supposuere meis.
bus: tamē impartire salute.
puli sin t vbicunq; mei.
cui: vl' siqs doctus ab illis.
s est dicere utrosq; meos.
ō primū vertere cursus:
a protinus ire viā.
ugustæ limina pfer.
ianua aperta magis.
pe sorores.
antq; sinu.
sermo latinus:
re verba docet.
itre gemellos
ena petes.
reddit iberum.
pa latina refert.
oluetq; libellos:
rte serenus erit:
or hec mādata parētis
s nō nihil iste dedit.
elicia tēpora donas:
sæcula vestra parens.

Aelius.Antonius nebrissensis:Isabelæ principi suæ.S.D.

Cum introductiones meas p̃clarissimo tuo noīe recognitas atq; īterpretatas edere
cœpissem:multi á me petierũt: ut illũ ipm prologũ quo sum celsitudinē tuā præfatus
enarrarē: tum ꝙ ꝑpter eas antiquitates quæ in eo ꝑstringunt subobscurus atq; diffici-
lis cognitu uideret:tũ etiā ꝙ rei litterariæ ꝑfessores a prooemio librorũ semp auspica-
ri cōsueuerũt. Et quãq̃ multa erāt quæ me id facere ꝓhiberēt:tũ ꝙ cōmētarios cōmē
tariis inculcādo nimio apparatu tēpus īsnmebat:tũ ꝙ officiũ īterpretis est multa incō
mēdationē auctoris illius dicere quē exponit:tũ deniq; ꝙ nullo exēplo aut perquā raro
id fieret:ut quisq̃ auctor suũ opus interpretaret:gessi tñ illis morē:qbus nihil denega
re potui .Expositionē igr̃ præfatiōis aggrediamur. Ad optimā eandemq; maximā.
In titulo siue indice siue inscriptiōe cuiusq; operis duo præcipue annotāda sũt:nomē
auctoris & subiecta libri materia.quidā addũt & ꝑsonā cuius noīe opus illud īscribit:
quæ si expressa nō fuerit:nihilominus tamē intelligimus librũ publicæ lectorũ utilita
ti dedicatũ. Auctor igr̃ est Ael.Antonius nebrissen.grāmaticus. Materia ē recognitio
cũ cōmētariis introductionũ suarũ:quas de sermone latino iam bis ediderat. Persona
cui opus dedicat:est optima eādēq; maxima Augusta isabela. Titulus nō ut quidā furo
re perciti diuināt:a titane hoc est a sole dicit:quia illustrat:qua de re in illo ope dispu-
tat:sed auctore festo:titulus a tutādo uenit:quia tuetur ac ꝓhibet:ne plagiarius quis-
piam librũ alieno labore partum pro suo edat. Index uero dicit ab eo quod & auctoris
nomē simul & materiā indicat:& q̃si digito demonstrat.Inscriptio quoq; appellat:quia
primā statim fronte atq; libri initio inscribit. Sed quanq̃ ordo naturæ desiderat:ut no
men auctoris præponi debeat:deinde materia subiungi:tum demũ ꝑsona:cuius nomie
opus editur:nos inani quadā ambitione ꝑsuasi oīa īuertimus:postponimusq;:quod fue
rat præponendũ. Pari sunt in errore:qui in hunc modũ loquunt:rex & tu & ego ueni
mus. Nam si uerũ est quod grāmatici dicũt uerbũ digniori respōdere debere:eadē rati
one dicendũ fuit: rex & tu & ego uenit:quod nō minus absurdũ q̃ ridiculũ est dicere:
quoniā in orōnis serie nō tam rerũ dignitas q̃ ꝑsonarũ ordo desiderat. Quare in titulo
dicendũ fuit potius:Aelii Antonii nebrissensis grāmatici præfatio in recognitionē cō
mentariosq; introductionũ suarũ:ad optimā eādēq; maximā Augustā. Sed quoniā au-
ctor est Aristoteles multitudinis arbitrio loqui oportere:sentiendũ uero esse cũ paucis
in titulo qui multitudini legēdus proponit:Augustā nostrā anteposuimus. Ad op-
timā eādēq; maximā. Ego nō alio potissimũ dignitatis epitheto dignatus sum hispani
arum reginā:quā quod antiquitas dedit suo ioui:quē græcia in arce diuinitatis cũ po-
suisset:optimũ maximũq; appellauit: optimũ uidelicet ꝑpter beneficentiā:maximũ ue
ro quia supremũ gradũ in uniuersitate rerũ obtinere putabat. Idē ꝑpe ualeret si dixis
sem ad altissimā eādēq; clarissimā Augustā.Nā altissimũ est quod in sũmo rerũ fastigio
collocatũ est:clarissimũ uero quod uirtutis splendore conspicuũ atq; illustre redditur:
unde gloria illa resultat:quā Cicero dicit esse cōsensum bonorũ:atq; incorruptā uocē
bene iudicātiũ de excellēti quadā uirtute :tametsi in epistolis ad lucilliũ Seneca gloriā
áclaritudine distare putet:ut gloria sit cōsensus multorũ:claritudo uero tātũ bonorũ.

Quod uero nōnulli reges serenissimos appellāt: id neq; usitate neq; ꝓprie neq; latine
dicit. Nā si uultus serenitas q̃ animi trāquillitatē ꝑmittit:uirtus est:si iusticia.fortitu
do.seueritas.grauitas.magnitudo animi.largitas.beneficētia.liberalitas.uirtutes re-
giæ sũt:ut Cicero pro rege Deiotaro scribit:nō minus tamē ad subditos ꝑtinēt.Regũ
igitur ꝓpria est celsitudo claritasq;:& si ambitiose nimiũ Vulpianus in libris digesto-
rum titulo de senatoribus dicat senatores quoq; posse claros appellari. Augustā.quē
admodũ uxores regũ reginæ:sic imperatorũ ut uulgus loquit nō imperatrices: sed au-
gustæ appellant. Augustā igit diximus siue ab augusto augurio:quod huius auspiciis
res omnis hispana restituta est:siue ab augēdo quia ipa uires subministrāte: ductu atq;
imperio dulcissimi cōiugis respublica hispana aucta ꝓgagataq; sit. Isabelā.hispanus
sermo nomē hoc a diui ioānis baptistæ matre helisabeth detorsisse uidet.sed quia decli
natiōis latinæ ratio exigebat:ut ab helisabeth helisabētha diceremus:idq; durũ cũ ple
risq;:tũ eidem ipi reginæ uisum sit: ab isabel uoce hispana nouo nomine isabelā poti-
us q̃ ex helisabeth uoce hebraica helisabēthā fecimus. Nā quod tēpestate nostra docti
quidā hoies helisabeth asperitatē declinatione græca mollire tentant in helisabe es:id
neq; auctoritate:sed neq; ratione faciunt. Nemo enī sic unquā locutus est:& declinari

onis græcæ latinæq; ratio exigit ut huiusmodi noĩa nõ detractiõe sed extẽsiõe potius
litterarũ molliant̃.ab helisabeth igit̃ helisabẽtha:aut ab isabel isabẽla dicendũ est:ad-
dita littera quã latina ratio exigit:quẽadmodũ ab abrahã abrahámus a iacob iacóbus a
ioseph iosephus uiri doctissimi fecerũt.   Huius nõis tertiã.prima namq; huius nõis
regina fuit Lodouici illius filia qui primus in gallia hoc noĩe regnauit:quã duxit uxo
rem Alphõsus ille qui hispaniarũ imperator est cõsalutatus. Secũda fuit huius nostræ
ex ioanne secũdo mater fœlicissima.   Hispaniæ hæc a græcis ab ibero amne siue ab
iberibus qui illã incoluerũt iberia dicta est. A latinis uero hesperia minor eadẽ ratiõe
quæ hesperia maior italia est a græcis appellata. A iunioribus deinde ab hispali hispa
nia ut noĩaretur obtinuit.   Ac insularũ nostri maris.quod uulgus mediterraneũ uo-
cat:latini nostrũ siue herculeũ mare appellãt:cũ mediterranea potius dicant̃ loca ama
ri remota:ut si dixeris toletũ est urbs mediterranea. Insularũ uero ambitiose dixit:cũ
nõ oĩm sit regina:sed tãtũ pityusarũ.beleariũ.sardiniæ.corsicæ.siciliæ.cũ reliquis illi
adiacẽtibus insulis.   Reginã.nõ qua ratiõe uxores atq; filiæ regũ a latinis reginæ di
cunt̃:sed quia regnũ hispaniarũ illi dotale fuit.   Aelii Antonii nebrissensis grãma-
tici:ut Aelius sit prænomẽ.Antonius nomẽ.nebrissẽsis cognomẽ.grãmaticus uero ag
nomẽ ex professiõe sumptũ. Solẽt multi á me quærere cur Aelii prænomẽ mihi adop-
tauerim:cũ prænomina gẽtilicia esse debeãt:hoc ẽ familiæ cuiusq; ꝓpria. Quibus ego
respõdendũ esse opinor hoc in loco simul oĩbus quod sũ singulatim respõdere solitus:
illã uidelicet fuisse mihi causam prænomẽ hoc assumẽdi:quod nebrissæ atq; in agro ne
brissensi cõplura sũt antiquitatis monumẽta in q̃bus æliorũ atq; ælianorũ familia mar
moribus incisa legunt̃. Licuit ergo mihi tãquã a maioribus meis hereditario quodam
iure p̃nomẽ hoc adoptare:cũ p̃sertim in tota bethica æliorũ familia fuerit clarissima:
ex qua sũt Ael.traianus·Ael. hadrianus cæsarũ p̃stãtissimi:q mihi fuerũt ꝓpe dixerim
cõterranei. Dicet uero quispiã:Aelii atq; Aeliani quos tu dicis nebrissam tuã coluisse:
quosq; falso maiores tuos fuisse iactitas:quod ipsa noĩa præse ferũt: romanos fuisse cõ-
stat:qui post annos circiter septingẽtos a gotthis uandalisq; nebrissa pulsi sũt:aq; rursus
gotthi roderico rege a pœnis mauritanisq;:quos tandem post ãnos circiter quingẽtos
ferdinãdus tertius oĩum gẽtis gotthicæ regũ clarissimus atq; perinde sanctissimus tam
diuturna possessione deiecit. Quo igr̃ iure quãue iniuria tibi inde hereditariũ nomẽ
usurpas:cuius stemma totiens interruptũ est? His ego possum illud adhuc respondere:
etsi fortuna illius oppidi quẽadmodũ & aliarũ rerũ sæpe mutata est:licuisse mihi tamẽ
a romanis patriæ quondã meæ colonis:quorũq; uirtutis sum admirator:si nõ per natu
rã:saltẽ per adoptionẽ:aut per pythagoræ palin genesiã hoc est regenerationẽ:aut per
Anaxagoræ potius homæomeriã idest oĩum ꝑtiũ atq; mẽbrorũ inter se sil'itudinẽ: quã
Maro quarto æneidis libro significare uisus est: cũ elissã his uerbis iprecantẽ inducit.
Exoriare aliq̃s nr̃is ex ossibus ultor:qui face dardanos ferroq; sequare colonos. Nam
quẽadmodũ dido optat atq; p̃catur:ut ex cineribus suis aliq̃n oriat̃:qui iniuriæ sibi ab
ænea illatæ sit ultor:quod hãnibal postea fecisse putat̃:eádẽ quoq; ratiõe possũ ego dice
re me unũ ex posteritate romanorũ esse:ex quorum cineribus nõ minus ego sum ortus
quã hãnibal fuit ex ossibus elissæ.   Antonius nomẽ est genti meæ frequẽtissimũ:quo
noĩe fuit mihi auus atauusq; materni:uiuitq; adhuc soror Antonia quæ noĩe quoq; ipo
proauiã refert.   Nebrissẽsis. De antiquitate illius oppidi quoniã multa in aliis quo
ꝗ locis carmine & prosa orõne cõscripsimus:illud tãtũ in hoc loco nõ est dissimulãdũ:
nebrissã:q̃ alio noĩe ueneria est appellata:turdetanorũ esse oppidũ perq̃ uetustũ in be-
thica positũ a libero patre: quo tp̃e uictor hispaniã lustrabat:iter æstuaria bethis: quẽ
admodũ auctores sũt strabo plinius & ptolemæus: appellatãq; nebrissam a nebridibus
dãmarũ pellibus:quarũ erat usus in sacris:q̃ bacchus illo in illo ĩstituerat:dicẽte Sillio
italico punicorũ libro tertio.At nebrissa dionysæis conscia thyrsis.Quã satyri coluere
leues redimitaq; sacra nebride:& hortano menas nocturna lyæo. Nã tp̃ibus secundi
belli punici iã floruisse nebrissã atq; singularẽ in eo bello operã hãnibali nauasse:idem
Sillius testat̃.   Grãmaticus nomẽ est ꝓfessiõis:neq; enĩ dedignati sumus nos ea ꝓfessi
one censeri:q̃ nobis tãtũ honoris pepit:quãtũ etiã me tacẽte obtrectatores mei cõfitẽt̃
Præfatio sic latine dicit̃ qui græce ꝓlogus siue ꝓœmiũ appellat̃.   In recognitionẽ cõ
mentariosq;.& cur utrũq; fecerit:causas in ipsa p̃fatiõe narrabit.   Introductionũ. Iã
ab ipso statim op̃is initio ꝓfitemur nos non artẽ grãmatices absolutã:& cui nihil addi

possit.sed introductiones tãtũ latinas scribere:ne quisquã possit calũniari nos aliquid omisisse eorũ quæ ad grãmaticẽ pertinere existimanť:quod assequi erat infiniti cuiusdam operis:& quod magis obesse q̃ prodesse poterat iis maxime:quibus introductiões nostræ scribunt. Bis ediderat. priores ad perquã Reuerẽdũ patrẽ ac illustrissimũ dominũ Petrũ mendozã.S.R.E.Cardinalẽ hispanũ. Quæ quia hominibus carmini Alexandrino assuetis nõ multũ placebãt: secundã adicemus ad nobilissimũ adolescẽtẽ gutteriũ ã Toleto:in qua illa tãtũ uersibus cõplexi sumus:q̃ cũ sint uaria atq; de rebus minutissimis differentia in promptu pueris habẽda erãt quod uideť posse facilius carmẽ de se præstare.

Ad optimã eandemq; maximam Augustam Isabelã huius nominis tertiam hispaniæ ac insularũ maris nostri reginam clarissimã. Aelii Antonii nebrissẽñ. grãmatici in recognitionẽ cõmẽtariosq; introductionũ suarũ quas de sermone latino bis ediderat:Prologus incipitur fœliciter.

Hales ille milesius qui fuit vn⁹ idẽq; primus illorũ septẽ quos græcia iactat sapientiæ studiosos:interrogatus aliquãdo quisnã esset sapiẽs:tẽpus inquit:subiecitq; éuestigio causam:quod oĩa inueniat. Præclara me hercule vox & tali viro digna sententia: quæ declarat:nullã esse artẽ ex iis q̃ sũt humano ingenio adinuẽtæ: quã nõ temporis longinquitas absoluat. Hinc & aristoteles tẽpus inquit rerum repertor est adiutorq; probus:vnde & artiũ facta sũt additamẽta.

t Hales ille milesius. hæc præfatio in tres partes distribuiť. Prima enumerat causas cur auctor introductiões suas iã bis editas recognouerit. Secũda cur in illas cõmẽtarios adiecerit. Tertia cur Isabelæ hispaniarũ reginæ potissimũ dedicauerit. In prima præfationis parte artificiosa quadã insinuatiõe utitur. Nã cũ inconstãtiæ ac leuitatis nec minus ignorãtiæ signum uideti posset totiens idẽ opus edere excusat se auctoritate milesii Thaletis:qui cũ aliquãdo interrogareť quis esset sapiẽs:respondit tempus: quod oĩa inuenit. hoc igiť auctore dicit se quædã operi suo adiecisse: quædã rursus detraxisse. Deinde subdit aliã adhuc causam opus illud emẽdãdi quod inscicia quorundã atq; ignorãtia ĩpressorũ librariorũq; mnlta fuerãt ex exẽplari deprauata:quæ tamẽ suis locis reddẽda sunt. Dicit igiť proponẽs: Thales milesius. Quem admodũ Diogenes laertius scribit thales patriã habuit phœniciã:postea uero ciuis mileti ascriptus:q̃ fuit urbs in ionia clarissima:obtinuit: ut milesius potius quã phœnix cognominareť. Ille hoc in loco emphasin quandam habet auctore ualla. Qui fuit unus ex numero septẽ sapientũ. Idemq; primus in ordine scilicet illorũ septẽ. Nã cum adolescẽtes iouii iactũ rætis a piscatoribus emissent:essetq; inter illis de tripode aureo cũ piscibus educto exorta cõntẽtio:ex apollinis oraculo quod iubebat ut tripus ille sapientissimo tradereť: utriusq; partis cõsensu Thaleti datus est. Hinc igř primũ sóphiæ .i. sapiẽtiæ nomẽ exoritur:quẽadmodũ philosophiæ apythagora. Illorũ septẽ. hi prope omniũ cõsensn fuerunt Thales milesius. Solon salaminius. Chilo lacedæmonius. pittacus mitilenæus. Bias prienæus. Cleobulus lindius. Periander corinthius. quãquam Plato in protagora. huius loco Misonẽ chenæum numerauit. Sapiẽtiæ studiosos. i. sapiẽtes. nõ illi quidẽ simpliciter sapiẽtes illa scilicet sapiẽtia quã adhuc mortalis nemo est cõsecutus:sed ut uulgus uitaq; cõmunis loquiť:quæ appellat sapiẽtes uiros ingenio doctrinaq; præstãtes. Interrogatus aliquãdo. Interrogãdi causa illa fuisse uideť:quod cũ sapiẽtiæ nomẽ ut paulo ante diximus nuper esset inuentũ:atq; illi septẽ qui sapiẽtes esse putabanť:professionẽ tãti nois recusarẽt:interrogatus thales quis igiť esset sapiẽs: tẽpus respõdit & subdidit causã:quia oĩa inueniat. Euestigio. i. cõtinuo & statim: dictum ab eo quod in eodẽ uestigio insistẽtes fit. Deinde ꝓpositã sentẽtiã cõmẽdat simul & exponit dicẽs. Præclara me hercule uox. hercule aduerbiũ est iurãdi. quod tametsi uideť significare per herculẽ: uel ita me hercules amet:apud nos tãtũ aduerbiũ est dei obtestatiõe aliqd affirmãtis. Nã quod diuus Hieronymus ꝓhibet nos huiusmodi ser-

monibus uti ſcribens in illud euangelii de filio prodigo & frugi. Abſit ab ore chriſtia
no iupiter oĩpotẽs. & me hercule. me caſtor. loquendi modus ille ſua ætate fuerit forte
periculoſus: cũ adhuc romæ cõplures ex gẽtilitate ſupereſſent: noſtro uero ſæculo quis
adeo infirmus eſt ut offendat. ſiue ut græci dicũt ſcandalizet: cũ audit me hercule me
caſtor: & quod poeta noſter dixit: Aquel cõ quiẽ iupiter tuuo tal zelo. Tali uiro. empha
ſim habet: quaſi uelit dicere illo qui ſit ab oĩbus ſapiẽtiſſimus iudicatus. Humano in
genio. Nam q̃ diuinitus reuelant: tẽporis momẽto poſſunt infundi: quãquã & illæ tẽ
porũ diuturnitate quibus nõ ſunt reuelatæ acquirant. Abſoluat. hoc per accidẽs fit.
Nam Ariſtotele auctore libro phyſicorũ quarto: tẽpus corruptionis per ſe cauſa eſt: ge
nerationis uero per accidẽs. Vnde eodẽ teſte ꝓuerbiũ fuit apud græcos oĩa tpe ſeneſce
re atq; corrũpi. Hinc & Ariſtoteles. Superiori Thaletis ſentẽtiæ aſtipulari dicit Ari
ſtotelẽ: qui primo de moribus libro ſcribit: tẽpus eſſe quod res inuenit adiuuatq;. Tẽ
pus iuuẽtor adiutorq;. Nã teſte priſciano maſculina & fœminina: uł duorum cõmunia
in or inueniunt etiã neutris coniũ
cta. ut Vergilius. x. æn. Italiã petiit
fatis auctoribus eſto. Illud quoq; fi
gurate dicit tẽpus res inuenire: cũ
itelligẽdũ ſit ab hoĩbus in tpe inue
niri. Vnde. i. a quo tpe. Sic Vergi
lius genus unde latinũ. i. a quo latio
Artium. ſiue ille ſint practicæ ſi
ue theoricæ. Facta ſũt additamẽ
ta. Nã ſic artes abſoluunt: ſi noſtris
atq; aliorũ inuẽtis quotidie aliquid
addamus. Sed queadmodũ diximus
hoc per accidẽs fit: nã per ſe tẽpus
cauſa eſt obliuionis atq; artiũ inte
ritus. Quod cũ a Thalete primũ.
Quod thales primũ deinde Ariſto
teles in genere dixerũt tẽpus oĩa in
uenire: Cleobulus ꝓprie ad eas ar
tes contraxit: quas ſermocinales ap
pellãt. Nam oẽs artes ſiue ſcientiæ
aut ſũt de rebus: aut de ſermõibus
De rebus aut ſunt practicæ: quarũ
finis eſt actio: ſiue opus: aut theori
cæ: quarũ finis eſt contẽplatio: quo
in genere ſunt phyſica. mathemati
ca. theologia. Circa ſermones quo
q; tres uerſantur. grammatica. diale
ctica. rhetorica. Poſt annos trecẽ
tos. Nã floruiſſe thaletẽ circa olim
piada quinquageſimã: quo tpe iudæ
orum captiuitas fuit babylone: auctores ſunt Laertius diogenes atq; Euſebius Pamphi
li. Ariſtotelẽ uero circa olympiada centeſimã uigeſimã oẽs confitent. Cleobulus. hic
queadmodũ ſuperius memoratũ eſt: unus fuit ex numero ſeptẽ ſapiẽtiũ Euagoræ filius
natus lyndi: q̃ fuit urbs nobiliſſima inſulæ rhodi. Sunt qui dicãt hunc nõ lyndiũ: ſed
ex caria fuiſſe: quæ regio cõtra rhodũ in aſiæ cõtinẽti ſita eſt. Thaleti cõtẽporaneus
Nam ſeptẽ illi quos diximus oĩum prope cõſenſu fuiſſe ſapiẽtes: ſynchroni hoc eſt con
tẽporanei fuerũt: quãdoquidẽ circa olympiada quinquageſimã floruiſſe oẽs fatentur.
Ad eas artes cõtraxit. i. reſtrinxit: & ex genere ad ſpeciẽ reduxit. Quæ circa ſermo
nes. i. quas græci logicas: latini ſermocinales appellãt. Qualis eſt grãmatice. i. quo in
genere eſt habẽda: quoniã circa ſermonis cõgruitatẽ uerſat: queadmodũ rhetorica cir
ca ornatũ: dialectica circa ueri falſiq; diſſertionẽ. Cuius hoc eſt Cleobuli uerba quæ
ille ſoluta oratione dixit: nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtichon. i. in du
os uerſus: hoc modo. Copia uerborũ rerũq; inſcicia uerſat: &. c. quaſi uelit dicere ho

Quod cum a thalete primũ: deinde ab Ari
ſtotele poſt annos circiter trecentũ dictum
ſit: Cleobulus lyndius: qui fuit prope Tha
leti cõtẽporaneus: ad eas artes cõtraxit: quæ
ſunt circa ſermones: qualis eſt grãmatice
quã nos ꝓfitemur. Cuius ea de re verba noſ
in diſtichon ſic redegimus.

Copia verborũ rerumq; inſcicia verſat
Mortales: tempus perficit atq; ſapit.

Et ꝑfecto ita ſe res habet. Nã queadmodũ i
frumẽti ſatiõe primo luxuries illa ſegetũ ꝓ
creat: quã in herba tenera depaſcendã eſſe
Maro p̃cipit: tũc calami ad certa q̃dã inter
nodia: tũ ſpicæ quarũ gratia nugas illas na
tura ludens ꝓduxerat: quaſq; ab agricolarũ
ſpe. M. varro dictas eſſe putauit: tũ vero ari
ſtis folliculis neglectis grana ipſa deglubũ
tur: ſic in ætatis flore in qua hoĩes rerũ pro
pe oĩum ignoratiõe tenent: magis abundãt
verbis: audacius loquunt: temere aſſeuerãt:
vt recte Quintilianus noſter dixiſſe videa

mines in adolescẽtia duabus rebus inuoluunt̃:hoc est rerũ ignoratiõe & uerborũ abũ
dantia:sed postea ætate perficiunt̃ & sapiunt. Quã sentẽtiã similitudine quadam dein
de exponit dicẽs:quod quẽadmodũ in frumẽto sato multa procreant̃:quæ nihil ad rem
pertinẽt:quibus neglectis tantũ semina legunt̃:sic hoĩes cũ rerũ inscicia tenent̃: abun

tur:quo quisq; minus valet:eo se magis at-
tollere ac dilatare conatur:quẽadmodũ sta-
tura breues in digitos erigunt̃.Cũ vero ĩci
piunt aliq̃d sapere:minus minusq; verba ef
fũdũt:nihil sine tẽperamẽto illo forte affir
mant:vt iã nullũ sit magis sapientiæ signũ
q̃ taciturnitas:quẽadmodũ ẽ diuerso:nullũ
maius ignorãtiæ q̃ loquacitas.Hæc idcirco
sũt á me clarissima princeps tã multis repe
tita:vt nemo miret̃ si introductionũ latina
rũ editioni secundæ:cui nihil iã addi posse
videbat̃:quædã adiecimus:q̃ nobis interim
tẽpus rerũ oĩum inuẽtor suggessit: quædã
rursus detraximus:q̃ videlicet ætatis iã in-
grauescẽtis ratio elimare suadebat. An mi-
hi nõ liceat in ope p̃sertim meo facere quod
licuit multis sacrarũ atq; sæculariũ littera-
rum scriptoribus:qui nõ modo in aliorũ li
bris quosdã locos infamiæ nota inusserũt:
verũ etiã in ꝓpria opera libros retractatio-
num edidere.Quod licuit nobis ĩ eos qui
ante nos artis grãmaticæ p̃cepta tradiderũt
Quod deniq; posteris:meq; etiã viuo & sẽti
ente p̃sentibus licebit:vt aliquid velint ope
ri meo addere:non nihil etiã detrahere:q̃dã
rursus in alium ordinẽ cõmutare?Itaq; ego
grecorũ prudẽtiã quemadmodũ cæteris in

dant uerbis quasi herbis floribusq;
quibusdã:cũ uero incipiunt sapien
tiæ grana legere:uerborũ illã redũ
dantiã contẽnũt. In frumẽti sati
one.i.in frumẽto iam sato. Luxu
ries illa segetũ:quæ ex nimia terræ
atq; ãni fertilitate ꝓuenit. In her
ba tenera depascẽdã:id debere fie-
ri Plinius libro secundo naturalis
historiæ his uerbis p̃cepit.Luxuria
segetũ castigatur dente pecoris in
herba dũtaxat:& de pastæ quidẽ uł
sæpius nullã in spica iniuriã senti
unt. Maro præcepit.Vergilii uer
ba sunt ex primo georgicorũ libro
Quid qui ne grauidis ꝓcumbat cul
mus aristis: Luxuriẽ segetũ tenera
depascit in herba? Tũ calami.i.
post frumẽti herbã calami ꝓcreant̃
ad quaterna uel quina internodia.
Internodiũ appellat̃ illud quod du
obus calami nodis hoc est genicu-
lis cõtinetur. Tum spicæ.i.post
calamos procreant̃ spicæ. Quarũ
gratia.i.causa uł fine. Natura lu
dens:ac si dicat ociosa: qui modus
loquẽdi frequẽs est:ut apud pliniũ
libro nono cũ de conchis scribit:
in quibus ait est magna ludẽtis na-
turæ uarietas. Et in sacris litteris
prouer.c.viii.Ludẽs corã eo omni
tp̃e:ludens in orbẽ terrarũ.& illud
psalmographi.Draco iste quem for
masti ad illudẽdũ ei.i.cũ quo quasi
p ociũ luderet. Quasq; ab agrico
larũ spe.M.Varronis uerba sũt in
primo libro de re rustica.Spica aũt
aspe nominata uidet̃:eam enĩ quod
sperant fore serunt. Tum uero aristis.Eodẽ auctore spica tria habet granũ.glumã &
aristã:granũ agerẽdo dictũ:quia ut id spica gerat frumẽtũ serit̃.gluma ã glubẽdo:quod
eo folliculo detracto deglubat̃:hoc ẽ detrahat̃ granũ. Nam gluma ꝓprie folliculus est
eius fici:quẽ edimus.& per translationẽ frumenti siliqua uel uagina.arista uero dicta:
quod prima arescit. In ætatis flore.i.in adolescẽtia.ut Iuuenalis flos asiæ ante ipsum
precio maiore paratus. Ignoratione.ꝓpter rerũ inexperientiã abundãt uerbis: quod
uitium simul ætatis & ignorãtiæ est. Temere asseuerãt.i.sine causa asseuerate affir-
mant.Quintiliann noster:uel quia hispanus ex calagurri citerioris hispaniæ oppido:
aut noster quia latinus:aut quia hunc auctorem in hoc potissimũ opere secuti sumus.
Verba Quintiliani oratoriarũ institutionũ libro secũdo sunt.Prima est eloquẽtiæ uir
tus p̃spicuitas:& quo quis ingenio minus ualet:hoc se magis attollere ac dilatare cona
tur:ut staturã breues in digitos erigunt̃:& plura infirmi minant̃. Cũ uero incipiũt
ecõtrario dicit oĩa senes facere. Minus minusq;.cõtra id quod dixit magis abundãt
uerbis. Nihil sine tẽperamẽto illo forte:cõtra id quod dixit temere asseuerant.Forte

aduerbiū tēperamētū eſt philoſophorū academicorū maxime qui nihil affirmare audēt
Taciturnitas. Vnde iuuenalis de ſimulatis philoſophis dixit. Rarus ſermo illis & ma
gna libido tacēdi. Loquacitas a qua ſermo hiſpanus elegāter quēadmodum & multa
alia furioſos & īſanos appellat locos: quaſi locutuleos & loquaces. Hæc idcirco. ex ſu
perioribus colligit auctor ſe tpe admonitū quædā introductiōibus ſuis adiecisse: q̄dā
rurſus detraxiſſe: atq; licuiſſe ſibi in ope ſuo: quod licuit aliis in alieno atq; etiā in pro
prio ope facere. Princeps. non princiſſa: aut principiſſa: quēadmodū neq; duciſſa aut
comitiſſa: ut īdocti quidā dixerūt: cū princeps dux comes duorū generū cōmunia ſint
Tā multis ſubaudi uerbis repeti
ta q̄ſi alonge petita. Quædā adie
cimus. per pauca illa q̄dē & q̄ ſuis
locis reddēda ſūt. Quæ tēpus ſub-
fecit. i. q̄ inter legēdū poſtea occur
rerūt: tempore illa ſuggerente atq;
ſubminiſtrāte. Quædam detraxi
mus: ſed & hæc pauciora: & q̄ æta-
tis ingraueſcētis ratio. i. ſenecta q̄
plerīſq; grauis & moleſta uidet̄: ut
Cicero in Catone maiori oſtendit.
Elimare. i. lima ueluti quadā dete-
rere. An michi nō liceat. Superi
orē cōcluſionē a præiudicio arguēs
adhuc cōfirmat. In ope p̄ſertim
meo: ac ſi dicat licet hoc in ope alie
no facere: ergo multo magiſ hoc in
propiro ope licebit. Sacrarū. qui
bus xp̄iana religio cōtinet̄. Sæcu-
lariū. i. p̱fanarū. Nā quia p̱fanū a
nr̄is ī malā ptē accipit̄: pro eo quod
nō eſt ſacrū: ſæculare dicūt: cū oīs
res aut ſacra ſit aut p̱fana. ſæculare
uero ſit quod ad ſæculū p̱tinet. ut
ludi ſæculares: carmen ſæculare:
quod utrūq; ſacrū eſt. Infamiæ no
ta. oſtēdēdo libros illos æreſim aut
falſitatē aliquā cōtinere. inuſſerūt:
quaſi igne atq; cauterio īpreſſerūt.
quod ſeruis erronibus aut fugiti-
uis fieri cōſueuit. Libros retracta
tionū: quēadmodū diuus Aurelius
Auguſtinus: qui in opa iam edita li
bros retractationū fecit. In eos q
ante nos. i. āquorū p̄ceptis atq; do-
ctrina nōnūquā diſceſſimus. Po
ſteris. i. futuris. Me uiuo & ſen-
tienti. Ex martiale ſumptū eſt qui libro epigramaton primo ſcribit. Cui lector ſtudio
ſe quod dediſti Viuēti decus atq; ſentiēti. Itaq; ego. Superioris adhuc cōcluſiōis rōnē
exēplo græcorū cōfirmat: q in opibus ab aliqua arte p̱fectis p̄terito imp̱fecto tpe ſub
ſcriptiōes apponebāt: illud ſignificare uolētes: nullū eſſe mortale opus cui nō aliq̄d de
ſit: quod tpe ſuppleri poſſit. In hac quoq; pte de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis &
imaginibus. ſtatuæ ex materia ſolida ſūt ueluti auro. argēto. ære. ligno. marmore. ima
gines uero ſūt etiā ex coloribus. Vt mos artificū eſt. qui in baſibus ſtatuarū tabula
rūq; calcibus noīa ſua ſubſcribere cōſueuerūt: dū modo opa illa nō eſſent publicis īpē
ſis facta. Nā fuit lex q̄ adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano. ne quid operi publico li
ceat īſcribere. & Cicero libro thuſculanarū q̄ſtionū primo. Quid enī Phidias ſui ſimi
lem ſpeciē incluſit in clypeo mineruæ cū inſcribere nō liceret! Lyſſipus fecit aut Po
lycletus. Tota hæc clauſula pene aduerbū ex plinii p̄fatiōe ī libros naturalis hiſtoriæ
trāſlata eſt. Ex illis inquit nos uelim ītelligi pingiq; cōditoribus: quorū ī libellis his

rebus: in hac quoq; pte uehemēter admiror
qui ſtatuis et imaginib. nō ſubſcribebāt ut
mos artificū eſt lyſſippus fecit: aut Polyclē
tus: ſed titulo īpendēti lyſſippus aut Poly-
cletus faciebat: ut contra iudiciorū uarieta
tes ſupereſſet artifici regreſſus ad ueniā: ue
lut emēdaturo q̄cq̄d deſideraret̄: ſi nō eſſet
interceptus. Quid quod & illa q̄ fuerūt ab
īpreſſoribus & liberariis detorta cū proto
typo meo vnde oēs codices emanarūt cōtu
li: atq; ad lineā veritatis quod aberrauerat
quā diligētiſſime reduxi. Hos vero cōmen-
tarios edēdi cauſa illa in primis fuit: quod
cū multis in locis ā vulgata p̄cipiēdi via diſ
ceſſerim: reddēda fuit a nobis ratio: cur an-
tiquoꝝ iuniorūq; auctoritate neglecta: p̄ce
ptiones quaſdā auſus ſum in aliā formā cō
mutare. Quod cū poſſemus pluribus adhuc
aliis in locis magno huius doctrinæ cōpen
dio facere: fecimus id quidē modice: uel in
tra modū potius ne alicuius nouitatis eſſe
mus auctores: niſi vbi plurimū intererat
hoc uel illo modo p̄ceptiones quaſdā tradi.
Deinde quod cū introductiōes nr̄æ puero-
rū eruditiōi ſcriptæ ſint: habēda fuit ratio
ut eſſent quā ſimpliciſſimæ: ne quaſi cibo-

inuenies absoluta opa & illa quoq; quæ mirādo nō satiamur pendēti titulo inscripsisse ut Apelles faciebat aut polycletus:tāquā inchoata semp arte & īperfecta:ut cōtra iudiciorū uarietates superesset artifici regressus ad ueniā:uelut emēdaturo qcqd desideraretur:si nō esset interceptus. Lysippus & Polycletus statuarii fuerūt:quorū opa idē auctor illustrauit libro.xxxiiii. Fecit tpe p̄terito ꝑfecto:ne significarēt opa sua fuisse ab illis absoluta:quodq; nihil illis addi posset:quod ipm magnæ inuidiæ haberet ut idem Plinius est auctor. *Sed titulo ipendēti*:q̄si tpe imꝑfecto faciebat aut pingebat: quod faciebāt:ut superesset artifici regressus ad ueniā.i.ex eo quod populus de suis opibus iudicaret:ipsi opus emēdarēt:artifici inq̄ uelut emendaturo qcqd desideraret.i.deficeret.nā & hoc quoq; significat desidero. *Si non esset* īterceptus.i.morte raptus.ut Lucanus ī primo.Abstulit ad manes parcarū iulia sæua intercepta manu. Quid quod & illa.aliā quoq; fuisse causā recognoscēdi secūdā editionē dicit:quia fuerūt nōnulli:q aut ignorātia aut ausu quodam temerario plæraq; loca īuerterūt. *Impres*soribus.i.qui libros torculis imprimunt: quos quidā chalcographos appellāt:hoc est æreis litteris chartas īprimēdo scribētes. Librariis.qui libros calamo ul' penna scribūt nā qui uendūt bibliopolæ dicunt. Detorta.i.a uero exēplari deprauata Amicis.qui putabāt a me fuisse scriptū:quod nec suspicatus qdem sum:aut cogitaui. Alienioribus.i.nō amicis.qui suā ignorātiā simul & maleuolentiam in meos libros trāsfuderūt. Cum prototypo meo.i.primo illo meo atq; archetypo exēplari. Cōtuli.i.cōparaui.Et quod aberrauerat.i.a uia recta deprauatū fuerat:ad lineam ueritatis .i.ad regulā reduxi. Hos uero cōmētarios. Hæc est secūda prologi pars:in qua duas affert causas: cur in ītroductiōes suas auctor hos cōmētarios ediderit:quarū prima est: quod reddēda fuit ratio cur ab antiquis grāmaticis aliquādo discesserit. Multis in locis:& qui illi sint in ipso cōmētariorū discursu patebit. Antiquorū.puta Diomedis. Phocæ *Seruii*.Prisciani. Donati. Iuniorū.puta alexādri.Ebrardi.Catholici.& ex iis qui supsunt Peroti.Verulani.Nigri. *Sed cū possemus* .se id perparce dicit fecisse:cū posset adhuc aliis in locis idē facere. Cōpēdio.i.breuiori uia:sicut dispēdiū est uiæ ambages. Modice.i.cū modo. Intra modū.i.adhuc arctius q̄ cū modo. Plurimū itererat.i.magnū cōpēdiū atq; emolumētū & ut sic dicā huius doctrinæ lucrū facere. Deinde quod cū hæc ē secūda causa:cur cōmētarios hos ediderit:quia ītroductiōes illæ fuerūt simplices qppe q̄ puerorū eruditiōi scripte sūt:nūc uero in hoc ope cū adultis uel potius cū ipis p̄ceptoribus sermo habēdus est. Ingenio tumultum faceret.horatianū est. Stomacho ꝑ tumultū lenta feret pituita uides ut pallidus omni cœna de surgat dubia. Cum ue-

rum redundātia Stomacho:sic p̄cepto℞ uarietas illo℞ ingenio tumultū faceret. Cum vero iā in litteris aliquātulū ꝓgressi sunt: quasi solidior quidā numerosiorq; cibus ē illis porrigēdus:vt nō modo lac pulpamentūq; degustēt: uerū etiam ossa neruosq; possint obrodere. Quare nō tā cū rudibus nouiciisq; rei litterariæ ꝓfessoribus quā cum ꝓuectis uel potius cū magistris ipis sermo mihi in his cōmentariis habēdus est. Tuæ vero celsitudini extremū hūc artis grāmaticæ laborē meū dedicandi illa ratio maxime fuit:quod nemo est:qui nō ītelligat:quātæ sit tibi curæ rem publicā hāc hispanā cum cæteris in rebus:tū uel p̄cipue in re litteraria quā florētissimā efficere. Quāta diligētia dulcissimos liberos tuos in hac disciplina erudiēdos curaueris. Quā tibi sit iucundū quod nō modo adolescentes nobilissimi qui sūt tuo ministerio dedicati:verū etiā reliqui oēs oīum ætatū atq; ordinū hoīes dēt operā uel p̄cipuā litteris:quas ante hāc quasi nimis dedicatas atq; aīorū eneruatrices oderāt. Quodq; alter sexus de se iā præstat: quod viri ante hāc votis oībus vix audebāt exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras ab hinc septennium Celsitudo tua dedit? Quas præterea mihi Archiepiscopus illiberritanus : ex tuis verbis atq; sententia reddendas curauit : vt intro-

ro iam.q.d.cũ erãt pueri ac rudes in ſtudio litterarũ:danda fuit illis doctrina ſimplex & quaſi lac paruulis ut apoſtolus ait:ſed ꝓuectis & in ætate ꝓgreſſis porrigẽdus eſt doctrinæ ſolidior quidã cibus.i.durior & numeroſior.i.magis uarius. Lac pulpamentũq; adhuc intranſlatione cibi ad doctrinã perſtat:ut lac pulpamentũq; ſit doctrina ſimplex & facilis. Nam pulpamẽtũ eſt corpus ſine oſſibus:quod facile mãdi conficiq; dẽtibus poteſt. Oſſa uero & nerui ſunt difficultates doctrinæ ſecretioris:q̃ nõ niſi agrandiuſculis penetrari ꝓſpiciq; poſſũt. Quare non tam.ex ſuperioribus infert cui lectori hos cõmentarios ſcripſerimus. Tuæ uero celſitudini.hæc eſt tertia pars ꝑfatiõis in qua ponunt rationes cur hoc opus celſitudini regiæ dedicatũ ſit. Extremũ laborẽ.quia nobis in animo eſt poſtea q̃ antiquitates hiſpanienſes abſoluerimus: omne reliquum uitæ noſtræ tẽpus in ſacris litteris cõſumeræ. Quante ſit tibi curæ. hæc eſt ratio cur frontẽ perfricuit auctor:ut rem tenuem atq; ieiunã tãtæ maieſtati dedicarit:quod multis argumẽtis intellexit : quãta illi cura ſit ne rei hiſpanæ hoc unũ ſermonis latini ornamentũ deſit. Tũ quod in eo liberos erudiẽdos curet tum quod oẽs aulici putant ſe rem iucundiſſimã illi facere:quod dent operã litteris præcipuã : quodq; iã a fœminis expectat:quod uiri ante hac uix optare audebant. In hac diſciplina.hoc ẽ grãmatice de qua nũc ſcribimus. Adoleſcẽtes.exoletos purpuratos regios intelligit. Oium ætatũ quia etiã adulti iam hoc aggrediunt. Alter ſexus.ſ. a uirili hoc eſt muliebris. Nam qd ego.aliud quoq; ſignum affert cur huic maxime curæ regina intẽdit: quod ad auctorẽ dederit litteraſ humaniſſime ſcriptas : qbus illum admonebat:ut introductiões latinas eregione uerſuũ hiſpaniẽſes faceret:ad eũ modum quẽ præſul illiberritanus illi præfiniſſet. Quas litteras? q.d.quã comiter atq; clæmẽter ſcriptas? Archieps.Ferdinãdus a talabrica regius ſenator atq; illa tẽpeſtate ꝓſul Abilẽſis. Illiberritanus.illiberri urbs eſt:q̃ nr̃o ſæculo dicit granata:quæq; annis ſuperioribus ĩ deditionẽ xp̃ianorũ uenit:cũ ãnos circiter octingẽtos ſub ditiõe pœnorũ mauritanorũq; fuerit. E regione:i.ex oppoſito.hoc eſt ut ſermo hiſpaniẽſis ſit poſitus contra latinum. Hiſpanienſes uero dixit non hiſpanas : quia introductiones illæ in hiſpanum ſermonem non uſq; adeo migrare potuerunt:ut non maximam latinitatis partem retinuerint.Nam hiſpanũ eſt quod in hiſpania atq; ex hiſpania eſt:hiſpanienſe uero quod non penitus hiſpanum:ſed aut in hiſpania ab externis geritur:ut bellum hiſpanienſe:quod ab romanis in hiſpania:aut extra hiſpaniam ab hiſpanis:ut collegium hiſpanienſe quod eſt bononiæ ab immortalis memoriæ uiro Aegidio albor

ductiones meas quas de ſermone latino edideram:eregione verſuũ hiſpaniẽſes facerem? Nemo igit me æquus iudex ambitioſe atq; petulanter feciſſe putabit:quod leuiſſimis de rebus ſcribẽs vigilias meas auſus ſũ maieſtati regiæ dedicare:cũ ꝑſertim quicquid illud ẽ quod elaboramus:tuis auſpiciis tuoq; ĩperio ſimus aggreſſi:neq; vt ille inquit exiſtimari parua debeant:ſine qbus magna cõſtare nõ poſſũt.An vero eſt qui paruã audeat artẽ illã appellare:qua ſermo latinꝰ cõtinetur:in quo religionis nr̃æ in primis ſacramẽta quaſi depoſitũ quoddã fideliſſime ſeruatur? Quæ cũ reliquis oĩbus diſciplinis ita eſt coagmẽtata:vt hæc ab illis facile ſecerni:illæ vero ab hac queẽadmodũ diſiungãtur:nec intelligi ullo modo poſſit. Nam oro te atq; per deũ ĩmortalẽ obteſtor:quotã ſibi vitæ noſtre partẽ reliquæ oẽs diſciplinæ vendicãt? Quotiẽs in eũ ſermonẽ incidimus : vt de numeris magnitudinibuſq; quotiẽs vt de vocũ aſtrorũq; ratiõe:quotiẽs vt de moribus rerumq; natura: quotiens vt de medicina deq; ciuilis & pontificii iuris ſciẽtia:quotiẽs ut de religione atq; re diuina diſputemus? At uero grammatice omni in loco omniq; tempore ita præſto eſt: vt ſi quid legas:ſi ſcribas: ſi cum alio loquaris: ſi deniq; tecũ ipſe qd cogites:ſine illa efficere nullo mõ poſſis:atq; vt de illa fabius veriſſime ſcripſit:neceſſaria ẽ pueris iucũda

nozio.S.R.C.Cardinali hispano fundatū. Quā differētiā uideť obseruasse Martialis
cum in epistola duodecimi libri epigrammaton scripsit se mittere Romam librum iam
non hispaniensem sed hispanum. Nam cū superiores libri magna ex parte fuissēt ro
mæ cōscripti:quia ab homīe hispano hispanienses poterāt appellari. At uero duodeci
mus quia in hispania & ab hoīe hispano : recte hispanus dici debuit. Nemo igiť me
Ex superibus auctor cōcludit:se non ambitiose fecisse:quod opus de rebus leuissimis
qualis est grāmatice: tātæ principi dedicauerit:cū præsertim ab ipsa per litteras fuerit
admonitus:ut iisdē de rebus scriberet. Neq; petulāter:cū grāmaticæ non debeat res
parua iudicari.quod multis ratiōibus cōfirmat. Ambitiose.hoc est quod nos insinu-
auerimus regiæ familiaritati:ut honores aut aliquā bonā gratiam aucuparemur:a qua
suspitiōe se purgat:cū dicit se iussum iisdē de rebus scripsisse. Petulāter.i. impuden
ter & procaciter:quod uidelicet illepidum fuerit donū:quod est de rebus leuissimis &
parui precii. quod tamē excusať:ostendēdo rei litterariæ dignitatē. Ille inquit.Quin
tilianus est:qui oratoriarū institutionū libro primo hoc scribit. An uero quispiā. ne
cessitatē simul & dignitatē huius artis ostēdit. Sermo cōtineť. Nā hoc præstat ars:ut
sermoni uitiū aliquod irrepere nō
possit. Sacramēta.i.mysteria & sa
cra secreta. Quasi depositū. hoc
ex Quintiliano quoq; deductū est:
qui de litteris scribēs ait:hic ē usus
litterarum ut custodiāt uoces:& ue
lut depositū reddāt legētibus.Nam
depositū persancte seruandū:& cū
reposciť sūma fide reddēdū ē. Co
agmētata.coniuncta & cōglutinata
Hæc ab illis:nā in hoc eius digni-
tas ostendiť:quod ab aliis oībus est
absoluta:cū reliquæ sine illa consi-
stere nō possint. Nā obsecro te.ne
cessitatem huius artis demonstrat:
quod nulla uitæ pars illius officio
uacare potest:cum reliquæ oēs raro
in usum ueniant. Quotā?interro
gatiue.q.d.minimā.quia raro de il
lis fit sermo:cū sine hac nec momē-
to ut sic dixerim tēporis esse possi-
mus. De numeris:quod est arith-
meticæ opus. De magnitudini-
bus: quod est geometriæ. De uo-
cum ratione.de quibus est musica:
Astrorū de quibus est astrologia.
De moribus:quod ad ethicen. De
rerū naturaquod ad physicē ꝑtinet
De re diuina quæ diciť græce the-
logia. Ita p̄sto est.i.pn̄s. Vt si qd
legas.hunc locū ex procemio Cice-
ronis in libros de officiis translatū
est. Nulla inquit uitæ pars neq; pu
blicis:neq; priuatis:neq; forēsibus:neq; domesticis in rebus:neq; si tecū agas quid neq;
si cū altero cōtrahas:uacare officio potest. Fabius.M.fabius Quintilianus qui orato
riarū institutionū libro primo hoc scribit. Iucunda senibus:quia etiā citra necessitatē
altissimā quoq; eruditionem exercere potest. Dulcis secretorum comes:quia illa duce
curas cogitatiōesq; nr̄as litteris mādamus. Cuius amor.i.uoluptas q̄ ex illa ꝑcipiť:nō
terminať:dū in scholis uersamur:sed morte sola. Et quisq̄ est ad ꝑfatiōis epilogū acce
dit:á cōmuni sensu:nō quemadmodū physici qui potentiam illam superiorem commu
nibus quinq; sensibus cōmunem sensum appellant:sed ut Cicero pro eo in quo plæriq;

senibus:dulcis secretorum comes:& cuius
amor vt idē auctor scribit:nō scholarū tem
poribus:sed vita terminať. Et quisquā est a
deo stupidus & a cōmuni sensu adeo alien9
qui audeat hāc artē tenuē atq; ieiunā appel
lare:& indignā cuius libri augustæ nostræ
debuerint dicari:cū videamus nō modo vi-
ros sūmo ingenio singulariq; doctrinā p̄di
tos huius disciplinæ opa maximis principi
bus dedicasse:verū etiā duces ipsos īperato
resq; in media totius orbis terrarū admini-
stratiōe occupatos volumina iisdē de rebus
scripta reliquisse? Sed ego demēs qui de re
iā pridē celsitudini tuæ cōpertissima pluri
bus disputē.illud modo tātū hic dicā:quod
alio in loco magnā scholasticorū frequētiā
testatus sū:tuū atq; dulcissimi cōiugis tui
præsidiū implorās.Vos inquā clarissimi at
q; inuictissimi principes:quorū ductu au-
spiciisq; totius hispaniæ mēbra dissipata in
vnum prope corp9 redieres:curate obsecro
ne fœlicitati quā nr̄o sæculo dedistis: hoc
vnū latini ſmōis ornamētū desit āplissimū.

omnes sapientes cōueniunt. Sic Quintilianus in primo. Sēsum ipsum qui cōmunis di
citur ubi discet: cū se a congressu segregarit . Seneca in epistolis hoc philosophia pro=
mittit sensum cōmunē & humanitatē. Horatius. Cōmuni plane sensu caret. Tenuem
atq; ieiunā. i. aridam & sterilem. Sed quia nemo est adeo imperitus
qui iam non intelligat: antiquis auctoribus ideo assentiēdū esse quia sic locuti sunt: iu
nioribus uero quia quod nobis psuadere uolunt: illorū auctoritate freti ꝓbare contē=
dunt: necessariū esse duxi hoc in loco demōstrare quantū fidei scriptorū cuiq; sit habē=
dum. Non enī oībus illis passim atq; indifferēter credere debemus: sed illis dumtaxat
qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad An=
toninum pium: hoc est ante natalem christianū annis cētum: ad centessimū quinquage
simū ex quo salutem christianā numeramus. Nam & latinus sermo quēadmodū & cæ=
tera mortalia aliquādo incepit. habuitq; suā infantiā: in qua uix quicquā effari potuit
sic locuti sunt ab origenes primū cum faunis uatibusq;: sic deinceps latini & albani: sic
postea romani ad annū quartūdecimū supra quingentesimū ab urbe condita : quo liui=
us liuii salmatoris libertus fabulā primus latinis uersibus edidit. Hūc secuti sunt. ex
poetis Ennius. Næuius. Plautus. Cæcilius. Terētius. Pacuuius Lucillius. Actius. Turpi
lius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Pōponius. Ex oratorib. Cethægus. Cato
Sex ælius. Gallus. Scipiōes nasica & duo aphricani. Gracchi pat & duo filii. Lælius alii
q; complures quos Cicero in libro de claris oratoribus ad sua usq; tempora cōmemorat
ex iure consultis. Papyrius. Appii duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Ruti=
lius. Virginius. Antipater. L. Crassus. Q. Mutius. Lucillius. Iubētius. Fuerit itaq; hæc
latini sermonis puericia in qua multa emendate atq; diligenter: plæraq; tamē nimis an
tique duriterq; dicta sunt. At uero illius iuuenta in qua & lacertos mouere & uires su
as ostentare cœpit: cum Cicerone orta est: cœpitq; cum Cæsare hadriano consenescere.
Hac ætate fuerunt auctores illi qui latinam linguam locupletarūt: quosq; imtādos esse
dicimus ex poetis Catullus. P. uarro Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibul=
lus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Persius. Seneca. Lucanus. Mar
bodæus. Val. Flaccus. Sillius Italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex oratoribus ua
riarūq; rerum scriptoribus. Cicero. Cæsar. Brutus. Ser. Sulpicius. Pollio. M. Varro. Ni
gidius. Cato uticeñ. Cælius. Victruuius. Columela. Celsus. Iginius. Pedianus. festus
Marcellus. Mela. Apicius.. uterq; Seneca. uterq; Plinius. Quintilianus. Ex historicis ue
ro. Salustius. Nepos. Liuius. Valerius max. Fenestella. Solinus. Iustinus. Tranquillus.
Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iure consultis. Alphenus. Offilius. Aufidius.
Namusa. Flauius. Proculus. Antistius. Cæcilius. Trebatius. Cassellius. Tubero. Capito
Cassius. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & filius. Pegasus. Iabolenus. Celsus
Neratius. Alburnus. Iulianus. Post hadrianū cœpit in dies latinus sermo languere & q̄
dam quasi senio cōtabescer: quod nimis factū est sub aduētū gottorū in Italiā regnūq;
longobardorū ad fatalē illā totius humani generis peste mahumeteā: quæ cū oībus in
genuis & bonis artibus sermonē quoq; latinū intercepit. Hāc igit recte dixerimus la
tinæ linguæ senectutē: q̄ cū annos prope quadringētos quinquaginta ægre spiritū du=
xisset: tandē cū imperio populi ro. extincta est. Hoc tēporū interuallo pauci admodū re
periunt auctores tolerabiles illi quidē: sed qui nullo modo cū superioribus debeāt cō=
parari. Ex poetis & grāmaticis aliarūq; rerū scriptoribus. Ausonius. Claudianus. Sere
nus. Diomedes. Phocas. Gellius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus
Sergius. Seruius. Priscianus. Apuleius socraticus. Apuleius grammaticus. Vegetius.
Frontinus. Ex historicis. Spartianus. Capitolinus. Trebellius. Lampridius. Volcatius
Vospicus. Eutropius. Damasus. Orosius. Ex iure consultis. Arrianus. Aphricanus. Ar
cadius. Caius. Callistratus. Florētinus. Largus. Hermogen. Martianus. Modestinus.
Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Scæuola. Tryphonius. Venuleius. Vulpianus.
Ex iis qui pro religione nostra scripserūt. Tertullianus. Iuuēcus: Cyprianus: Lactanti
us: Ambrosius. Augustinus. Ruffinus. Boetius. Cassiodórus. Gregorius: Isidorus. Pro=
sper. Qui sequunt: quod ad latini sermonis rationē attinet: nec digni quidē sunt quo=
rum meminisse debeamus. Qui auctores cū sint in triplici tēporū diuersitate positi:
illorū tātū auctoritate nitemur qui fuerūt medii.

De prima declinatione. Grāmaticæ artis inchoādæ ratio uaria fuit apud auctores:
Priscianus a uoce initiū fecit. Donatus ab octo ptibus orōnis. Diomedes uero ipsi

us oronis corpe. Græci a lris fere oẽs. Nos a declinatione nomis & uerbi auſpicati ſumus: Quintiliani auctortiatẽ ſecuti: qui oratoriarũ inſtitutionũ libro primo ſcribit.

Prima declinatio noĩs.

n Ominatiuo hæc muſa. Gtõ muſæ.
Dotiuo muſæ. Accuſatiuo muſã.
Vocatiuo õ muſa. Ablatiuo á muſa.
Plurali ntõ muſæ. Genitiuo muſarũ.
Datiuo muſis. Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo õ muſæ. Ablatiuo á muſis.

Secũda declinatio noĩs.

n Ominatiuo hic dominus. Gtõ dñi.
Datiuo domino. Accuſatiuo dñm.
Vocatiuo õ domine. Ablatiuo á domino.
Plurali ntõ domini. Genitiuo dñoꝝ.
Dntiuo dominis. Accuſatiuo dominos.
Vocatiuo õ domini. Ablatiuo á dominis.

Noĩa declinare & uerba in primis pueri ſciãt. neq enĩ aliter puenire ad itellectum ſequẽtiũ poſſũt. Quare nobis qui latini ſermonis introductiones pſertim pueris ediſcẽdas pponimus: uiſũ eſt in prima huius opis frõte paucorũ nominũ cũ pronominibuſ: & quattuor uerborũ cũ ſuis formatiõibus declinationẽ explicare: ex quorũ analógia ſiue proportiõe alia quoq noia & uerba declinari poſſint. Adiecimus pterea regulas quaſdã iis de rebus q̃ ſolẽt iter prima artis grãmaticæ rudimẽta numerari: in quo futurus eſt huius primi libri finis. Cũ uero declinationes nominũ qnq ſint: poſuimus ex ordine tanq̃ exẽplaria oĩum qnq declinationũ: reddituri tñ in ſequẽti libro expreſſius atq limitatius: quod nũc cõfuſo quodãmodo pueris ediſcẽdũ pponit. Nam qui ſemel cognouerit quod muſa facit in genitiuo muſæ: idẽ quoq facile itelliget: quod ex terra gtũs erit terræ: quod etſi plærũq fit: non tamẽ uſquequaq uerũ eſt: cũ ex pœtica licẽcia dictũ ſit terra frugiferai. & Næuius apud Priſcianũ dixerit: Runeus atq purpureus filii terras pro terræ. Quare iã inde a principio pueri admonẽdi ſũt in declinãdis noĩbus & uerbis nõ ſemp: ſed plerũq pportionẽ ſequendã eſſe: nc poſtea mirenẽ: ſi quid præter primã rationẽ illã inuenerint. Sed quia primæ declinatiõis nominũ tres reperiunẽ noĩatiui terminationes in as. es. a. & in. as. es. oĩa ſunt græca tantũ maſculina: in. a. partim græca. partim latina. partim maſculina partim fœminina: quia huius declinatiõis nullũ ẽ neutrũ nomẽ: ponit unũ fœmininũ terminatũ in. a. hoc eſt hæc muſa: ex cuius pportiõe reliqua in as. uel in es. uel in. a. terminata declinari poſſint. ut hic æneas æneæ. hic anchiſes anchiſæ. hic byrrhia birrhiæ hæc terra terræ. Sed quæret fortaſſe quiſpiã quid mihi uolui: cũ noĩatiuis articulos adieci: quos in aliis caſibus ſuppreſſi: aut q̃ fuit cauſa diſcedẽdi ab oĩbus grãmaticis antiquis & iunioribus: qui noĩa cũ articulis per oẽs caſus inflectunt: ſequẽdi uero unũ ioannẽ Paſtranã: qui etiã noĩatiuis articulos detraxit: Ego ut in hac quæſtiõe dicã ſemel quod ſentio: nõ poſſũ ſatis mirari: cur ſcriptoribus latinæ grãmatices placuerit nomĩa cũ articulis declinare: cũ in ſeriẽ orõnis nũquã latini articulos admittãt: qbus reliquæ oẽs linguæ utunẽ. aut articuli noĩbus ppoſiti quid ad generis diſtinctionẽ cõferre poſſint: cũ muſa nõ pptere a fœmininũ ſit: quia declinaẽ cũ hæc: ſed declinaẽ cũ hæc pptere a quod eſt fœmininũ uel rõne ſignificatiõis: uel quia in. a. terminaẽ. Sed uideo quid illos deceperit: quod ſcilicet cũ grãmaticæ latinæ ſcriptores toti ex græcis pẽdeãt: putauerũt eandẽ eſſe generis rationẽ apud utroſq. Græci nãq cũ in ſeriẽ orõnis articulos admittãt: interrogãti muſa cuius generis eſt: reſpõdebũt fœminini: quia declinatur & pfertur cũ articulo fœminino: q̃ ratio apud latinos nullius ẽ momẽti: cũ latinus ſermo quẽadmodũ diximus: articulis utaẽ. Cur igr̃ dicet quiſpiã articulos noĩatiuis ppoſuiſti Nimirũ ut pueris adhuc rudibus: & q nõdũ per regulas poſſunt genus diſtinguere: habeant quaſi generis indicẽ illius noĩs quod declinaẽ: idq in ipſa ſtatim declinatiõis prima poſitiõe ſufficit: cũ in cæteris caſibus ipedimẽto potius q̃ adminiculo ſit. Cũ uero ad ſecundũ huius opis librũ puenerint: nõ placebit mihi iã illa ratio: quod muſa pptere a generis ẽ fœminini: quia declinaẽ cũ hæc: qn potius ex rõne ſignificatiõis p illã regulã. Maſcula ſũto tibi q̃ſi maſcula. fœmineũq Sit q̃ſi fœmineũ. aut rõne termĩatiõis per illã. Nomẽ quod ſit in. a. finitũ dic muliebre.

De ſecũda noĩs declinatione.

Secũda declinatio ſex habet nominatiui poſitiones. er. ir. ur. um. us. eus. diphthongõ.

quæ ultima terminatio tantũ græcorũ eſt:ſed in.er.ir.ur.tantũ eſt maſculinorũ:ut hic puer pueri.hic uir uiri.hic ſatur ſaturi.in.ur.fœmininorũ & neutrorũ.ut hæc glycerium glycerii.hoc templũ tẽpli.In us.maſculinorũ.fœmininorũ.neutrorũq;.ut hic dominus dñi.hæc pyrus pyri.hoc pelagus pelagi.In eus dipthongõ maſculina ſunt tantũ. ut hic pentheus pẽthei.Huius declinatiõis duo ponit noia alterũ maſculinũ ex cuius ꝓportiõe etiá fœminina declinant Alterũ neutrũ ad cuius ſimilitudinem etiá ꝓpria nomia fœminarũ in um terminata in ſingulari declinátur. Sed cum oía noia primæ declinationis æquiſyllabica ſint: hoc eſt parium ſyllabarum in nominatiuo & in genitiuo :ſecũdæ declinatiõis in.ir.ur.finita creſcũt in genitiuo una ſyllaba in. um.us. æquiſyllabica ſunt. In.er.eus.partim creſcunt in genitiuo partim ſunt æqualium ſyllabarũ.

Nominatiuo hoc templum.Genitiuo tẽpli.
Datiuo templo. Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum. Ablatiuo a tẽplo.
Plurali ntõ templa. Genitiuo tẽplorũ.
Datiuo templis. Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa Ablatiuo a templis.


T. pñti. cum sim sis sit. simus sitis sint.
P. impf. cũ essẽ esses esset. essemꝰ essetis essẽt.
P pf. cũ fuerim. eris. erit. fuerimꝰ. eritis. erint
P. p. q. p. cũ fuissẽ. isses. isset. fuissemꝰ. etis. ẽt.
Fu. cũ fuero fueris fuerit. fuerimꝰ. eritis. erit.

Infinitiuo modo.

Tempore præsenti esse.
Præterito fuisse.
Futuro fore uel futurum esse.

Ero. fers. tuli. ferre. ferendi. ferendo. ferendũ. Latum. latu. ferens. laturus.
Feror ferris uel ferre. latus. ferendus.

Indicatiuo modo.

T. pñti. Fero fers fert. ferimus fertis ferunt.

Imperatiuo modo.

T. pñti. fer. ferat. feramus. ferte. ferant.
Futu. ferto tu uel ille. feramus. fertote. ferũto.

Optatiuo modo.

T. pñti. ũt ferrẽ ferres ferret ferremꝰ retis. rẽt

Subiunctiuo modo.

P. ipf. cũ ferrẽ ferres ferret. ferremꝰ retis. rẽt.

Infinitiuo modo.

Tempore præsenti ferre.

Passiua uoce. Indicatiuo modo.

T. pñti. feror. ferris uel ferre. fertur. ferimur. ferimini. feruntur.

Imperatiuo modo.

T.pñti.ferre ferat᷑.feramur.feramini.ferãtur
Fu.fertor tu uł ille.feramur.feriminor.ũtor.

Optatiuo modo.

T.pñti ũt ferrer ferreris.ṙ.re.remur.mini.rẽt᷑

Subiunctiuo modo.

P.ĩpf.cũ ferrer ferreris.ṙ.re.remur mini. rẽt᷑.

Infinitiuo modo.

T.pñti.ferri. Alia tẽpora declinãtur per proportionẽ tertiæ cõiugationis.

Olo.uis.uolui.uelle.uolendi.uolẽdo.
uolẽdũ.uolitũ uolitu.uolẽs.uoliturꝰ

Indicatiuo modo.

T.pñti.Volo.vis.vult.volumꝰ.vultis.volũt.
Impatiuo modo caret:sed ab eo cõpositũ nolo hẽt ĩ pñti noli nolite.ĩ futuro nolito nolitote.

Optatiuo modo.

T.pñti.ũt vellẽ velles vellet.vellemꝰ.etis.ent.
Futu.ũt.velim v elis velit.velimꝰvelitis velint

Subiunctiuo modo.

T.pñti.cũ velim velis velit.velimꝰvelitis velit
P.impf.cũ vellẽ velles uellet.vellemꝰ.etis.ent

Infinitiuo modo.

T.pñti.velle. Alia tẽpora formãtur per proportionẽ tertiæ coniugationis.

De uerbis defectiuis.

Es est pro eo quod edis edit in secũda & tertia psona singularis indicatiui modi. Essem eẽs esset.essemus essetis essent. in pñti optatiui & in præterito impfecto subiunctiui. Esse in pñti infinitiui. Estur in pñti indicatiui modi vocis passiuæ.quæ deficiunt supplent᷑ ab hoc uerbo edo.is.

Forem fores foret forent.pro essem esses esset essent. in pñti optatiui modi & in præterito impfecto subiũctiui repit᷑. & fore ꝓ futurũ esse:in futuro infinitiui.in aliis locis deficit

Aio.ais.ait.aiunt.in pñti indicatiui modi.

cimus fer.& pro eo quod eẽ debuit ferite in secũda plurali dicimus ferte. In futuro quoqꝫ eiusdẽ impatiui pro eo quod est ferito & feritote diximus ferto & fertote. In pñti optatiui & præterito impfecto subiunctiui & pñti ĩfinitiui pro eo quod eẽ debuit ferre ferere diximus ferrem ferre. In indicatiuo passiuæ uocis pro eo quod esse debuit ferreris dicimus ferris uł ferre. In secunda psona singulari pñtis impatiui pro eo quod esse debuit ferere: dicimns ferre:& in futuro pro feritor fertor. In pñti optatiui & in pterito impfecto subiũctiui pro eo quod eẽ debuit fererer. fereris uel ferere: dicimus ferrer ferreris uel ferrere. Et in pñti ĩfinitiui pro eo quod eẽ debuit feri dicimus ferri. Reliqua tẽpora & psonæ sequũtur rõnẽ uerborũ tertiæ.

Volo uis.uult.uolumus. uultis.pro uolis.uolit.uolimus.uotis. imperatiuo quo caret: quẽ supplemus ex futuro optatiui ab illius cõposito nolo dicimus in pñti noli nolite. nolito nolitote in futuro ex ꝓportiõe quartæ cõiugatiõis.Diomedes tñ in instãti impatiui ĩ secũda psona fac uelis᷑ dicit.& totũ pluralẽ ponit uelimus uelitis uelint.& in futuro uelito.uelit uelimus. uelitote uelit.Horatius.modo uelis:q̃ tua uirtus expugnabilis ẽ. In futuro optatiui & ĩ pñti subiunctiui pro eo quod uolã:dicimus uelim uelis uelit.quãquam Cicero ĩ.ii.de natura deorũ dixit:quo facilius id quod docere uolumus intelligi possit. uolimus ꝑ uelimus scripsit.Alia tpa sequũt᷑ rõnẽ uerborũ tertiæ cõiugatiõis. Phocas tñ carere hoc uerbũ dicit gerũdiis supinis & pticipiis.sed quia utunt᷑ illis iuniores ideo posui. De defectiuis.Sũt q̃dã uerba q̃ deficiũt modis aut tpibus,aut psonis.ut es.est.cuius nõ modo prima positio deficit.uerũetiã nihil aliud hẽt q̃ es est.essẽ eẽs eẽt eẽmus eẽtis eẽnt eẽ.Verg.iiii.æñEst mollis flãma medullas.Idẽ.i.geor. ut mala culmos eẽt rubigo. & Martialis.si uis eẽ satur:nrm potes eẽ priapũ.In uoce quoqꝫ passiua estur tm̃ pro edit. Ouidius pri.de põto.Estur ut occulta uitiata putredine nauis. Forẽ.fores.foret.forẽt.neqꝫ eni usquã lectũ ẽ foremus foretis.& quod ẽ in hoc uerbo singulare:fore ꝑ futurũ eẽ ĩ futuro ĩfinitiui. oĩa alia uerba carẽt.hẽnt quoqꝫ ab eo cõposita affore &c.

Aio pro dico diſyllabum eſt: habetq; ſecũdũ phocã pñs & præteritũ imperfectum. ſubſtulimus tamen aiimus & aiitis quod ex proportione dicẽdum erat quoniã eas uoces uidẽtur aures noſtræ quodãmodo reformidare. Adiecimus aũt ſecundã perſonam ſingularẽ præſentis imperatiui modi. Ai. quod apud Plautũ reperitur An nata eſt ſpõſa prægnans: uel ai uel nega. & apud Terentiũ ſæpe ain: quod Cicero de perfecto oratore interpretatur ain pro ais ne. Aiens Apuleius. vi. meta. ſic aiens cryſtallo dedolatum uaſculum tradidit. In quio inquis. quamquã ex proportiõe uideatur poſſe declinari per omnes modos tẽpora & perſonas tertiæ cõiugationis: nos tantũ illa poſuimus quæ in uſu reperiũtur. hoc eſt inquio. Cicero de oratore. Aucupari uerba oportebit inquio. Inquis Perſius hoc iuuat hic inquis ueto qſquã faxit oletum. Inquit. Iuuenalis. quãdo artibus inquit honeſtis. Inquiunt Cicero in uerrem ubi ſunt pamphile inquiunt ſcyphi? Reperit tamen frequẽtius inquã in prima poſitiõe indicatiui modi dicẽte diomede & phoca: inq̃ primam perſonam cõtra morẽ omnium profert utrũq; numerum modi indicatiui preſentis temporis. Inquiſti. Cicero ſecundo de oratore. tu uero inquiſti moleſtus nõ eris. Inquiat: Idem ad herẽnium. Quid enim tibi uis aliquis inquiat. Inque. Terrentius in phormone. abſte emittere inuitũ eã inque. pro eo quod eſt dic. Quæſo ut dicit phocas primam habet perſonam ſingularẽ præſentis indicatiui modi. habet etiã & pluralẽ eiuſdẽ temporis. ut Cicero ĩ primo de legibus. q̃obrẽ aggredere quæſumus. & ſillius libro. xiii. punicorum. Non ardua regnis quæſumus aut in hora tuis. Quæſit quoq; dicit lucretius in primo. Ni diuum pacem uotis adit & prece quæſit. Apud ſaluſtium quoq; referente phoca quæſere lectũ eſt. Sed quẽadmodum prioribus duobus uti poſſumus: ita his poſterioribus non eſt utendum. Infit pro inquit. Verg. x. æñ. Tunc pater omnipotẽs rerum cui ſũma poreſtas infit: & in. xii. ita turbidus infit. Varro apud Priſcianũ li. viii. primã ponit perſonã infio. Ouat quoq; phoca teſte tantũ habet tertiã perſonã ſingularẽ præſentis ĩdicatiui. & participiũ ouans. ut Vergilius. pri. geor. & ouantes gutture corui. Faxo faxis. Idem phocas dicit tantum habere futurũ indicatiui: nos tantũ inuenimus faxo. faxit. faxitis. faxint. Verg. li. ix. haud ſibi cum danais rem faxo & pube pelaſga. & Liuius li. vi. ab urbe. faxo ne iuuet uox iſta. & Ennius apud Ciceronẽ in libro de ſenectute. Nemo me lachrymis decoret nec funera faxit. & Liuius libro. xxxiiii. Quod faxitis: deos omnes fortunare uelim. faxint frequenter apud Plautum & Terentiũ legitur. Auſim primam tantum habere perſonam futuri indicatiui modi teſtis eſt phocas. Liuius libro primo. Nec ſi forſan dicere auſim. Vergilius quoq; ſecundo georgicorũ. Auſim uel tenui uitem cõmittere ſulco. ubi Seruius exponit auſim pro auſus ſum uel audebo. Ouidius in ſexto. Et nihil eſt quod non inopino captus amor auſit. Catullus in epithalamio. quis huic deo cõpararier auſit. ſed hoc rariſſime iuenitur apud auctores. Cedo cedite.

Aiebam. aiebas. aiebat. aiebamus aiebatis. aiebãt. in præterito ĩperfecto eiuſdẽ modi. Ai in ſecunda perſona ſingulari præſentis indicatiui modi. Aiens. in participio præſentis.

Inquio. uel inquam. inquis. inquit. inquiũt in præſenti indicatiui. Inquiſti in ſecunda perſona præteriti perfecti eiuſdem indicatiui. Inquiat in tertia ſingulari futuri eiuſdẽ indicatiui. Inque in ſecunda pſona ſingulari prꝙſentis imperatiui modi. aliis in locis deficit.

Quaeſo. quæſumus. in primis perſonis utriuſq; numeri præſentis indicatiui modi reperitur in uſu.

Infit pro inquit & ouat in tertiis perſonis ſingularibus pñtis indicatiui modi reperiunt.

Faxo. faxis. faxit. faximus. faxitis. faxint. In futuro tantum indicatiui modi.

Auſim in prima perſona ſingularis futuri indicatiui tantum.

Cedo pro dic. & cedite pro dicite in ſecũdis pſonis tãtũ utriuſq; numeri imperatiui modi

Salue saluete saluere. aue auete auere. in eisdẽ secũdis personis impatiui & ĩ pñti ĩfinitiui.

Odi odisti. noui nouisti. cœpi cœpisti. memini meministi. in uoce tantũ habẽt præteritũ perfectũ indicatiui. & sex temporũ quæ formantur ab eo: significationẽ uero etiã omnium aliorum temporum.

Præterito & tẽporibus quæ ab eo formantur carent furio. is. insaniui. fero. tuli. ferio percussi. tollo substuli. quatio. is. glisco. is. cum uerbis quæ dicuntur inchoatiua.

De primis puerorũ præexercitamẽtis. C. viii.

Artes orationis octo sunt. Nomẽ. Pronomen. Verbum. Participiũ. Præpositio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quattuor ex his declinant᷑. Nomẽ. Pronomẽ. Verbum. participiũ. Quattuor nõ declinãt᷑. Præpositio. Aduerbiũ. Interiectio. Cõiũctio

Cicero de claris oratoribus. Cedo queso oratiõis sũt enim. & Iuuenalis in. vi. Cedo si breue parui sortita est lateris spaciũ. Cedite quoqꝫ ĩ plurali pro dicite plautus ẽ usus. Salue saluete. Vergilius. v. æñ. Salue sancte parens. iterũ saluete recepti. Salueo tñ in prima positiõe dixit Plautus in truculento. Salue inquit. satis est mihi tuæ salutis nil moror. nõ salueo. Cicero quoqꝫ ad atticũ futuro indicatiui est usus: & saluebis inquit a meo Cicerone. Auete & auere a Phoca tollit᷑: cũ tamẽ apud Martialẽ reperiat᷑. Mane tibi pro me dicet auere liber. & Quintilianus dicit ĩ pri. fuisse uirũ ualde litteratũ q salutauerit sic auete: cũ ab usu iã defecisset. Odi odisti. hæc uerba cũ tantũ in præterito & temporibus ab eo formatis reperiantur habẽt tamẽ sensum etiam aliorũ tẽporũ. econtrario ad ea tẽpora q circũloquimur in uoce passiua. Nã queadmodũ mutuamur pñs indicatiui ad circũloquendũ illius præteritũ perfectũ. & præteritũ impfectũ ad circumloquẽdũ illius plusquam perfectũ: ita e diuerso præteritum perfectũ accomodat suã significationẽ pñti: & præteritũ plusquã perfectũ præterito imperfecto. Itaqꝫ præteritũ perfectum horũ uerborũ habet sensum pñtis atqꝫ sui ipsius. præteritũ plusquã perfectũ eiusdem modi hahet suũ sensum & præteriti impfecti. præteritũ optatiui habet suũ sensũ atqꝫ etiam pñtis. Plusquã perfectũ subiunctiui suũ sensũ atqꝫ etiã præteriti imperfecti eiusdẽ modi. Præteritũ perfectũ suũ sensum atqꝫ pñtis eiusdẽ subiunctiui cũ futuro optatiui. Futurũ subiunctiui habet suũ sensum atqꝫ etiã futuri indicatiui modi. Præteritũ infinitiui suũ atqꝫ etiã præsẽtis. Præterito carẽt. fero quod aliunde assumpsit tuli. ferio quod a percutio sumpsit percussi: tollo: quod olim habuit tetuli a substollo substuli mutuatus eũ. quatio. is. quod in usu non habet quassi. ut dicemus in præteritis tertiæ cõiugatiõis: ubi etiã de glisco & inchoatiuis. Partes orationis. Post simplicem nominis & cũ eo participii pnominis uerbiqꝫ declinationẽ sequens opera pueris adhibenda est: ut incipiant partes dignoscere non quidem adhuc exacte admodum: sed quantũ illa ætas capere potest: deinde quomodo inter se construuntur: ut iam incipiãt quasi degustationẽ quandã habere eorum quæ postea enodatius tradenda sunt. Dicit igitur in primis quod octo sunt orationis partes: quas enumerat: Sed non miretur postea cum dixerimus gerundia & supina alias esse oratiõis partes ab octo superioribus: quodqꝫ libro tertio dicturi sumus alios posuisse tres tantum ut Aristoteles & Theodectes. alios quattuor ut stoici. Alios distinxisse uocabulum & appellationem a nomine: alios adiecisse asseuerationem attractionemqꝫ. Sed nihil necesse est puericiæ teneritudinem tanta ueluti ciborum uarietate farciri: satisqꝫ illi fuerit octo orationis partes distinguere : qui numerus primũ Aristarcho ex græcis deinde palemoni ex latinis placuit: quos deinde omnes grammatici græci & latini secuti sunt. Ita tamen quod græci interiectionem partem aduerbii esse dixerunt. Latini interiectionem ab aduerbio separant. Articulum uero quia latinus sermo nõ agnoscit: ad pronomen referunt. Itaqꝫ utriqꝫ omnino partes octo esse dicunt.

Quattuor ex his declinant. Quod ex harũ octo partiũ numero quattuor sunt declinabiles: & quattuor rursus indeclinabiles: quas explicat. græci quoq; articulũ declinant latini quoq; gerundiũ & supinũ. & qui distingunt uocabulũ & appellationẽ a nomine tria illa eodẽ modo declinãt. Nomẽ est quod declinatur per casus. hæc nõ est diffinitio noĩs: sed quædã proprietas: per quã puer magis ueniet in noĩs cognitionẽ quã per diffinitionẽ quam libro tertio reddituri sumus: nomen est pars orõnis corpus aut rem proprie cõmuniterue significans. & eodem mõ de reliq̃s partibus orationis quarũ ꝓprietates ponit per quas possint a pueris rudibus litterarũ dignosci: postea uero libro. iii. huius operis illarum diffinitiões quæ magis naturã ostendũt explicabimus. Genera nominũ. declinabilium orõnis partiũ elegit quædã accidentia sine q̃bus nõ potest fieri illa quã diximus constructio. in noĩe ꝑnoĩe & participio genus numerũ & declinationẽ. In uerbo cõiugationẽ uocẽ significationem atq; in his oĩbus personã De genere nominũ ꝑnominũ & ꝑticipiorũ: qm̄ aliis in locis copiosius disputabit quod ad hũc locũ attinet dicimus genera eẽ quinq;. Masculinũ quod declinatur cũ hic &c. Sed hæc quam insufficiẽter dicãt quis nõ uidet? Primũ quia nõ ideo nomẽ ẽ aut masculinũ quod declinat cũ hic aut fœmininũ quod declinatur cũ hæc: aut neutrũ quod declinatur cũ hoc: sed quia ẽ uel masculinũ uel fœmininũ uel neutrũ: ideo declinat aut cũ hic aut cũ hæc aut cũ hoc. Deĩde quod nomia adiectiua q̃ per primã & secũdã noĩs declinationẽ inflectuntur & ꝑnoĩa & ꝑticipia nõ declinant per hic & hæc & hoc sed per suas cuiq; generi terminatiões accõmodatas. Præterea quod dubii & ꝑmiscui generis nullã facit mentionẽ. Sed ut diximus hæc pueris adhuc rudibus ꝑponũt quæ ꝑuectioribus accurate magis postea tradent. Numeri nominũ. numerus cõmunis est oĩbus ꝑtibus orõnis q̃ declinãt. Casus uero nomini ꝑnomini & ꝑticipio tm̄. sed de his postea copiosius dicet Declinatiões nominũ. Sũt aũt quinq; tãtũ qui numerus ex genitiui diuersitate colligitur. Pronoĩa per duas ꝓprias declinatiões & p duas itẽ q̃ ad noĩs declinationẽ referuntur. Participia per primã & secundã & tertiã nomĩs declinationem uariantur.

Nomẽ est quod declinat per casus & nõ significat cum tẽpore. ut hæc musa musæ.

Pronomẽ est: quod ponitur loco noĩs proprii ut ego. tu. ille. & sunt illa quindecim tantũ.

Verbũ est quod declinatur per modos & tẽpora sine casu. ut amo. amas. amaui. amare.

Participiũ est quod declinat per casus cũ tpe: & deriuat a uerbo semp. ut amãs. amaturus.

Præpositio est q̃ præponit nomini per appositionem & aliis etiam partibus per cõpositionem. ut ad eo. ad eum.

Aduerbiũ est quod additũ uerbo nomini aut participio significationẽ eius auget. aut minuit. aut mutat. ut ualde amat. minus amat. non amat. satis doctus.

Interiectio est quæ aliquẽ mẽtis affectũ significat uoce incondita. ut hei mihi. heu me.

Coniunctio est quæ diuersas partes orõnis cõiungit. ut pompeius & cæsar. amat & docet.

Genera nominũ pronominũ & participiorũ quinq; sunt. Masculinũ quod declinat cum hic. ut hic domin⁹. fœmininũ quod declinat cũ hæc. ut hæc musa. neutrũ quod declinat cũ hoc. ut hoc tẽplũ. Cõmune duũ quod declinatur cũ hic & hæc. ut hic & hæc homo. cõmune triũ quod declinatur cũ hic & hæc & hoc. ut hic & hæc & hoc amans.

Numeri nominũ pronominũ uerborũ & ꝑticipiorũ duo sũt. Singularis qui de uno tãtũ loquit. Pluralis qui de pluribus loquitur.

Casus nominũ pronominũ & ꝑticipiorum septẽ sunt. Nomĩatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accusatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus. Effectiuus

Declinationes nominũ ad quas etiã reducitur participiorũ declinatio: quinq; sunt. prima quæ mittit gtm̃ in.æ.diphthongon. ut hæc musa musæ. Secunda quæ mittit gtm̃ in.i. ut hic dominꝰ domini. Tertia q̃ mittit gtm̃ in.is.ut hic sermo sermõis. Quarta q̃ mittit gtm̃ in.us.ut hic sensus sensus. Quinta quæ mittit gtm̃ in.ei.ut hic dies diei.

Declinatiões pronominũ quattuor sũt. Prima q̃ mittit gtm̃ in.i.ut ego.mei.tu.tui.sui. Secunda q̃ mittit gtm̃ in.ius.ut ille illius.iste istius. Tertia ad primã & secũdã nõis declinationẽ refert̃.ut meus.a.um.tuus.a.um. Quarta ad tertiã nomĩs declinationẽ refert̃. ut nostras nostratis.uestras uestratis.

Coniugatiões uerborũ quattuor sũt. Prima q̃ habet.a.ꝓductã ante.re.in ĩfinitiuo.ut amo amas amare.Secunda q̃ habet.e.ꝓductã ante re.in infinitiuo. ut doceo doces docere. Tertia q̃ habet.e.correptã ãte.re.in ĩfinitiuo.ut lego.is.legere.Quarta q̃ habet.i.ꝓductã ante.re.in infinitiuo.ut audio audis.audire.

Voces uerborũ tres sũt.actiua ut amo amas. Impsonalis.ut amat̃.passiua.ut amor amaris

Modi uerborũ quinq; sũt.Indicatiuus. Imperatiuus.optatiuus.subiũctiuus.infinitiuus

Tempora uerborũ quinq; sunt.præsens. præteritum impfectũ præteritũ perfectũ.præteritum plusquãperfectũ & futurum.

Tẽpora participiorũ tria sũt.præsẽs ut amãs. ꝑteritũ ut amatꝰ.futurũ ut amaturꝰ.amãdꝰ

Coniugationes uerborũ quattuor sunt.hæc diuersitas ex secunda persona pñtis indicatiui modi accipiẽda erat:nã uerba q̃ mittũt illã in.as.sunt primæ cõiugationis.q̃ in.es.secũdæ.quæ in.is.correptã tertiæ. q̃ in.is.productã quartæ quã quidã tertiam ꝓductã appellãt:sed quia pueri nõdũ percipiũt quid sit syllaba ꝓducta:quid correpta in fine dictionis: uisum est hãc diuersitatẽ ex infinitiuo distinguere in quo accẽtus potest ostẽdere q̃ syllaba sit longa q̃ breuis ĩ penultimo loco:ut q̃ uerba habẽt e.ꝓductã ãte.re. finalẽ sint primæ:hoc est quæ habẽt accentum in penultima.& eodem modo de reliquis cõiugationibus.

Voces uerborum tres sunt. Quia nõdũ pueri sunt capaces significationis uerborũ:quæ in actiuã.passiuã.neutrã deponentem cõmunẽq; spargit̃. de q̃bus libro quarto dicturi sumus hoc loco tantũ admonẽdi sunt tres esse uerborũ uoces.actiuam. ut amo amas amat.Impersonalẽ ut amatur.amabatur.amabit̃.passiuam.ut amor amaris uel amare loquor loqueris uel loq̃re. Quelibet rursus uox diuidit̃ in q̃nq; modos quos Quintilianus qualitates appellat. Indicatiuũ quo indicamus aliquid fieri. ut ego amo.tu doces.ille legit. Imperatiuũ quo ĩperamus.ut o Vergili audi.optatiuus quo aliq̃d optamus.ut utinã ueniret antonius.Subiũctiuus quo uerbũ uerbo subiũgimus.ut si legeris soluam tibi mercedẽ. Infinitiuus quo indiffinite aliquid dicitur: quod altero uerbo diffiniendũ est ut oportet nos legere.& bonum est nos audire. Modus iterum diuiditur in tẽpora quinq; hoc est pñs quod rem instantem significat.ut ego lego.Præteritumimperfectũ quo demonstramus quod aliquid faciemus sed nõ dicimus an perfectum sit.ut ego legebã. Præteritũperfectũ quo ostẽdimus aliq̃d fuisse perfectũ.ut ego legi.Præteritũ plusquãperfectũ quo significamus ante factũ fuisse aliq̃d postea q̃ aliqua res facta fuit.ut iam ego legerã cum tu uenisti. Futurũ quo ostẽdimus aliquid faciendum esse.ut ego legam.Meminisse aũt debet puer nõ omnia tẽpora esse in oibus modis.sed in indicatiuo & subiunctiuo omnia quinq;.in optatiuo & infinitiuo tria præsens præteritũ & futurũ.in imperatiuo duo tantũ.præsens & futurum.

Tempora participiorũ tria sunt tantũ præsens præteritũ & futurũ.præteriti imperfecti temporis & præteriti plusquã perfecti ad uocem participii tẽporis præteriti reducit̃.ut Vergili.pri.æñ.Et qua uectus abas & qua grãdeuus alethes.quod exponit seruius.i.qua uehebat̃:quia nos pticipio ꝑteriti impfecti caremus quod tñ græci hñt

Personæ nominū pronominum & uerborum tres sunt. prima ut ego amo. secūda ut tu amas. tertia ut ille amat. uergilius docet.

Omnis noīatiuus est tertiæ personæ præter quā ego quod est primæ. & tu quod est secūdæ. & oēs uocatiuos qui sūt secūdæ ꝑsonæ.

Nomen substātiuū est quod declinat̃ per unū articulū uel per duos tantū. ut hic dominꝰ. hic & hæc homo. Adiectiuū quod declinat̃ per tres articulos: uel per tres diuersas terminationes. ut hic & hæc hoc fœlix. bonꝰ. a. ū.

Relatiuū ē quod refert aliquod antecedēs. antecedēs uero ē: quod refert̃ ab aliquo relatiuo

Adiectiuū & substātiuū in tribus cōueniunt. in genere numero & casu. ut uir bonus.

Relatiuū & antecedēs in tribꝰ cōueniūt. in genere numero & ꝑsona. ut ego amo q doceo.

Nomīatiuus & uerbū in duobus cōueniūt: in numero & in persona. ut ego amo. tu doces.

Personæ nominū. Persona propriū accidens est pronomīs & uerbi. sed noīa & participia cū sint tertiæ personæ oīa. uocatiuus tamē ab oībus illis est secūdæ personæ: ut paulo post dicturi sumus. Omnis noīatiuus est tertiæ ꝑsonæ. ac si dicat oīs dictio q̄ per casus declinat̃ hoc est nomē pronomē & participiū est tertiæ ꝑsonæ. & facta regula ex his quę sunt plura: facit exceptionē huius ꝓnomis ego. quod ē primæ ꝑsonæ. atq; iterū huius ꝓnomīs tu quod est secūdæ ꝑsonæ. atq; huius ꝓnominis ratione excipiunt̃ oēs uocatiui in quibus subintelligit̃ tu ī singulari. & uos in plurali. nā quēadmodū pronomē ponitur loco nois ꝓprii: ita uocatiuus oium partiū quæ per casus declinant̃ ponit̃ loco huius ꝓnomīs tu. Nomē substantiuū est. Quid sit nomē substātiuū ostēdit ex quadam illius ꝓprietate: hoc ē quia declinat̃ per unum articulū uel per duos tātū. Adiectiuū uero ex alia ꝓprietate ostendit quid sit: hoc ē quia declinat̃ per tres articulos. uel per tres diuersas terminatiōes. hoc nō est docere sed quasi per quædam signa uel ꝓprietates ostēdere quid sit nomen substātiuū: quid adiectiuū Sed si cōsideremus qualē discipulum istituimus: nulla potuit aptior diffinitio excogitari: & ex qua magis possit distinguere adiectiuū a substantiuo. Nam quēadmodū alio loco dicturi sumus nō propterea nomen est substātiuū: quod per unū: uel per duos articulos declinat̃: neq; ideo adiectiuū quia per tres articulos: uel per tres diuersas terminationes inflectitur: sed quia illud substātiuo hoc adiectiuo accidit. Accidentia aūt q̄ substātiæ notiora sunt pueris præsertim rerum oīum ignaris. libro tamen tertio plenius hac de re instituent̃. Relatiuum est. aliā nomis differentiā ostendit. Aliud namq; est relatiuū. aliud antecedens. Et quid utrūq; sit ostēdit. Ex quo manifestū est relatiuū & antecedens nomina esse ad aliquid dicta. posito enī relatiuo: necesse est poni antecedens. atq; e diuerso necesse est posito antecedenti poni relatiuū. Adiectiuū & substantiuū. Ponit tria præcepta q̄ nō sermonis latini propria: uerum etiā oībus linguis cōmunia publica & quodāmodo naturalia sunt: si quidem naturale est ut inqnit Aristoteles quod apud omnes gentes idem est. Primū itaq; præceptū naturale & contra quod si quis peccauerit nō tantum indoctus sed plane barbarus habeatur est: quod adiectiuum & substantiuū in tribus cōuenire debent: in genere. numero. & casu. hoc est quod utrumq; sit eiusdem generis numeri & casus. Quando tamen hoc præceptum exceptionem patitur suis locis dicemus. Relatiuum & antecedens. hoc est secundū præceptū naturale: quod relatiuum & antecedens in tribus conueniunt: in genere: numero: & persona. hoc est quod utrumq; sit eiusdem generis numeri & personæ. De ratione aūt huius conuenientiæ libro quarto copiosius disputabitur. Nominatiuus & uerbum. hoc est tertium præceptum naturale: quod nominatiuus & uerbum conueniunt in duobus hoc est numero & persona. idest quod ambo debent esse eiusdem numeri & personæ. Figurate tamen aliquando uidetur esse disconueniētia inter nominatiuū & uerbū: quēadmodum libro tertio cum de figuris constructionis agetur plenius dicendum est.

Omne uerbũ actiuũ: subaudi personale quod habet uocem actiuã. uel actionẽ significans: quale est deponẽs & cõmune ea parte qua significat actionem: exigit ante se hoc est in ratione suppositi noĩatiuũ pro persona agẽti. & actm̃ sed nõ necessario pro persona patienti. uel aliũ casum: sed tũc passio illa nõ recta & transitiua sed obliqua est.

Omne uerbũ actiuũ uł actionẽ significans: exigit ante se noĩatiuũ pro persona agenti: & accusatiuũ uel aliũ casũ pro ꝑsona patienti.

Omne uerbũ passiuũ uel passionẽ significãs. exigit noĩatiuũ pro ꝑsona patienti: & ablatiuum cũ præpositiõe a uł ab pro ꝑsona agẽti.

Gerũdia supina & participia exigũt post se casum quo cõstruit̃ uerbũ a quo descenduut.

Præpositiões accusatiuo deseruiẽtes sunt. Ad apud. ante. aduersus. aduersum. cis. citra. circũ. circa. circiter. contra. erga. extra. inter. intra. infra. iuxta. per. propter. prope. propius. proxime. pridie. procul. post præter. penes. supra. secundũ. secus. trans. usq;. ultra.

Præpositiões ablatiuo deseruiẽtes sunt. a. ab. abs. absq;. cũ. corã. clã. de. e. ex. pro. præ. palã. sine. tenus. quæ aliquãdo gt̃õ iungitur.

Præpositiones accusatiuo uel ablatiuo deseruiẽtes sunt. in. sub. super. subter.

Præpositiones quæ tantũ in cõpositiõe reperiuntur sunt. an. con. dis. di. re. se

Nominatiuus semper regit̃ a uerbo expresso uel subintellecto in ratione suppositi.

Omnc uerbũ passiuũ: quod etiã de ꝑsonali intelligendũ est. uel passionẽ significãs: qualia sunt illa. exulo: uapulo: ueneo. fio. liceo. nubo. exigit noĩatiuũ pro ꝑsona patienti atq; in rõne suppositi. & ablatiuũ cũ præpositione a uel ab. uel etiã datiuũ pro persona agẽti. ut ego amor a te uel tibi exulo a rege. ubi nõ ausim dicere regi: pro a rege. Gerundia supina & participia. De gerundiis quod diximus intelligendũ est de gerundiis substantiuis actionẽ significãtibus. ut ueni causa legẽdi Vergilium & inseruiẽdi amicis. & carẽdi uoluptatibus & miserẽdi uiduarum. De supinis ꝑterea ĩtelligẽdũ est de primis: nam ultima cũ nullo casu post se cõstruũt̃: quẽ admodũ libro quarto dicturi sumus. ut eo uenatũ feras. inseruitum amicis. Participia uero siue illa sũt actiue uocis siue passiuæ eandẽ rationẽ seruãt. Nam participia p̃ntis tp̃is cũ actionẽ significãt construunt̃ post se cũ actõ. ut amans uirtutes: aut datiuũ ut inseruiẽs amicis: aut ablatiuum ut carẽs uoluptatibus: aut gtm̃: ut miserẽs filiorũ. Eodem modo de participio tp̃is futuri uocis actiuæ. Participia quoq; uocis passiuæ passionẽ significãtia cõstruunt̃ cũ ablatiuo & præpositiõe a uł ab aut datiuo: ut amatus a te amãdus ab illis. uel amatus tibi amãdus illis. Præpositiones actõ deseruiẽtes. Præpositiões aut sepabiles sũt aut insepabiles. Sepabiles sunt ꝗ possunt apponi casibus. Insepabiles sunt ꝗ nũquã reperiunt̃ nisi in cõpositiõe. De separabiles itaq; ponit primã regulã. Quod præpositiões accusatiuo deseruiẽtes sunt. ad. apud. ante. & cet̃a quæ sequunt̃. Deinde subdit præpositiões ablatiuo deseruiẽtes. atq; mox quæ sunt utriq; casui deseruiẽtes. tunc demũ ponit præpositiões quæ nũquã reperiuntur nisi in cõpositione cum reliquis partibus orationis. Sed hæc uberius explicabuntur libro tertio: ubi de præpositiõe differemus. Enumerauimus aũt hic ꝓpositiones: ut pueri haberent illas in promptu cum incipiunt partes orationis inter se connectere. Nomĩatiuus semper regit̃ a uerbo. Regi aliam dictionem ab alia nihil aliud est quam esse appendicem illius: ut in ordine cõstructionis aliquid significet. Sed cum uerbum ut ait Aristoteles sit oratiõis forma: neq; sine uerbo possit esse illud quod græci uocant axioma quod boetius enunciationẽ Cicero tum pronũciatũ. tum proloquiũ interpretatus est: cõsequẽs est: ut oẽs partes oꝛ̃onis a uerbo regant̃ ĩmediate: uł media aliqua alia parte oꝛ̃onis. Dicit igit̃ in primis quod noĩatiuus regit̃ a uerbo. Nã ut uerbũ ꝑsonale nũquã põt eẽ sine ntõ sic noĩatiuus sine uerbo ꝑsonali eẽ nõ põt. ergo merito ab illo regit̃: tãquã oꝛ̃onis forma: & dat illi suppositũ tãquã accidẽti-

Genitiuus plærũq;:regit͛a noíe ex uí poſſeſſio
nis.nõnũquã ex natura noís uel uerbí.
Datiuus plærũq; regit͛ a uerbo ex uí acquíſití
onís.nonnũquam uero a nomíe ex ſpecíalí ſi
gnificatione.
Accuſatiuus plærũq; regitur a uerbo ex ui trã
ſitionis.uel aparte ante ex natura infinitiui:
uel mediante præpoſitione.nonnũquã etiã a
nomine adiectiuo uel uerbo.uel a participio
ex ui ſynechdoches.
Vocatiuus ſemper regitur a uerbo ſecũdæ per
ſonæ imperatiui modi in ratione ſuppoſiti.
Ablatiuus plerũq; regit͛ a uerbo mediãte præ
poſitiõe.nonnunquã ex ſpeciali noís uel uer
bí ſignificatione.
Effectiuus plerũq; regitur a uerbo uel partici
pio ex ui inſtrumenti quo aliquid fit:aliquã
do ex ui cõpatiõis:aliquãdo ponit͛ abſolute.

Genitiuus præter illã cõmunẽ ſignificationẽ qua regit͛ a noíe appellatiuo ex ui poſ-
ſeſſionis:aliquãdo regitur ex natura ſpeciali noís.ut uini plenus.uel uerbi.ut ĩpleo
uini uaſa.a nomie inquã appellatiuo: quia ſi ꝓprio iungat͛:appellatiuũ ibi ſubintelli
gitur.Vergil.pri.æñ.Vnius obnoxã & furias aiacis oilei. Vbi Seruius notat ex figu
ra græca dictũ eſſe qua utimur
circa patres & maritos tantum.
ut aiacis oilei intelligamus fili
um. deiphobe glauci intelliga-
mus filia.hectoris andromache
ĩtelligimus uxor.quin ĩmo hæc
figura latius patet.nã & euſebi
us pamphili dictus eſt ſubaudi
amicus. & Terentius in andria
Video huius byrrhiã ſubaudi
ſeruũ. nã pronomẽ loco nomís
proprii ponit͛. Datiuus plerũq;
regitur a uerbo ex ui acquiſitio
nis:atq; etiã cuiuſcũq; rei attri-
butionis:ſiue illa ſit utilis:ſiue
damnoſa:ſiue indifferens.regit͛
etiã nõnunquã a noíe ex ſpecia
li ſignificatiõe. ut utilis amico
difficilis uxori.iucundus fami-
liaribus. Accuſatiuus plærũq;
regit͛ a uerbo ex ui trãſitiõis.ut
amo uxorem.uel aparte ante ex
natura ĩfinitiui.ut opportet me
amare.uel mediãte præpoſitiõe
ut eo ad forũ. uel ex ui ſynech-
doches a nomíe adiectiuo.ut ni
ger oculos.uel a uerbo ut exple
ri mentẽ nequit.uel a participio ut nodoq; ſinus collecta fluentes. Vocatiuus.hæc re
gula multũ nouitatis attuliſſe uidet͛ iis qui dicebãt uocatiuũ aliquãdo poni abſolute:
quod eſt cũ oratio ex recta fit obliqua. hoc eſt cũ ex ſecũda perſona ad quã loquimur
fit trãſitus ad tertiã de qua loquimur.ut ſi dicas ô cæſar legat pompeius: ĩtelligit͛ ibi
audi uel auſculta uel intẽde..quod ita eſſe facillime probat͛ ex interpretatione pſalmi
xxi.cuius initiũ eſt apud hebreos idipſum quod dominus noſter atq; ſaluator dixit in
cruce.hoc eſt heli heli limaſſabachthanẽ.quod euãgeliſta interpretat͛ deus meus deus
meus ut quid dereliquiſti me?At uero ſeptuaginta interpretes uerbũ ſubintellectum
unde uocatiuus ille regebat͛ expreſſerũt dicẽtes.Deus deus meus reſpice in me.quare
me dereliquiſti.aut quæ ratio fuit aliquid addẽdi quod in hebræo nõ legebat͛: ſi non
erat in illis ipſis uerbis incluſum. Illud quod adhuc maius eſt auſim affirmare:etiam
ſi exprimat͛ ſecũda ĩpatiui modi pſona. adhuc aliud uerbũ quod attentionẽ ſignifi-
cet ſubintelligẽdũ eſſe: a quo uocatiuus ille regat͛. Quale eſt illud quod Marci capite-
v.legimus. dicẽte dño thabita cumi.quod ĩterpretat͛ puella ſurge.at euãgeliſta cũ ĩter
terpretat͛ tibi dico ĩterpoſuit:quod tantũ ualet quãtũ audi quod erat incluſum in eo
quod dixit puella ſurge.neq; enĩ ſaluator noſter dixit tibi dico:ſed aliqd more adiecit
quod fere ſemp facimus quotiẽs uocatiuo utimur:ut auditor paret ſe ad ea q̄ dicturi
ſumus.Nã & uocatiuus a græcis rectus dicit͛ quẽadmodũ & noíatiuus:quia uterq; re
cte ſtans rectã ſubſtãtiã ſignificet:unde & uerbo ſuppoſitũ dare poſſunt. Ablatiuus
regit͛ a uerbo mediãte p̃poſitiõe:aut ex ſpeciali noís ul' uerbi ſignificatiõe.ut plenus
uino.impleo uino. Effectiuus de quo plura libro tertio cũ de caſibus nominũ diſ-
putaturi ſumus dicẽda ſũt plærũq; regit͛ a uerbo.ut malo me galathea petit:cõſus fe-
roq; petitus.regit͛ etiã ex ui cõparatiõis:ut doctior illo:aut ponitur abſolute:ut ducẽ
te deo expedior:ducente deo nõ regitur:quia per ſe orationẽ quodã modo facit licet
ĩmperfectã:qualis eſt ſubiunctiui modi in quã reſolui cõſueuit.ut nato ieſu ĩ betlem
pro quo hieronymus uertit:cum natus eſſet ieſus in betlem.

Liber ſecundus de genere & declinatione nominũ:& de præteritis ſupiniſq; uerborũ.

Caput primum de genere nominũ.

Oemina maſq; genus nullo monſtrante reponunt.
Maſcula ſunto tibi quaſi maſcula. fœmineumq;

iber ſecundus. In ſuperiori libro iacta ſunt prima artis grãmaticæ fundamenta: rudia illa quidem & inelaborata: ſed quæ paulatim elimanda ſunt: & cũ puerorũ ætate coaleſcere debent. Quale eſt illud quod de genere nominũ. pronominũ. & paticipiorũ dicebamus: maſculinũ eſſe quod declinatur cũ hic: fœmininũ quod declinatur cũ hæc: neutrũ quod declinatur cũ hoc. In ſermone namq; græco: hebraico: punico: aut deniq; cuiuſcunq; alterius linguæ: quæ articulis utiť: præceptũ illud ſufficiens erat: cum in ſerie orationis nomina plærũq; articulos habeant connexos. At uero latinis q̃ ex idiomate articulos ignorãt: regula illa nõ ſuffragatur: neq; ob aliã cauſam fuit ꝓpoſita. niſi ut pueri cõfuſam quandã generis haberent cognitionẽ. Nam ſi puero interroganti muſa cuius generis eſt? fœminini reſpondeas quia declinať per hæc: ſubiiciet ille rurſus quare declinatur per hæc? Reſpondebis opinor: quia generis eſt fœminini. ergo circulũ feciſti: quod in doctrina q̃ ſit uitioſum Ariſtoteles in poſterioribus analecticis præclare demonſtrat. Quoniã ſi fœmininũ idcirco ẽ quia per hæc declinatur: & rurſus per hæc declinatur quia eſt fœmininũ: nunquã oĩno ſcire poterimus: muſa cuius generis eſt. Quare ne pueri diutius á nobis eludantur: tradendæ ſunt illis regulæ: quibus nõ per articulos qui in ſermone latino nulli ſunt: ſed per ſignificatiões aut terminationes poſſint genera nominũ cognoſcere. Sed quẽadmodũ ſupra memorauimus: idcirco nominũ genus cum declinatione: & uerborũ præterita cum ſupinis: hoc eſt capita quattuor ſumus carmine proſecuti: quod in tota grãmatices arte nihil eſt tam uarium. tam multiplex. tam lubricum & labile: ſed neq; quod magis in promptu ſit habendũ: quã rem facilius carmine aſſequi poterimus. Illud aũt mihi hoc ĩ loco præfandũ eſt: nõ eſſe carmina hæc talia ex quibus laudem mihi poſſe cõparari ſperem: quippe quæ ſint iis de rebus quas muſæ plurimũ auerſanť atq; reformidant: & quas plærũq; propter ſyllabarum cõtumaciam uerſus heroicus: quo facilius res huiuſmodi ſcribũtur: nõ admittit ut attagen. cõparatiua. inchoatiua: in quibus ſyllaba breuis duabus clauditur longis. Circuitione uero ſi fuiſſemus uſi: res ipſa obſcurius diceretur: quod fecimus in illo hemiſticho & quod dat ſeruio nomen: pro eo quod eſt ſeruitus: quod heroicũ carmen non recipit. Cunq; nulla dictio latina per eu. diphthongon ſcribi poſſit: nos ita hoc nomine neuter neutra neutrũ uſi ſumus perinde ac ſi græcũ eſſet. Nam e. u. in diphthongon coire ſæpe fecimus: niſi mauis id per ſynæreſim poſſe fieri. Cum enĩ ſcripſi neutra. ſiler. robur: ſi eu. nõ coeat aut per diphthõgõ: aut per ſynæreſim: primus pes proceleumaticus eſt: quẽ hic uerſus nõ recuſat. Cum uero dixi. Dictio non nomen pro nomine ſit tibi neutra: anapeſto uſus ſum: qui paria habet tẽpora cum ſpondeo & dactylo. Fœmina maſq; genus. Præmittit regulas generales: quæ colligũtur ex nominũ ſignificatione generali: & quæ terminationũ regulis præferendæ ſunt. Eſt igitur prima ſignificationis regula: quod nomina propria ſiue appellatiua ſexus alterutrius: ſi ſunt maſculorũ: generis ſunt maſculini: ſi fœminarũ fœminini: quã rem ſola natura duce poſſumus intelligere: etiã ſi nobis id monſtrauerit nemo. Nam ut Priſcianus ait: duo genera ſunt quæ ſola ratio naturæ nouit: maſculinũ & fœmininũ. Neq; id ſolũ in humana ſpecie: ut hic uir. hæc mulier. hic papa. hæc obſtetrix. hic byrrhia. hæc glyceriũ: ſed etiã in aliis rebus in quibus per genitalia mẽbra aut certa quædam ſigna marem a fœmina ſeparamus. quẽadmodũ equum ab equa: aſinum ab aſina. ceruum á cerua. canem & bouem mares a fœminis genitali: gallum uero a gallina tum criſta. tum cauda. tum etiã calcaribus: atq; alias animãtes certis quibuſdã inſignibus natura diſtinxit. In quibus uero ſub altero tantũ genere & terminatiõe utrunq; ſexum intelligimus: qualia ſunt illa quæ græci epicœna: latini promiſcua conſueuerũt

appellare: si necesse habuerimus sexum distinguere additamēto id facere possumus.
ut quoniā perdix genere fœminino semper latini sermonis usus profert: si fuerit grā
diuscula: aut calcaribus armata: aut fœminā inierit: aut aliud quiddā fecerit: quod sit
maris propriū: recte possimus dicere hic perdix masculus est. eodē modo aquila mas-
culus. piscis fœmina. Ouidius in secūdo de arte. Inuenit ī media fœmina piscis aqua.

Sit quasi fœmineū. mars ē pro teste. uenusq;
Est duplici genere recipit quod sexus uterq;.
est cōe triū: quod ad hæc iūgis quoq; neutro
Menses cum fluuiis sexu distingue uirili.
Arboris est nomen muliebre. sed excipiatur.

Et uarro fabium pictorem secu
tus lupus fœminā dixit: quēad-
modū Quintilianus in primo li
bro refert. Mascula sunto ti
bi. Secunda significatiōis regu
la est: quod noīa carū rerū quæ
sexum discretū nō habēt: si res
illas tales imaginamur & fingi
mus: aut de illis ita loquimur:
q̄si sint masculæ aut fœminæ: generis sunt masculini aut fœminini. ut hic mars. hæc
uenus. sic eni de diis gentiū poetæ fabulātur: quasi sexum habeāt: & quod mars uene
rem adulterauit: quodq; illa ex anchise æneam genuit: & talia quædā quæ in naturam
diuinā cadere nullo modo poterāt. Sic præterea illum pingunt armatū & uiriles pug
nas tractantē: quēadmodū & illam fluxiori ueste: & mundiciis muliebribus deditam.
Quamquā Varro in principio librorū de re rustica: uenerem inter deos mares posu
it: quod etiā Ver. significare uisus est cū secūdo æn̄. dixit. Ducente deo. i. uenere: flā-
mam inter & ignem expedior. Idem quoq; libro saturnaliorū primo Macrobius cōfir
mat auctoritate Calui. leuini. aristophanisq; poetarū. Eadē quoq; ratione angelorū
quædā propria noīa generis sūt masculini. ut michael. gabriel. raphael. & cacodæmo
num. ut belzebub sathánas. lucifer. Nam appellatiua partim sunt masculina. ut ange
lus. archangelus. thronus. Partim fœminina. ut uirtus. dominatio. potestas. Partim
neutra. ut dæmonium. cherubim & seraphim: quæ in numero multitudinis nostri ge
nere neutro protulerūt: cum tamē auctore Prisciano in quinto libro hebraīca lingua
genus neutrum nō habeat. sed forte fecerunt: ut ostenderēt spiritus illos nō habere
sexum distinctū: quēadmodū ostreum. scortum. mancipiū. seruitiū. famuliciū. sub qui
bus utrūq; sexum intelligi uoluerunt. Dicit ergo quod nomina quasi mascula sun-
to. i. sint mascula. i. generis masculini: & nomen quasi fœmineum sit fœmineum. i. ge
neris fœminini. Mars deus belli & uenus dea amorum sint pro teste. i. pro exemplo.
Quod si per metonymiam mars pro bello accipiatur: Lar pro domo: neptunus pro ma
ri: aut rursus uenus pro libidine: Ceres pro frumēto: Tellus pro terra. quæ figura fre
quens est apud poetas: nihilominus suum genus retinēt. Est duplici genere. Ter-
tia significationis regula est: quod nomina quæ ex ipsa rerum significatiōe ad mares
& fœminas pertinēt: cōmunia sunt duorum generum. ut hic & hæc pauper. homo. te
stis. Nomina præterea quæ ex ipsa rerū significatiōe ad mares & fœminas pertinēt
atq; etiā neutris iungi possunt: cōmunia sunt trium generū. ut hic & hæc & hoc pru-
dens. sapiens. fœlix. Sed quoniā hæc regula ad innumeras prope dictiones pertinet:
in quibus aliqua fuerit difficultas quo genere sint p̄ferēdæ: per regulas termīationū
facilius explicabit̄. Dicit igit̄ illud nomē est duplici genere. i. duplicis generis: septi-
mus casus pro gtō: quod uterq; sexus hoc ē masculinus & fœmininus recipit. Et illud
nomē est cōmune triū generū: quod ad hæc. i. ultra duo illa genera iūgis neutro: quia
masculinis & fœmininis & neutris iungi potest. Menses cū fluuiis. Quarta regu-
la significatiōis est: quod quia mēsis generis est masculini: noīa quoq; mensiū generis
sunt masculini. ut hic aprilis. quintilis. sextilis. septēber. Præterea quia fluuius gene
neris est masculini: noīa quoq; fluuiorū generis sunt masculini. ut hic arar. garūna.
bethis. atax. Propertius li. secūdo. Testis arar rhodanusq; celer. magnusq; garumna.
Martialis. bethis oliufera crinen redimite corona. Idē ī eodē. Quē tremeret forti mi
lite uictus atax. Sequunt̄ tamē aliqn̄ genus terminatiōis. Lucanus ī. vii. & dānata diu
romanis allia fastis. Ouidius. iiii. fastorū. Clauiger & tāto ē albula pota deo. nā albu-
la is est: qui postea tibris fuit appellatus. Martialis tamen li. xii. masculino iunxit. d.
Cui rector aquarū albula nauigerū per freta tēdit iter. Lucanus neutro genere dixit
libro secūdo. Crustumiūq; rapax. & iūcto sapis isauro. Idē in. iiii. Et tepidū ī molle-

zephyros diſcurrit iader: cruſtumiũ & iader etiã rõne ſignificatiõis poſſunt generis eſſe neutri: quia flumina ĩtelligũtur: quod Horatius expreſſit in poetria.d. aut flumẽ rhenũ aut pluuius deſcribiť arcus. Idẽ quarto.car. Teſtis metaurũ flumẽ & hannibal deuictus: nã teſtis etiã neutris iungi poſſe ſuo loco dicemus. Arboris eſt nomen. Quinta regula ſignificatiõis eſt: quod quia arbor generis eſt fœminini: noĩa quoqꝫ arborũ generis ſũt fœminini. ut hæc prunus. pyrus. ſorbus. pinus. laurus. populus. Excipiũť generis maſculini. hic rubus. hic dumus. ſed rubus quia frutex potius eſt: quod ad arboris altitudinẽ non aſſurgit. Ver. in bucolicis. Ferat & rubus aſper amomũ. quãquã ſerenus fœmininũ etiã protulit dicẽs mandiť apta rubus gingiuis.

Hic rubus. & dumꝰ foliiſqꝫ oleaſter amarus.
Nentra ſiler. robur. cũ ſubere. iũge laburnũ.
Inſula cincta mari. nauis. cũqꝫ urbe poema.
Fœminei generis ſunt cauſa ſignificati.

Dumus uero quia ñ tã certũ quoddã genus fruticis: q̃ fruticẽ ipm ſignificat. Oleaſter quoqꝫ quia degenerat ab oliua: maſculino genere quaſi fruticẽ ꝓtulit Vergil. ii. geor. Indicio eſt tractu ſurgẽs oleaſter eodẽ plurimus: quod uero dixit amarus foliis: alluſit ad Vergilii. foliiſqꝫ oleaſter amaris. Calphurnius tñ neutro genere ꝓtulit ĩ æglogis Me teneras ſalices iuuat aut oleaſtra putare: aut põt eſſe ab eo quod eſt hoc oleaſtrũ. ſic eñi poſſumus dicere oleaſter & oleaſtrũ ſicut a pinus pinaſter & pinaſtrum. a pyrus pyraſter & pyraſtrũ. Plinius li. xv. Pinaſter nihil aliud eſt: q̃ pinus ſilueſtris copioſam dat hæc materiã: genere fœminino dixit hæc. Theophraſtus quoqꝫ interprete theodõro gaze libro. iiii. de ſtirpibus. ſicut pinaſtri inquit: q̃ in locis umbroſis naſcunť. Idem quoqꝫ auctor eodẽ interprete ſub alia terminatiõe in genere neutro ꝓtulit in primo eiuſdẽ opis. pinaſtrũ inq̃t ampliſſimũ pulcherrimũqꝫ apricis locis emigrat. Idẽ in. ii. Exit ex pyro uitiatũ pyraſtrũ: cũ alias pyraſter ſæpe dixerit. Spinus. i. Seruius in illud Vergilii. ii. geor. ſpinos & pruna ferẽtes generis eſſe maſculini dicit. Neutra quoqꝫ ſũt ſiler. robur. ſuber. laburnũ. Verg. ii. geor. Molle ſiler lentæqꝫ geniſtæ. ubi Seruius notat genus neutrũ raro de arbore ĩueniri. Theophraſtus libro. iii. de ſtirpibus theodoro interprete: quidã robur & nucẽ auellanã florere exiſtimant. Idẽ eodẽ interprete li. primo. Suber etiã uiride leue eſt: niſi forte hic de ligno locutus neutro genere eſt uſus: nam Plinius li. xvi. maſculino genere dixit. ſerotino aũt germine malus tardiſſimus ſuber. Idẽ in eodẽ. iuglãdes. caſtaneæ. laburnũ. alpina hæc arbor nec uulgo nota: q̃ cũ ſola materia cenſeať: merito generis eſt neutri p̃ſertim cũ generis neutri terminationẽ habeat: quẽadmodũ Verg. de materia hebeni dixit india nigrũ fert hebenũ. Idẽ li. i. eiuſdẽ opis & torno raſile buxũ. Et. vii. æñ. Mirata uolubile buxum. Ouidius primo de amoribus. At nup uile fuiſtis acer. Multa p̃terea arborũ peregrinarũ noĩa quarũ materia tantũ ad nos ꝑuenit: neutro genere inueniunť ab auctoribus ꝓlata: ut bdelium. balſamum. cinnamũ. Inſula cincta mari. Sexta regula ẽ: quod quia inſula nauis. urbs. fabula poetica generis ſunt fœminini: nomina quoqꝫ inſularũ. nauiũ. urbiũ. fabularũ ex rõne ſignificatiõis generis ſũt fœminini. Itaqꝫ quattuor ꝑtes cõtinet Prima ẽ quod noĩa inſularũ fœminina ſũt: ut ſamos. chios. leſbos. Verg. pri. æñ. Poſt habita coluiſſe ſamo. Horatius. i. epiſtol. Quid tibi uiſa chios bullati notaqꝫ leſbos. Sequunť tñ aliq̃ñ genus terminatiõis. ut Ouidius. xi. meta. Et mitylenæi potiunť littore leſbi. Horatius igiť ex rõne ſignificatiõis ꝓtulit leſbos genere fœminino: Ouidius tñ reſpiciẽs terminationẽ genere maſculino. Nauiũ quoqꝫ noĩa generis eſſe fœminini poetarũ uſus oſtẽdit. ut cẽtaurus. piſtris. argo. Vergil. v. æñ. Centauro ĩuehiť magna ſcyllaqꝫ cloanthus cærulea. & ibidẽ ꝑtẽ roſtro premit æmula piſtris. Idẽ in buccolicis. Erit altera q̃ uehat argo delectos heroas. Noĩa p̃terea urbiũ generis ſũt fœminini. ut ſeſtos. abydos. ſagũtos. caſtulo. præneſte. Ouidius in epl'a leandri. Vel tua mẽ ſeſtos. uel te mea ſumat abydos. Sillius li. pri. Ceu tota ſagũtos igne micet. Idẽ li. iii. Fulget p̃cipuis parnaſia caſtulo ſignis. Verg. viii. æñ. Præneſte ſub ipſa: & Iuue. quis timet aut timuit gelida p̃neſte ruinã. Idẽ tñ. pri. geor. terminationẽ reſpiciẽs dixit. põtus & oſtriferi fauces tentãtur abydi. Lucanus li. iii. Obſeſſum pœno geſſit quod marte ſagũtũ. & Iuuenalis. Atqꝫ coronatũ & petulãs madidũqꝫ tarẽtũ. Verg. vii. æñ. Quiqꝫ altũ p̃neſte uiri. Sillius. iii. punicorũ. & celebre oceano atqꝫ alternis fluctibus hiſpal.

& Martialis. Fluctus paſſeris aut ſupbus anxur: quod oppidū etiā genere neutro ptulit Horatius in pri. ſer. Impoſitū ſaxis late candētibus anxur. Noīa quoq; poematū hoc eſt comœdiarū. tragœdiarū. & fabularū poeticarū generis ſūt fœminini. ut eunuchus. Heauton timerumenos. thyeſtes. æneis. ilias. Terentius. eas ſe nō negat pſonas trāſtuliſſe in eunuchū ſuā. Idē hodie ſum acturus heautontimerumenon duplex q̄ ex argumēto facta eſt ſimplici.

Dictio nō nomen pro nomine ſit tibi neutra.
Neutras pone notas ſeu græcas ſiue latinas.
Omē quod ſit in. a. finitū dic mulicbre.
Accedūt marib9 popa uēter. ſcriba. laniſta
Scurraq; cū lyxa. ſinus adria. uacia. panſa.
Vernaq; cū rabula caculaq; agrippaq; iūgis.
Et quod ab es. græco cōſtat ueniſſe latinū.
Cuius fœmineū plærūq; fit in tria. uel tis.

Et ſi cū Quintiliano dicā uarii thyeſtes cuilibet græcorū cōparanda ē. Papinius. xii. theb. neq; tu diuinā æneida tēta.. & Perſius nullā tibi uēdo iliada. Quod uero Iuuenalis dixit. Scriptus & ī tergo nec dū finitus horeſtes: ad uirū potius illū q̄ ad fabulā reſpexit. Sūt qui dicāt nomē fabulæ cū eſt appellatiuū debere eſſe generis fœminini: cū uero ppriū retinere genus ſuū. Nam quod Vergilius bucolica georgica neutro genere inſcripſit: alia figura dictū eſt: cū neq; illa pprie poemata dicant: q̄ Ariſtotele auctore ī libro de arte poetica debēt eſſe unius rei & cōtinuatæ: ad quod uidet alluſiſſe Ouidius cū in principio ſuæ metamophoſeos ſcripſit. Primaq; ab origine mūdi ad mea ppetuū deducite tēpora carmē. Dicit igit inſula cincta mari ad differentiā inſulæ urbanæ. hoc ē noīa inſularū aut fluuiorū. & nauis. i. noīa nauiū. & poema. i. noīa fabularū. cū urbe. i. cū noībus urbiū: ſunt generis fœminini ex rōne ſignificatiōis. Dictio nō nomē. Septima regula ē: quod dictio q̄ a prima poſitiōe ſua nō eſt nomē: ſi ponat pro noīe generis eſt neutri. dictiones aūt huiuſmōi aut ſunt uerba aut pticipia. aut aduerbia. ut hoc amare. uiuere. aue. ſalue. uale. Terētius ī eunucho. Extrema linea amare nō nihil eſt. i. amoris. Perſius aūt genus expſſit in prima ſatyra. Noſtrū iſtud uiuere triſte aſpexi. i. noſtrā iſtā uitā triſtem. Martialis aue latinū chære nō poteſt græcū exprimere. Ouidius in epiſtola laodomiæ. uix illud potuit dicere triſte uale. Participia quoq;: ut hoc inconueniēs. accidēs. cōtingēs. antecedēs. cōſequēs Intelligo aūt de pticipiis q̄ nō iungunt ſubſtātiuis maſculini aut fœminini generis: cū exprimunt. aut cū ſupprimunt. nā illa oriens. occidēs maſculina ſunt: quia ſubintelligit ſol. profluēs. cōfluēs. torrens æque maſculina: quia ſubintelligit fluuius. Aliquādo tū aqua profluēs dicit: ut apud Liuiū primo ab urbe. pueros ī profluentē aquā mitti. Cōtinēs uero fœmininū: quia terra ſubintelligit: cōſonans quia littera. ſed de his cū de genere pticipiorū diſſeret: plura dicemus. Aduerbia quoq; generis ſunt neutri. ut decēter. belle. euge. ſophos. cras. Perſius quin optes tepidū hoc audire decēter. Idē euge tuū & belle. nā belle hoc excute totū. Idē ecce aliud cras egerit hos ānos. Martialis. Audieris cū grāde ſophos dū baſia iactas. Idē alio loco. Quod tā grande ſophos clamat tibi turba togata. interpretat aūt ſophos ſapiēter. Neutras pone notas. Octaua regula ſignificatiōis eſt: quod noīa lrarū græce & latine generis ſunt neutri: & hoc quia græce grāmata dicūtur: latine uero elementa. ut hoc alpha. beta. iota thita. Martialis. eſt operæpreciū diſcere thita nouū. & Perſius. & potis es uitio nigrū præfigere thita. Hieronymus in euāgelio. Nō ptrāſibit neq; unū iota: neq; unus apex eādē quoq; rōne dicemus. o. micron. ypſilon. & unū. a. duo. b. tria. c. Ex rōne quoq; ſignificatiōis quia littera generis eſt fœminini: litterarū noīa aliqn̄ genere fœminino pferimus. unde alias appellamus uocales. alias ſemiuocales. alias mutas. alias liqdas. Dicit igit neutras pone notas. i. litteras. hoc eſt litterarū noīa: ſiue ſint græca ſiue latina. & ſunt indeclinabilia. Nomē quod ſit in. a. Propoſitis regulis generalibus ad cognoſcēdū genus nominū ex rōne ſignificationis: nūc quod reliquū eſt: quodq; ſub nulla ex illis regulis cōtinet: per terminatiōes ordinis alphabetarii diſponit: ſic tū ut prius uocales: deinde cōſonātes digerant. Dicit itaq; imprimis quod noīa terminata in. a. generis ſūt fœminini: ut hæc muſa. grāmatica. terra fortuna. Excipiunt pauca generis maſculini. popa cū pro uētre præpingui accipit: nā generis eſſe maſculini Phoca teſtat. Dixit aūt popa uēter alludens ad illud Perſii: aſt illi tremit omento popa

tæ declinationis in. us. finita generis ſũt maſculini. ut hic deus. i. dominus. i. ſenſus.
ſenſus. auditus. us. Fœminina uero ſunt quæ hoc loco explicant. hæc aluus. i. Ver
gilius ſecũdo æñ. In latus inqꝫ feri curuam cõpagibus aluum. Actius maſculinũ pro-
tulit. Maia nemus retinẽs grauido concepit in aluo. Humus. i. quod generis fœmini-
ni ſemper reperitur. Vannus. i. Vergilius pri. geor. Et myſtica uannus iacchi. Fi-
cus. i. uel ficus. us. quod pro arbore ex generali ſignificatione ſecundæ & quartæ de-
clinationis fœmininũ reperitur. Iuuenalis. ad quæ diſcutiẽda ualent ſterilis mala ro
bora fici. Cicero de oratore uxorem ſuã ſe de ficu ſuſpendiſſe dixit. Pro pomo quoqꝫ
reperitur utriuſqꝫ declinationis: generis fœminini: aliquãdo etiã maſculini ſed ſecũ-
dæ declinatiõis tantũ. Suetonius in auguſto. Caſeum bubulũ manu preſſum & ficus
biferas petebat. Plinius quoqꝫ libro. xv. ficos & ficus ſub genere fœminino protulit
pro pomo. Varro in pri. de re ruſtica. Fici ĩquit quẽ edimus. & Lucillius apud noniũ
marcellũ. ſicuti cũ primos ficos propalã recẽtes protulit: precio ingenti dat primitus
primos. Pro morbo uero generis eſſe maſculini atqꝫ ſecũdæ declinatiõis teſtatur Mar
tialis: cũ primo epigr. libro ſcribit. dicemus ficos cæciliane tuos. quẽ uerſum ego nõ
ignoro ádiuerſis auctoribus aliter atqꝫ alit legi. Priſcianus etiã pro morbo quartæ de
clinationis eſſe putat generis maſculini atqꝫ ita legit dicemus ficus cæciliane tuos.
Valla pro morbo generis maſculini Priſciano aſtipulat: ſed de declinatiõe ab eo diſſẽ
tit: cõtenditqꝫ ſic debere legi carmen: dicemus ficos cæciliane tuos. Georgius merula
nõ putat Martialẽ in eo loco de morbo ſenſiſſe: ſed de ipſo arboris pomo. Neqꝫ enĩ ut
ait illi erat cũ ceciliano cõtentio niſi de noĩs declinatiõe: quẽadmodũ uoluit Ariſtote
lis ĩterpres in libro elenchorũ. ac ſi poeta uoluiſſet dicere: nos dicemus ficus. quas ſci
mus in arbore naſci. ſed dicemus ficos tuos. i. quẽadmodũ tu ſentis. quod. ſ. ficus pro
pomo generis ſit maſculini. Nã quod galeotus martius expoſuit: dicemus ficos tuos.
. i. ſeruos & familiares ficoſos: ridiculũ eſt. Quod uero georgius putat Martialẽ nõ fu
iſſe adeo ĩpudentẽ: ut tã illoto atqꝫ illiberali ioco uteret: ego nõ intelligo cur tã bene
de illo ſentiat: cũ ſint illius poetæ alii ioci multo turpiores. Neqꝫ in eo merulæ aſſen-
tior: quod putat ficũ pro morbo nõ pertinere ad ani circulũ: ſed tantũ ad caput: eũqꝫ
eſſe quẽ græci ſycoſim uocãt: cũ Martialis idẽ atqꝫ Vergilius in priapeia in illũ podi-

ctis morbum sæpe iocẽtur:quod de morbo capitis frigidiuscule diceretur:grossus quoq; pro fico cũ pomũ significat tũ generis masculini:tũ fœminini reperitur.Celsus libro.v.Grossi inquit in aqua cocti.Plinius libro.xv.Deprehensasq; in his hyeme grossos. Domus quoq; & colus utriusq; declinatiõis reperiũt:sed de domo libro primo diximus de colo Iuuenalis. Sed graue tardas expectare colos. Cicero.ii. de oratore. Quomodo ad me uenis cum tua colu & lana? Porticus:us.tribus.us.acus.us. manus us.fœminina sunt quartæ declinatiõis:nisi quod acus.i.pro pisce generis est masculini declinatiõis secũdæ.Martialis. Et quæ uertẽtes. quod noïa græca in.os.finita quæ transeunt ad nostrã declinationẽ.os.mutata in.us. plærunq; sunt fœminina.ut hæc papyrus.i.Martialis.Perdite uiliacas musæ mea damna papyros.hæc biblos.biblus.i.Lucanus in.iii.Nõdum flumineas memphis cõtexere biblos.Crystallos.crystallus.i.Vergilius in priapeia.Rigetq; durã barba iuncta crystallo. Costos.costus.i.Catullus.Regia quã suauis expirans costus odores.& Lucanus i.ix.Eoaq; costus. smaragdos.smaragdus.i.Plinius li.xxxvii.Smaragdus in qua exculpta fuerat amymone: quã quam idem auctor frequẽtius utitur genere masculino:quẽadmodũ & Martialis scythas smaragdos appellauit. Phasellus quoq;:etsi generis sit fœminini apud græcos. Catullus genere masculino dixit.Phasellus ille quẽ uidetis hospites:aiunt fuisse nauium celerrimũ.Dicit igitur.Tu repones plærunq; in hoc gradu.i.inter fœminina: illa noïa quæ uertentes.i.interpretes qui ex sermone græco in latinum interpretanẽ quandoq; terminationẽ latinam respiciẽs repones illa maribus.i.inter masculina: ut in illo uersu.Insula cincta mari diximus. Tria uero reperiunẽ generis neutri.hoc uirus.i.Martialis.uirus ut hoc alio fallax permutet odore. Vulgus.i. Vergilius secũdo æñ.Scinditur incertum studia in contraria uulgus.in eodem quoq; masculino genere protulit dicens:& spargere uoces in uulgum ambiguas. Salustius in iugurtha. Vulgum effusum oppido cedere. Plinius li.viii.Id uulgum credidisse uideo. Pelagus pelagi. Specus quoq; antiquiores tũ genere fœminino:tum neutro protulerũt. Gellius libro.vii.Specus quandã nactus remotam tenebrosamq; penetro.& Pacuuius.Aduenio in scrupulosam specum.Cato.Speca opposita quõ aqua deuia abiret. frequentius tamẽ masculinũ reperitur.Horatius.iii.car.quos agor inspecus? Ouidius.iii.meta.Est specus in medio siluis & uimine densus. Penus.i.& penus.us.per secundã & quartam generis sunt masculini uł fœminini:hoc penus.oris.tertiæ:semper est neutrũ.Plautus in pseudolo.Nisi mihi annuus penus ab amatoribus cõgerit. Lucillius. Magna penus paruo spacio consumpta peribit.Est præterea titulus in libris digestorum de penu legata.sed ibidẽ frequẽtius hoc penus.oris.legimus: quẽadmodũ apud Horatium:portet frumẽta penusq;.Affranius quoq; in penus herile dixit:ab eo quod est hoc penus.Sexus quoq; neutro genere Plautus in rudente protulit.d.uirile sexus nunquã illum habui. Tertia quod nomen:quod noïa in.us.desinẽtia tertiæ declinatiõis generis sunt neutri. ut hoc tẽpus.oris.corpus.oris. sydus.uulnus.eris.rudus ruderis quod ut diximus ruder quoq; ruderis declinatur. Masculina uero sunt duo.hic lepus.oris. hic mus muris.. Fœminina sunt octo tãtũ. hæc uirtus.utis iuuentus.utis.palus.udis.salus salutis.& quod dat sermo nomẽ .i.uerbale siue participiale nomẽ ab hoc uerbo.seruio.is. hoc est seruitus.utis. Pecus.udis.pro una tantum gregis animante. nam pro toto grege hoc pecus.oris.dicitur.Incus.udis.senectus.utis.Subscus.udis.fœmininũ quoq; esse ostendit Pacuuius apud festum.d.nec ulla subscus prohibet compagem.require in declinatione. Sunt coniuncta tribus.Quod huius ordinis duo nomina reperiuntur cõmunia trium generum.hic hæc hoc uetus.eris.pro quo antiquiores ueter.eris. dicebant.Actius.Veter fatorum terminus sic iusserat.unde etiam superlatiuũ declinaẽ ueterrimus. Intercus quoq; intercutis cõmune triũ ẽ.Gellius libro.xviii.Libe

Hæc tria neutra facis.uirꝰ.uulgꝰ.pelagusq;
Tertia quod nomen declinat dicito neutrum.
Sed duo mascula sũt lepꝰ& mus. attamẽ ista
Fœmineo genere sunt uirtus atq; iuuentus.
Et palus atq; salus.& quod dat seruio nomẽ.
Atq; pecus pecudis.ïcus subscusq; senectus.
Sint coniuncta tribus.uetus.ïtercusq;.Duo

ratum ſe eſſe aquæ interẽtis morbo. Idem libro. xi. Intercutibus ipſi uitiis madentes: quemadmodũ & Cato dixerat intercutibus ſtupris inquinatus. Duobus ſint cõiũcta. quod duorum generum cõmunia tria tantũ reperiuntur. hic & hæc ſus. ſuis. Vergilius. iii. geor. Denteſqꝫ exacuit ſabellicus ſus. Idem. iii. æñ. Inuenta ſub ilicibus ſus.

Sint cõiuncta tibi tria tãtũ. ſus. lyg⁹ & grus
Maſculus ē hic præs. Sed neutrũ dicit̃ hoc es.
Et duo fœminea laus laudis. fraus quoqꝫ fraudis.
S. muliebre datur: ſi cõſona iungit̃ illi.
Attamē eſto mas. fons. dēs. põs. uulnific⁹ ſeps
E cũ monte chalybs. arabs. Poliſyllaba iũges.
In qbus ante uenit. p. lr̃a: quod ꝓbat hydrops
Et partes aſſis. tamē eſt cõmune duorum
Cælebs. & princeps. infanſqꝫ. bifrõſqꝫ. parēſqꝫ.
Adiectiua tribus iungunt ſua ſignificata.

Lygus uł lygur ut ſupra diximus cõmunis duorum generis eſt. ſed ego ſuſpicor lygur generis eſt maſculini. lygus uero cõmunis duorum. Grus. is. Vergilius. pri. geor. Strymoniæ dant ſigna grues. Horatius ſecundo ſer. Diſcerpta ferentes membra gruis ſparſi. Maſculus ē hic præs. quod in. es diphthongon finita duo tantũ reperiunt̃ hic præs prædis. maſculinũ. & hoc æs. æris. neutrum. & in aus quoqꝫ diphthõgon. Item duo fœminina. hæc laus laudis. & hæc fraus fraudis. S. muliebre datur. quod nomina finita in. s. habentia conſonantē ante. s. generis ſunt fœminini. hæc puls pultis. hyems. is. glans. dis. ars. tis. frõs. dis. pro arboris folio: quod etiã hæc frondis. is. declinat̃. frons. tis. Vergilius pri. æñ. Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Idem in. vi. Sed frons læta parum & deiecto lumina uultu. Gellius tamen libro. xiiii. Tum ratione analógiæ tum auctoritate antiquorũ contendit rectius debere proferri frõs in genere uirili: ꝗ in fœminino: citatqꝫ Cæcilium: qui ait. nã. ii. ſunt inimici peſſimi fronte hilaro. & Catonem in. vi. originum dicentem. poſtridie ſignis collatis æquo fronte pugnauit. Probat etiã ex proportionis ratione: quia omnia nomĩa in. ns. terminata ſi adiectiua nõ ſunt: maſculina ſemper reperiunt̃. ut hic mõs pons. fons. dens: quæ proculdubio maſculina ſunt. Seps quoqꝫ ſepis maſculinum eſt pro ſerpente. addidit igitur uulnificus alludens ad illud lucani libro. ix. Oſſaqꝫ diſſoluens cum corpore uulnificus ſeps: hunc Plinius libro. xx. Sæpa. æ. in genere fœminino poſuit. Multipedem inquit ſepam græci uocant oblongam. piloſis pedibus. pecori præcipue nociuam. Idem. xxxii. ceraſten: aut quas ſepas uocãt. Chalybs. ibis. ſiue pro illis ponti prope paphlagoniam populis: ſiue per metonymiã pro ferro. Vergilius primo geor. At chalybes nudi ferrum: quod ex proportiõe eo modo facit fœmininũ chalybiſſa: quo arabs. abis. arabiſſa. Hieronymus in prologo iob. & accepit uxorē arabiſſã Lybs quoqꝫ pro uento quē latini aphricũ appellãt: ex ſignificatiõe generali maſculini generis eſt: ut reliqua uentorum nomina. Polyſyllaba iunge. quod nomĩa plurium ſyllabarũ in. ps. deſinẽtia: maſculini generis ſunt. ut hic hydrops. opis. merops. opis. epops. opis. europs. õpis. cyclops. opis. adeps. ipis. manceps. ipis. Aethiops. opis. cuius fœmininũ Hieronymus poſuit æthiopiſſa. æ. Reperitur tamē forceps genere fœminino. ut apud Ouidiũ. xii. meta. Quem forcipe curua cũ faber dixit. Perſius. Labefactẽt forcipe adunca. Et partes aſſis. quod partes aſſis ſiue pro libra duodecim unciarum: ſiue pro ſolida hereditate generis ſunt maſculini. ut hic triens. entis. quadrans antis. quincuns. uncis. ſextãs. antis. ſeptuns. cis. dodrans. antis. dextans. antis. decuns uncis. deuns. uncis. Iuuenalis. Nec habet quem porrigat ore trientē. Martialis. & quadrans mihi nullus eſt in arca. Priſcianus de põderibus. ſeptuncem dempto quincũce uocarũt. Dodrantē reliquũ uocãt quadrante retracto. At ſi dextantē retrahas erit ille decunces. Tamē eſt cõmune duorũ. quod quinqꝫ noĩa quæ uno uerſu complexus eſt: cõmunia ſunt duorum generũ. Celebs. Horatius de ſe ipſo. iii. car. martiiſ cælebs quid agam calendis. Idem primo epiſto. Nil ait eſſe prius melius nil cælibe uita. Princeps. Iuuenalis. Cytharoedo principe natus. Vergil. x. æñ. Tu mihi nũc pugnæ princeps tu diua ſecundo. Pro quo iuniores dixerunt principiſſa: ſicut a dux duciſſa: a comes comitiſſa. Infans pro puero & puella qui per ætatem nõdũ fari poſſunt. nam pro nõ loquẽte cõmune eſt trium generũ. & ſic dicimus ora infantia. & hõ infantiſſimus.

Bifrons:duas habens facies. Vergilius.xii.æñ.Ianumq; bifrontē.& ſic rem quampiā bifrontem poſſumus dicere:& dianā trifrontē: quēadmodū Vergilius.iiii.æñ. Tria uirginis ora dianæ:& eundem ianum quadrifrontē:auctore Macrobio & martiale.Parens uterq;.i.pater & mater.Vergil.v.æñ.Salue ſancte parēs. Idem in.ii.Alma parēs confeſſa deam. Adiectiua tribus.quod noīa adiectiua ratione ſignificationis cōmunia ſunt trium generum.ut hic hæc hoc prudens.ingens.diſcors.iners.inops.& a capite cōpoſita ut biceps.anceps.& á capio.is.ut particeps.municeps:quáquā in plurali uix poſſent neutris iungi:quod aliud ſignificare uiderētur municipia participia.ſed manceps.ipis.ut diximus generis eſt maſculini.quod tantū uiris eius ſignificatio competit:quemadmodū é diuerſo forceps generis eſt fœminini.tam etſi á capio declinetur.Quod uero de torrens quidam obiiciunt:ii mihi non uidētur intelligere quid torrens ſignificet:neq; tantū eſt fluuius tēporarius:ſed etiam quicquid fluit. ut apud Iuuenalem torrens dicendi copia.& alio loco.Ipſæo inquit torrētior. & Vergilius in buco.Torrentia flumina dixit. Nefrens quoq; pro ablactato porcello ab eo dictus ut Varro in.iii.de re ruſtica ſcribit:quod nōdum fabam aut glandem frendere hoc ē frāgere poteſt:ex ratione ſignificationis nunquā reperitur niſi generis maſculini:quia ſemper ſubintelligitur porcellus:nec de alia re dicitur. Neutrū pone caput.In.t.neutrum reperitnr.hoc caput.itis.& duo compoſita ab illo ſinciput.pitis. & occiput

Nentrū pone caput.gīt ſinciput.occiput adde
Si monoſyllaba ſūt:& i.x.finita referto (grex
Fœmineo generi. Sed thrax phrix maſcl̄a.rex
& calx cū pedis ē. nā calx hæc ſtringit arenā.
Ad duo dux facies cōmune.huic adiice cōiunx
Sūt poliſyllaba in.ax.tibi tm̄ maſcula thorax.
Nycticorax.limax.dropax.cū ſtorace.abaxq;
Et duo fœminea tibi ſūt cū ſimilace fornax.

pitis.nam interciput quod quidam dixerunt:nō eſt latinū. Iuuenalis comedam ego flebile nati ſinciput elixi.& perſius.Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. Plinius & Celſus nūquam occiput:ſed ſemp occipitiū appellant:& Suetonius in caio.comatos quotiens ſibi occurrerēt:occipitio deturpabat.Duo quoq; reperio neutra ideclinabilia:hoc git.frit. Plinius libro.xx. Git ex græcis alii melanthion:alii melan ſpermon uocant:optimum q̄ excitatiſſimi odoris & q̄ nigerrimū.Eſaiæ cap.xxviii. Seret git & cyminum ſpargit.Varro pri.de re ruſtica.Illud aūt in ſumma ſpica iam matura:quod eſt minus q̄ granum:uocatur frit. Si monoſyllaba.quod noīa monoſyllaba in.x. deſinentia generis ſunt fœminini.ut hæc pax.falx.lanx.nix.nox.lux.. Maſculina uero ſūt hic thrax.Horatius.Thrax eſt gallina ſyro par.eius fœmininū eſt thraiſſa nō threiſſa:nā ai diphthongus eſt græca quæ ſoluitur.non ei: ut notauit Georgius merula in illud Vergilii pri.æñ.uel qualis equos thraiſſa fatigat harpalice. Phryx.gis.cuius fœmininū eſt phrygia.Vergil.ix.æñ.o ueræ phrygiæ:neq; eni phryges:hoc eſt ó ueræ fœminæ troianæ & nō troiani.Rex regis.grex.gis.calx.cis.pro ea pedis parte qua terrā calcamus:ut Seruius inquit in illud Vergilii.v.æñ.Calceq; terit iá calce diores. Apuleius.vii.meta.Expugnata patiētia mea calces ualidos extulerá. Reperitur etiá fœmininū in hac ſignificatiōe.Cicero pri.thus.nunc uideo calcē:ad quá cū ſit decurſum.Gellius li.xiii.Curſns eorū ad eandē uirtutis calcem tendētiū:nam utrobiq; per tranſlationē pro fine ſiue extrema alicuius rei parte accipitur:ſicut plāta corporis eſt terminus. Calx quoq; pro lapide in cineres ignibus ſoluto:qua utimur in ſtructuris:generis eſt fœminini.ideo dixit hæc calx ſtringit arenā.quia ſine calce intritū ex terra:ſiue argilla facile ſoluitur.Vnde.C.cæſar auctore tranquillo ſenecæ genus dicendi aiebat eſſe arenā ſine calce. Duorū generū cōmune eſt hic & hæc dux. Vergil.pri.æñ.Dux fœmina facti:pro quo ut ſupra memorauimus quidá perperá ducūt duciſſa.

Coniunx quoq; duorū generū cōmune eſt:quod extra ordinē inter monoſyllaba poſuit:quia ſolū cū duce in genere cōueniebat. Sunt poliſyllaba in.ax.quod nomia poliſyllaba in.ax.deſinētia pauca reperiunt.hæc fere thorax.acis.Sillius li.iiii. Paſſurus dextras atq; irrita uulnera thorax.Verg.xi.æñ.Biſſex thoraca petitū perfoſſumq; locis.Nycticorax.acis. quod generis eſt maſculini apud græcos:quēadmodū & corax

unde deriuatur:interpretatur enim nycticorax coruus noctis. Limax.acis.Colume
la.implicitus conche limax.hirsutaq; campe. Dropax.acis.Serenus.nec nō apposito
curantur dropace membra. Martialis libro.x. Leuis dropace tu quotidiano Storax
storacis.Vergilius in ciri.Nō storace ideo flagrantes picta capillos.declinatur etiam
Styrax.acis.& styrace.es.sed hoc ultimum genere fœminino. Abax.acis.quod teste
Prisciano idem est quod abacus.i.Iabolenus libro.xxxii.digestorum qui est delegatis
iii.l.heres.cui corinthia inquit uasa legata essent:abaces quoq; eorum uasorum collo
candorum causa paratos uideri:pro quo in omnibus fere codicibus extrita.a.littera
baces nihili uerbum reperitur. Duo quoq; dicit fœminina reperiri.finilax.acis.spe
cies hederæ est ut refert Plinius libro.xvi.In quam puella dicitur fuisse conuersa: di-
cente Ouidio.iiii.meta.& crocon in paruos uersum cum similace flores.fornax.acis.

Ex finita tibi sunt mascula.fœminea halex.
Et forpex.uibex.carex.imbrexq; supellex.
Quod fit ī.ix.nomē ē fœmineū.Excipe fornix
Atq; cilix.phœnix.& onyx.mastyx.& iapyx.
Atq; calix.& oryx.natrix.calyxq;.uarixq;.
Que dātur maribus.uoluox quoq; iūgit' illis.
Fœmineis addes.solox.celoxq;.phalanxq;.

Ex finita tibi.quod noīa desinētia in.ex.masculina sunt.ut hic pulex.ueruex.pol
lex.uertex. Fœminina uero sunt halex.ēcis.pro pisce & pro garo generis est fœmi
nini: quēadmrdū probauimus
cum de nomibus in.c.finitis di
ctum est. Forpex quoq; sicut
& forceps generis est fœminini
nam alterum ab altero per anti
stechon dictū est. Vibex.icis.
Persius. *Si* puteal multa cau-
tus uibice flagellas. Carex ca
ricis. Vergil. iii.geor. Et cari-
ce pastus acuta. Imbrex.icis.
Plinius libro.xxxv.Primusq; p-
sonas tegularū extremis imbri-
cibus imposuit: quæ inter initia prototypa uocantur. *Seruius* in illud uergilii. iiii.
geor.Angustiq; imbrice tecti:licet inquit hic imbrex lectum sit:melius secundū Plau
tum hæc imbrex dicitur.ait enim fregisti imbrices meas. *Supellex*.lectilis. Persius.
Noris q̄ sit tibi curta supellex. Quod fit in.ix.quod nomina in.ix.desinētia fœmi
nina sunt.ut hæc perdix. cornix.filix. lodix. Iuuenalis. Magnæ mentis opus: nec de
lodice paranda.quamquā Asinius pollio sermonis latini auctor exactissimus hos lodi
ces genere masculino protulit.ut Quintilianus libro prino refert. Mascula uero sūt
hic fornix.icis.Auienus in arato demittat gemino se fornice circulus. Cilix.icis.Lu
canus.O nunquam pacate cilix.á quo fœmininū est cilissa.Ouidius primo fastorū.Et
sonat accensis spica cilissa focis. phœnix.icis.& pro aue.& pro uento.& pro quacū
q; re mascula ex phœnice regione:nam fœmininū mittit phenissa.Vergil.primo æn.
Hunc fœnissa tenet dido.& in.iiii.æn.At nō infœlix animi phœnissa. Onyx. chis.
Lucanus in.x.Totaq; effusus in aula calcabatur onyx. & Martialis unguentum quod
paruus onyx:ab eo compositum sardonyx ut statim dicemus etiā fœmininū reperit.
Mastyx.gis.quod flagellum interpretatur:a mastygoo uel mastizo:quod est flagello
as.hinc dictus homero mastyx.Vergilio mastyx.ciceromastyx: homeri.Vergilii.cice
ronisq; reprehensor:siue flagellum.Plinius in procemio librorū naturalis hist. ut ob
iter hos fugiam homerostygas.Gellius libro.xvi.Lartius licinius:cuius liber etiā fer
tur infando titulo Ciceromastyx. Iapyx.igis.dro uento.qui spirat ab apulia. Hora-
tius in.iii.car.Ne quid albus peccet iapyx. Calix.icis.pro uase potorio.Idem fœcū
di calices quem non fecere disertum. Oryx.igis.Iuuenalis.& getulus oryx.& phœ
nicopterus ingēs. Natrix.icis.pro serpente.Lucanus in.ix.& natrix uiolator aquæ:
quamquā Lucillius in.ii.satyrarū fœmininum protulit.d.si natibus natricem impres
sit crassam & capitatam. Calyx calycis.pro echino glandis siue castaneæ.Plinius li-
bro.xv. Armatum his echinato calyce uallum.dicitur autē calyx a calypto quod est ue
lo uelas.unde est apocalypsis reuelatio. Varix uaricis.Celsus libro secūdo.At uarix
ortus uel per ora uenarum subita profusio sanguinis. Voluox.ocis. ex terminatis
in.ox.tantum masculinum est:est enim uermis qui & conuoluolus & inuoluolus. di-
citur. Fœminina uero sunt solox.ocis:pro lana hirta.quamquā potest etiam trium
generum esse commune.ut apud Lucillium.mōtano hirco atq; soloce. & Tintinnius
lanasoloci ad purpuram dara. Celox.ocis.quoq; quod est genus nauis apud plinium

in septio. Aliosq; auctores. Phalanx quoq; addit superioribus. Vergilius.ii. æñ. Et iam arguia phalanx instructis nauibus ibat. & Iuuenalis. Iunctæq; umbone phalãges:

De genere dubio. Septem sunt genera nominum quemadmodum libro in sequenti dicturi sumus. Masculinum. fœmininum. neutrum. cõmune duorum. cõmune trium. promiscuum. dubium: sed de quinq; prioribus hucusq; dictum est. Promiscuum etiam ad genus terminationis refertur. Nunc uero de genere dubio dicit esse pauca nomina: quæ auctores alio genere ausi sunt proferre q̄ usus atq; grãmatices regule exigebãt ut talpa dama cum ratione terminationis generis sint fœminini: ut apud Horatium primo car. & superiecto pauidæ natarunt æquore damæ. Vergilius auctoritate sua utrumq; sub genere masculino protulit. ut in bucolicis. Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. & primo geor. aut oculis capti fodere cubilia talpe. Quintilianus libro. ix. fiunt & circa genus figure in nominibus. nam & oculis capti & damæ timidi a Vergilio dicũtur: sed subest ratio quia sexus uterq; altero significatur. Panthera nusquã nisi genere fœminino legi: ut apud Horatiũ. ii. episto. Diuersum cõfusa genus panthera camelo. apud græcos tamen panther. eris. masculinũ est. Cardo. inis. cum plæriq; omnes masculino genere protulerit: gracchus in atalanta proportionẽ secutus dixit ó grata cardo regium egressum indicans. Cupido. inis. pro deo amoris generis esse masculini uel ex regula significationis generali cõpertum habemus. nam pro cupiditate fœmininũ est ratione terminationis. Horatius tamen in hac etiam significatione masculinũ protulit. ii. carminũ dicens: cupido sordidus aufert. Margo quoq; ratione terminatiõis fœmininũ est. ut apud Iuuenalẽ summi plena iam margine libri. Papinius tamen. ii. theb. dixit. soluerat hesperii deuexo margine ponti. Bubo ediuerso generis est masculini. Ouidius. v. meta. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Idem in. xv. eiusdẽ styguis dedit ommia bubo. Plinius libro. x. Bubo funebris & maxime abominatus. Vergilius tamen. iiii. æñ. auctoritate sua fœmininũ protulit dicens. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Finis & clunis ideo sunt masculina. quoniã. n. habẽt ante is. Vergil. v. æñ. Fessiq; sub ipsum finem aduentabãt: & Iuuenalis ad terram tremulo descẽdũt clune puellæ. Vergilius tamẽ. ii. æñ. dixit hæc finis priami fatorũ. & Horatius pri. ser. quod pulchræ clunes. breue quod latus. Mirorq; seruium in illud Vergilii hæc finis priami: putasse neq; dici posse hic finis: neq; hæc clunis. ait namq; his uerbis omnia latina nomina. inanima. simplicia. a uerbis nõ uenientia in. nis. syllaba terminata masculina sunt. inanima propter canis. simplicia propter bipẽnis. a uerbo bo non uenientia propter finis. ergo Iuuenalis bene dixit tremulo descendunt clune puellæ. Horatius male: quod pulchræ clunes. Puluis. eris. masculinũ est. Horatius primo. car. Aut puluere troico nigrum merionem: quod etiã ab illo diminutiuũ confirmat puluisculus. Apuleius pro magia tenuem. candificum. nobilem puluisculum. Propertius tamẽ libro elegiarum primo fœmininũ protulit dicẽs. Sit mihi præcipue puluis ethrusca dolor. Idem libro. ii. & duo sint uersus qui nũc iacet horrida puluis.

De genere dubio.

Ambigui generis tibi tradunt pauca poetæ.
Cum talpa. dama. cardo. pãthera. cupido.
Et margo. bubo. finis cũ puluere clunis. (q;.
torqs. stirps. z adeps. cũ scrobe specusq; penus
Cortex & silex. cum pumice. lynxq;. latexq;.
Et nomẽ lapidis. quod gignit sardus onyxq;

Torquis etiã ut suo loco diximus: frequẽtius fœmininũ q̄ masculinũ reperitur. Stirps quoq; pro arbore tum masculinũ tum fœmininũ esse testatur Seruius in illud Vergilii. vii. æñ. quorũq; a stirpe nepotes. stirpem inquit cũ de genere dicimus tantũ fœmininũ est. ut Idem in eodẽ. heu stirpẽ inuisam. cũ de arbore masculini & fœminini generis inuenitur. Horatius. stirpes raptas & pecudes & domos. sed de masculino Vergil. ii. geor. Admorso signata in stirpe cicatrix. Adeps. ipis. apud Corneliũ celosum semper fœmininũ reperio: ut quinto libro. adipis anserinæ. apud Plinium uero semper masculinũ: nisi quid me fallit. nunquam enim aliter loquitur: nisi adeps an

ferinus.ursinus.humanus.& libro.xxviii.admixto anseris adipe seuoq; taurorum.
Scrobs.bis.ex generali regula fœmininũ est.Lucanus libro.viii.Exigua posuit scro-
be.quod Seruius cõtra artem dixisse lucanũ miror:cũ etiá Ouidius.vii.meta.dixerit.
Scrobibus tellure duabus.ait namq; in illud Vergilii.ii.geor.Scrobibus mandet mu
tata subactis.nos scrobes dicimus genere masculino.sed Lucanus dixit contra artem
exigua posuit scrobe.Neq; enĩ quia Plautus in amphitryone dixit scrobes effodito se
xagenos parũ latine Lucanũ Ouidiumq; dixisse putandi sunt:imo magis ex arte: scro
bem fœminino genere proferentes. Specus.penus.de utroq; satis multa in genere
diximus. Cortex.icis.Silex.icis.pumex.icis.latex.icis.ratione terminationis mas-
culina sũt.Vergilius.Raptus de subere cortex.& Martialis.Cortice deposito mollis
echinus erit.Iuuenalis.Nec melior silicem pedibus quæ cõterit atrum. Vergilius.v.
æñ.Latebroso in pumice nidi.Idem in pri.æñ.Laticemq; liæũ: &.iii.geor. Latices in
fundere cornu læneos.Inueniuntur tamen auctores etiam genere fœminino protu-
lisse.Vergilius in bucolicis.Musco circundat amaræ corticis.ubi Seruius ait:mascu-
lino potius esse utendum. In illud quoq; Vergilii.viii.æñ.Stabat acuta silex.his uer-
bis scribit.pene omnes hunc silicem dixerunt.nam & Varro & Lucretius ita dicunt.
Tanta tamen est Vergilii auctoritas ut persuadeat nobis etiá hanc silicem dici. Idé
quoq; Seruius scribit in illud Vergilii.Ecce maris magni claudit nos obice pontus.
melius inquit dicitur hic obex q̃ hæc obex.Ouidius.Quas obice firmo clauserat illa-
des. sed de hoc nomie in defectiuis dicetur:atq; ea causa hic nõ positum est.eo modo
Catullus posuit sub genere fœminino pumicem:quemadmodũ & Ennius laticem.
Lynx præterea cum ex regula fœmininũ sit:ut apud Vergiliũ.iii.geor. Quid lynces
bacchi uariæ.Horatius tamen in.ii.car.masculinum protulit dicens:nec curat orion
leones aut timidos agitare lyncas. Et lapidis nomen.quia sardonyx hoc genus car-
minis nõ recepit:circuitione utitur dicens:quod ille lapillus cuius nomen est compo
situm ex sardus & onyx est generis dubii.Iuuenalis.Radiant testudine densi sardony-
ches.Idem tamen alio loco dixit.atq; ideo conducta paulus agebat sardonyche. Alia
fortasse reperiũtur nomina generis ambigui:quæ scriptores auctoritate sua freti cõ
tra usum artemq; protulerũt genere diuerso:sed nos hæc tantum annotasse sufficiat.

De nominibus masculinis.Quoniá regula illa significationis:quam principio
huius libri posuimus:quod nomina quæ ad mares pertinent generis sunt masculini:
& quæ ad fœminas fœminini:
& quæ ad utrumq; cõmunis du
orum:nimis cõfuse atq; insuffi-
cienter fuit posita:partim expli
cata est á nobis per regulas ter-
minationũ:partim etiam hoc lo
co explicabit. Non dico nũc de
illis nominibus quæ habẽt utri
usq; sexus distinctas terminatio
nes: ut magister magistra.lupus
lupa. romanus romana: sed de
illis q̃ cũ possint eẽ generis fœ-
minini ex ratione terminatiõis
atq; illorũ significatio ad utrũ-
q; sexũ pertinere.tñ habent pro
alterutro sexu diuersas termĩa-
tiones. ut ecce draco rõne ter-
minatiõis ita potuit esse cõmu-
ne duorũ generũ : quéadmodũ
hic & hæc homo. aut quasi epi-
cœnũ sub genere masculino cõprehendere fœmininũ:masculũ tamẽ appellamus dra
conẽ:fœminá uero dracæná. Eodem modo de leone lea uel leæna dicimus. Ouidius
iiii.meta.Vt lea sæua sitim multa cõpescuit unda. Vergil.i buco. Torua leæna lupũ
sequitur. A caupone quoq; fullone & latrone: quia nunquá nisi de uiris dicuntur:
usurpátur ut ĩquit Seruius fœminina in.a.ut caupona.fullona.latrona. Sed caupona

De nominibus masculinis quæ ex diuersis
termĩatiõib9 mittũt fœmininũ in.a.uł in.is.
Draco dracena Leo leęna uel lea. Caupo
caupona. Fullo fullona Latro latrona La
con lacæna. Tubiicen tubicina. Tiibicẽ ti-
biicina. Lyricen lyricina Fidicen fidicina
Siticen siticina. Cornicin cornicina. Oscẽ
oscina. Flamen flaminia. Astur asturica.
Antistes antistia. Sambucistes.e. sambuci-
stria.e. Cytharistes cytharistria Cymbali-
stes cymbalistria. Tympanistes tympanistria.
Psaltes psaltria. Prophetes uel propheta pro

in uſu eſt.fullona & latrona nõdum legi:ſed & mihi eſſet neceſſe illam nomiare quæ nobis linthea pollire ſolet:ego potius fullonam quam fullonem appellarem: quando quidem fullo maſculorum eſt propriũ.& eodem modo latronã fœminã potius quam latronem:& ſi cum grãmaticorũ uulgo ſupra dixi homo nemo iunge latronem. Lacon tantũ ſignificat marem ex lacedæmone urbe.Martialis.uel nõ cæſus adhuc matre iubẽte lacon.fœmininũ ab eo Vergilius protulit.ii.æñ.Nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacænæ. Cõpoſita quoq; a cano.is.in.cen.finita maſculina ſunt:fœminina uero mittũt in.a.ut ſupra diximus:cum de nominibus terminatis in.en.diſputaremus.

phetis.idis.ul' prouetiſſa.Poetes uel poeta poetis.idis.uel poetiſſa. Scythes uel ſcytha ſcythis.idis. Sarmates ul' ſarmata.ſarmatis.idis. Magnes magnetis.uel magneſa. Cres cretis. ul' creſſa. Moabites ul' moabita.moabitis.idis Hoſpes hoſpita. Soſpes ſoſpita. Sacerdos ſacerdotiſſa. Cuſtos cuſtodia. Nepos neptis. Libs libyſſa. Arabs arabiſſa. Chalybs chalybyſſa. Aethiops æthiopiſſa. Thrax thraiſſa. Cilix ciliſſa. Phœnix phœniſſa. Phryx phrygia. Rex regina.

Flamen.inis.ſacerdos tantũ de uiris dicitur:nam ſacerdotiſſa flaminica & flaminia dicitur Aſtur cum maſculinum eſſe dixerimus:pro fœminino aſturica dicimus. Antiſtes cũ ſub cõmuni duorum generum poſuerimus : nihilominus tamen pro fœmina antiſtiã potius appellamus.quemadmodũ ſuis in locis dictum eſt. Sambuciſtes æ.uel ſambuciſta.æ.fœmininũ mittit ſambuciſtria.cymbaliſtes uel cymbaliſta cymbaliſtria.cythariſtes uel cythariſta cythariſtria.tympaniſtes uel tympaniſta tympaniſtria.pſaltes ul' pſalta pro pſaltria. ꝓphetes uel propheta prophetis prophetidis ul' prophetiſſa.Poetes ul' poeta poetis poetidis:quidam etiam dixerunt poetiſſa. Scythes uel ſcytha ſcythis ſcythidis. Sarmates ul' ſarmata ſarmatis ſarmatidis.quibus omnibus complura diximus cum de genere nominum in.a.terminatorum diſſerebamus. Magnes magnetis ſemper ſub hac terminatione maſculinum reperitur ſiue pro lapide ſiue pro populo theſalliæ.nã fœmininum mittit magnetis magnetidis.uel magneſa.Ouidius i epiſtola medæ.cur unquam colchi magnetida uidimus argo:nauis enim cum ſit nomen fœminini generis eſt.Horatius tertio car.Magneſam hippolyten dum fugit abſtinens. Pari ratione cres cretis.cretis cretidis.ul' creſſa.æ.mittit fœmininum.Sillius ſecũdo punicorũ. Cres erat ærisonis curetũ aduectus ab antris.& Tibullus de dædalo libro q̃rto. Phœbo gratiſſima dona cres tulit. Auſonius quoq; in monoſyllabis pro dædalo cres poſuit.Ouidius primo de arte.Creſſa thyeſtæo ſi ſe abſtinuiſſet amore. Vergilius quinto æñ.Creſſa genus pholœ. gemini circũ ubera nati. Iuuenalis. Nec minus ſthenobœa q̃ creſſa excanduit. Hoſpes præterea & ſoſpes quamquã ſub hac terminatione cõmunia ſunt duorum generum:fœmininum etiam mittunt in.a.hoſpita.ſoſpita:quẽadmodum ſuo loco diximus. Ex terminatis in.os. ſacerdos ſacerdotiſſa. cuſtos cuſtodia nepos neptis.Quæ uſurpata eſſe teſtatur Seruius in illud Vergilii.vi.æñ. Cernis cuſtodia qualis.loquens enim de tiſiphone inquit.cuſtodia eſt quæ cuſtodit.uſurpatum eſt aũt ſicut hoſpita & neptis:nam hic & hæc cuſtos facit. hæc enim quæ finiuntur in.o.ut fullo.in.os.ut nepos.in.es.ut hoſpes fœminina ex ſe non faciunt.quæ autem inuenimus uſurpata ſunt. Ex terminatis in.bs. Libs libyſſa. arabs arabiſſa. Chalybs chalybiſſa.& in.ps.æthiops æthiopiſſa:quemadmodum in genere terminatorum in.bs.&.ps.dictum eſt. Ex terminatis in.x.Thrax thraiſſa.cilix ciliſſa.phœnix phœniſſa.phryx phrygia.rex regina.quæ omnia ſuo quæq; loco in genere terminationum requirenda ſunt.

De quinq̃ nominum deelinationibus. Caput. ii. Iam puer eõ uidetur adoleuisse: ut quod ante hac faciebat: nõ debeat inflectere nomina per proportionem illorum quæ in principio huius operis posita sunt: cum declinandi modus ille sit paulo incertior atq̃ confusus: sed per regulas & præcepta: que in hoc secundo capite tradũtur. Principio itaq̃ ponit documenta omnibus quinq̃ declinationibus cõmunia: deinde singulatim de unaquaq̃ illarum quinq̃ declinationum regulas prosequetur.

De quinq̃ nominum declinationibus. Ca. ii.

N E sit opus totiẽs ẽadẽ præcepta resumi
Accipe quæ teneas in noĩbus uariãdis.
Compositi formam simplex: & compositiuũ
Simplicis obseruãt. Exanguis dat tibi sãguis.
A pede fit uulpes. & apes. nec regula fuit.
Impubis dat eris. sed pubes dat tabi pubis.
Est requies quintæ: declinat tertia simplex.
Quartus cũ quinto. semp̃ recto similantur.
In neutris. sed in. a. pluralẽ ponis ubiq̃.

Dicit igitur quod ne oporteat auctorem sæpius eandem præceptionem repetere: hoc est in qualibet declinatione idem dicere: ó auditor accipe quæ memoria teneas in nomibus uariandis. i. in declinando nomina. Compositi formam. Primũ præceptum ad analógiam grammatices pertinet: quæ ut ait Quintilianus nõ ratione nititur sed exemplo: & ex certis ĩcerta probare nititur. ut cum exploratũ habueris quod Iber facit in genitiuo ibéri: intelliges quod celtiber cõpositum á celta & iber: facit in genitiuo celtibéri. Atq̃ é diuerso si exploratum tibi sit: quod celtiber facit celtibéri: intelliges etiam quod iber facit i genitiuo iberi. Hæc regula quia declinationi seruit maxime: uisum est auctori hoc loco illam ponere. Dicit itaq̃ quod nomen simplex seruat formam. compositi. i. proportionem. & compositum seruat é contrario formam simplicis. Habet tamen hæc regula exceptionem: quia non usquæquaq̃ uera est. Sanguis namq̃ genitiuum fecit sanguinis: una syllaba crescẽtem. Exanguis uero fecit exanguis parium syllabarum.

Præterea cum uulpes & apes apede composita uideantur: quoniam uulpes auctore Quintiliano quasi uolipes dicta est: apes quoq̃ uel quia sine pedibus nascãtur: uel potius quod pedibus per mutua nexis: ut Vergilius septimo æñ. ait: In uuæ modũ pendeant: debuerunt facere in genitiuo uulpedis & apedis: sed amissa una syllaba fecerunt uulpis & apis. quamquam pro cypselo aue apedis quoq̃ facit. Lepus quoq̃ si ut auctor est Quintilianus quasi leuipes dicitur: lepedis debuit facere: sed fecit leporis. Pubes quoq̃ mittit genitiuum pariũ syllabarum: sed ab eo compositum impubis ut probus & phocas uoluerunt. uel impuber ut cæsar in libris de analógia: impuberis in genitiuo facit. Cicero quarto inuectiuarũ. Filium eius impuberem legatũ á patre missum. Vergilius tamen regulam secutus impubis. iuli dixit: & Horatius secundo carminũ. Nec impubem parentes troilum. & Ouidius. ix. metamopho. Faciet q̃ uiros impubibus annis. Quies quietis præterea cum sit tertiæ declinationis: ab eo compositum requies quintæ reperitur: ut apud Vergilius quarto æñ. Tempus inane peto requiem spaciumq̃ furori. quamquam & quies quiei antiquiores etiam per quintam declinabant. ut Affranius. Solicito corde corpus non potitur nunc quie & Mæuius complexa somno corpora operiuntur ac suaui quie. Atq̃ econtrario Cicero in Catone maiore dixit. Vt meæ senectutis requietem oblectamentũq̃ noscatis. Macrobius quoq̃ in primo de somno Scipionis. quia & de illa inquit requietis est inscia. Multa quoq̃ alia sunt: que non sequuntur simplicium declinationem. ut centimanus giges dictus est ab Horatio: sed in genitiuo centimani gigæ dicemus. Quartus cum quinto. Secunda regula est quod nomina neutra secundæ tertiæ & quartæ declinationis: quoniam primæ & quintæ nullum est neutrum: habent accusatiuum & uocatiuum similem nominatiuo. & in plurali semper terminantur in. a. ut hoc tem

plum.templa.hoc corpus.corpora.hoc neru.nerua. Estq uocatiuus recto similis. Tertia regula est quod uocatiuus omnium quinq declinationum in utroq numero similis est nominatiuo. Sed dixit non semper: sed prope. i. quasi semper: propter nomina secundæ declinationis terminata in.us.quæ alio modo exeunt: & propter nomina græca de quibus suo loco differemus. Præter quam quintæ. Quarta regula est: quo genitiuus pluralis omnium declinationum præterq quintæ: potest recipere syncopam hoc est abscissionem. ut in prima æneadum pro æneadarũ graiugenum pro graiugenarũ. Vergilius primo æñ. Quis genus æneadum? Quis troiæ nesciat urbem? Idẽ in octauo. Optime graiugenum cui me fortuna precari. In secunda uirum pro uirorum. diuum pro diuorum. Vergilius primo æñ. Arma uirũ tabulæq. Idem in.ix. Turne quod optãti diuum promittere nemo. In tertia agrestum pro agrestium. cælestũ pro cælestium. prudentum pro prudentium. Vergilius primo georgicorũ. Et uos agrestum præsentia numina fauni. & Ouidius primo metamopho. Vltima cælestum terras astrea reliquit. In quarta passum pro passuum. mensum pro mensuum: nurum pro nuruum. currum pro curruum. Martialis: Sed duo sunt quæ nos distingunt milia passum. Lucillius apud Macrobium in primo fatur. Hunc milli passum qui uicerit atq duobus campanus sonipes. Ouidius. xii. metamopho. Et quos sustinui bis mensum quinquæ labores. Idẽ libro. xii. Cinctaq adest uirgo matrumq nurumq caterua. Vergilius sexto æñ. Quæ gratia currum armorumq fuit uiuis. Neq solum in carmie fit huius casus abscissio: uerum etiam in prosa oratione. ut Cicero in oratione pro sestio uestrarum inquit sedum templorum q causa. & in nominibus numeralibus: ut dum pro duorum. quadragenum pro quadragenorum. tricenum pro tricenorum. E diuerso ales in genitiuo plurali. u. suscepit. tantum metri causa ut dixit Seruius in illud Vergilii octauo eneidos. Alituum pecudumq genus. alituum enim per epenthesim pro alitum posuit. sicut & Manilius in ultimo astromicon. alituumq genus studium censusq uocabit. Tertius & sextus. Quod datiuus & ablatiuus numeri pluralis in terminatione similes sunt in omnibus quinq declinationibus. Itaq cum semel datiui terminationem posuerimus: ablatiui etiam eandem esse intelligemus. ut datiuo musis. ablatiuo á musis.

Estq uocatiuus. recto similis prope semper.
Præterq quintæ pluralibus in genitiuis.
Syllaba nõnũquã colliditur. u. capit ales.
Tertius & sextus plurales assimilantur.

De prima nominis declinatione.

CVm sint quinq puer declinãdi tibi formæ
Quas unus uariis ex rectis dat genitiuus
Prima fit in. as. es. sed græcis. á. quæ latina.

De prima nominis declinatione. Formæ declinationum ut quibusdam diomede referente uisum esse: septem sunt. Nam ex secunda nostra duas fecerũt: alteram eorum quæ genitiuum in. i. simplex: alteram eorũ quæ in. i. duplex terminãtur. Duas quoq ex quarta nostra: alteram eorum quæ mittunt genitiuum in. us. alteram ex aptotis in u. desinentibus: quæ non declinantur in numero singulari. Qui declinationum numerus ad quinarium redactus est: quoniam tot uidebantur esse genitiui diuersitates. Dicit igitur: quod prima nominis declinatio terminationes habet nominatiui tres: In. as. es. a. Sed in. as. & in. es. tantum græcorum. ut æneas æneæ. archias archiæ. anchises anchisæ. planetes. æ. in. a. uero tam græcorũ q latinorũ. ut musa. æ. helena helenæ. terra terræ. fabula fabulæ. Itaq dixit. a. latina: non quod omnia nomina primæ declinationis in. a. desinentia latina sint: sed quod cum in. as. & in. es. omnia sint græca: in a finita sunt etiam latina. Estq illud etiam hoc loco repetendum quod in capite superiori dictum est: quod nomina huius declinationis in. as. & i. es.

finita omnia sunt græca & masculina.in.a.uero partim græca.partim latina. partim masculina.partim fœminina.nam neutrum nullum est primæ declinationis:prærer quod Ouidius.v.meta.bis posuit in neutro genere polenta polentæ.idq singulari ut diximus exemplo:quem opinor nostri secuti sunt:cum hoc pascha paschæ.in neutro genere posuerunt. Est genitiuus in.æ.diphthongo. Quod nomina primæ declinationis á quacunq ueniant nominatiui positione:mittunt genitiuũ in.æ.diphthongon.ut eneas æneæ. anchises anchisæ. musa musæ. terra terræ. ita tamen ut genitiuus sit parium syllabarum. Poetæ uero aliquando soluũt diphthõgon illam in.ai.syllabas. Vergilius.iii.æñ.Aulai in medio libabant pocula bacchi.Idem in.vi. Aulai simplicis ignem.& in.ix. Diues pictai uestis & auri.Cicero í aráto.Atq oculos urget pedibus pectusq nepai.pro aulæ. auræ.pictæ:nepæ.sed hoc poetis tãtum licitum fuit:neq omnibus quidẽ sed antiquioribus aut antiquitatem amatoribus:quales fuerũt Vergilius.Lucretius. Cicero. Exit etiã hic genitiuus in.as.sed id quoq apud antiquos:& quidem raro. Liuius.andronicus. atq escas habemus mẽtionem.pro escæ.ab eo quod est esca.Næuius.runcus atq purpureus filii terras.pro terræ.unde etiam nũc pater familias.mater familias.filius familias dicimus:pro familiæ:quod antiqui sic loquebantur. Deinde dicit:quod illa nomina adiectiua:quæ per primam & secundam nominis declinationem inflectunt: mittunt genitiuum in.ius. aquacunq nominatiui terminatione exeant:siuæ primæ siue secundæ sint declinationis. Ea sunt unus una unum. unius uni.ullus ulla ullum.ullius ulli.Nullus nulla nullun.nullius nulli.Solus sola solum.solius soli. Totus tota totum.totius toti.Alius alia aliud.alius ali.Alter altera alterum.alterius alteri.Vter tra utrum.utrius utri. Et ab eis cõposita ut Neuter neutra neutrum.Vterq utraq utrumq.Vterlibet.utralibet.utrumlibet.uteruis.utrauis.utrumuis.utercũq.utracumq.utrumcũq.alteruter.alterutra.alterutrum.quæ omnia mittunt genitiuum in.ius.& datiuũ in.i.sequuntur tamen aliquãdo proportionem nominũ adiectiuorum primæ & secundæ declinationis.Cicero pro.non unæ rei sed omnibus consuli putetur.pro uni.Idem ad herenium.non res totæ rei necesse est similis sit.pro toti. Terẽtius in heautonti.Alteræ dum narrat forte audiui.pro alteri.Idem in eunucho Mihi solæ ridiculo fuit.pro soli.Cæcilius.Nullæ nationi tot uictorias tam breui spacio datas arbitror pro nulli.Sed in hoc nomine neuter frequentius reperitur genitiuus regularis:q̃ genitiuus in.ius.& datiuus in.i. Pone datiuis.æ.quod datiuus in.æ.diphthongon terminatur:similisq est genitiuo. Nomina tamen quæ miserunt genitiuum in.us. ablata.us. faciunt datiuum in.i.ut unus.unius.uni. Omnibus ex rectis.Quod accusatiuus primæ declinationis a quacunq exeat terminatione nominatiui in.am.desinit.fitq á genitiuo.æ.diphthongo mutata in.am.ut musa musæ musam.Sed in nominibus græcis accusatiuus græcus plærũq a latinis usurpatur: quemadmodũ in declinatione græca diximus. Atq uocatiuus fit in.a.quod uocatiuus in.a.terminatur etiam cum uenit a nominibus græcis in.as.& in.es. desinẽtibus.ut æneas ó enea.anchises.ó anchisa.atrides ó atrida. Vergilius.x.æñ. Vigilasne deum gens ænea uigila.Idem.iii.æñ. Cõiugio anchisa ueneris dignate superbo. Horatius secũdo sermo.Ne quis humasse uelit aiacem atrida uetas cur!. Ablatiuus quoq similis est uocatiuo in terminatione. Sed quod de accusatiuo diximus: idẽ quoq de uocatiuo & ablatiuo dicendum est:frequentius in nominibus græcis in.as. & in.es.desinẽtibus usurpari casus græcos:ut suo loco dicemus. Rectus pluralis fit in.æ.quod nominatiuus pluralis huius declinationis.in.æ.diphthõgõ desinit & est silis genitiuo & datiuo numeri singularis.sicut musa musæ. plurali ntõ musæ.

Est genitiuus in.æ.diphthongo. sed tamẽ ai.
Dat tibi nõnũquã.dat &.as.sed id quoq raro
Octo triũ generũ sunt noía quæ dãt in.ius.
Pone datiuis.æ.diphthongon:sed genitiuus
Cum tibi fiet in.us.rapta pone datiuum.
Omnib9 ex rectis finitur in.am.tibi quartus.
Atq uocatiuus fit in.a.cui iungito sextum.

Genitiuus in arum. quod genitiuus pluralis in. arũ. terminatur: fitque ab ablatiuo singulari addita rum. ut hæc musa á musa. musarum. Atq; datiuus in. is. quod datiuus pluralis terminatur in. is. fitq; ab ablatiuo singulari. a. mutata in. is. ut á musa musis. Excipiuntur tamen pauca quæ differentiæ causa faciunt datiuum in abus. & quæ sũt illa subiungit. equa equabus. filia filiabus. nata natabus. mula mulabus. dea deabus. liberta libertabus. ambæ ambabus. duæ duabus. Priscianus inter hæc numerat asina asinabus: quod Valla posse dici negat. Antiquissimi quoq; ab. is. ea.. id. eabas. dixerunt. Hemina. pontifici qui cũ eabus stuprum fecerat. Iuniores etiam ab anima animabus dixerunt: ut Seruius multis in locis & nostre religionis auctores.

Rectus pluralis fit in. æ. genitiuus in. arũ.
Atq; datiuus in. is. finitur. Pauca tamen sunt
Quæ faciunt abus. uelut est equa. filia. nata.
Mula. deæ. libertæ. ambabus iũge duabus.
Accusatiui plurales. as. tibi mittunt.

Neq; dissimulãdus est hoc in loco illorum error: qui nõ intelligẽtes uerba Prisciani: quod ille de paucis nominibus scripsit: ad infinita prope nomina extendunt. Dicit enĩ libro. vii. ubi de datiuo & ablatiuo pluralibus prime declinatiõis disserit. Inueniũtur tamen pauca generis fœminini: quæ ex masculinis transfigurãtur nõ habẽtibus neutra: quæ et aĩalium sunt demonstratiua naturaliter diuersum sexũ habẽtia: q̃ differẽtiæ causa in ablatiuo singularibus. assũpta faciũt datiuũ & ablatiuũ plurales. & q̃ sunt illa pauca subdit. natabus filiabus. deabus. mulabus. libertabus. asinabus. ambabus. duabus.. Isti uero dũ putant se latinũ sermonẽ locupletare: funditus euertũt: cũ artis grãmatice p̃cepta cõtrahẽda atq; limitada potius sint q̃ amplianda. Quis enĩ unquã apud auctores idoneos legit quod isti faciunt ab agnus agna agnabus. ab iuuencus iuuẽca iuuẽcabus. a lupus lupa lupabus. a ceruus cerua ceruabus. & alia innumera que solẽt sine auctoritate in exemplũ deducere? Quid quod neq; illa ipsa que Priscianus & Valla dicũt exire in abus. sempre ita faciunt: nisi tantũ differẽtiæ causa? quæ si aliunde percipi potest: nihil necesse est illa nomĩa in abus. terminari. ut equa ratiõe discriminis potuit mittere equabus. Vnde & Varro in. ii. de re rustica fecit caput de equis & equabus: ut utrumq; sexum cõplecteret. Atuero Papinianus libro. xxii. digestorũ: titulo de usuris & fructibus. l. equis. equis inquit per fidei cõmissum relictis. post morã fœtus quoq; præstabatur. Vulpianus in ti. de uariis & extra ordinariis. cog. l. de usu. item de equis alienis a sciente possessis fœtuq; earũ: nõ dixerũt equabus: quia de partu earũ uterq; iure consultus mẽtionẽ fecit: neq; ambiguum erat de quo sexu loqueret. Columela quoq; libro vii. de re rustica: cum de admissura equorũ in equas loqueret: admissariũ inquit cæteris equis facit inimicũ. Quod si ex adiunctis nõ satis constat de quo sexu loquimur: equabus potius q̃ equis dicemus. ut Seruius. iii. geor. Equabus inquit eius imisit furorẽ. filia p̃terea differẽtiæ causa potuit facere filiabus. Ennius tñ in andromeda dixit: filiis p̃pter te innocẽs obiecta sum nerei: nõ dixit filiabus: quia de nereidibus loq̃bat. Plautus quoq; in sticho. Ego intrabo & gratulabor aduentũ uestrũ filiis. nõ dixit filiabus: qm̃ antipho senex de duabus filiis panegyri & pinacio ad generos duos loq̃bat. Hieronymus quoq; interpres geneseos cap. xxxi. Quid possũ facere filiis & nepotibus meis? cũ laban de lia & rachel deprehẽsis loq̃ret. Nata quoq; & si differẽtiæ causa põt aliquãdo exire in abus. Papinius tñ in achilleide dixit. Charisq; para cõnubia natis: quas tibi sydereis diuarũ uultibus equas sors dedit. nõ dixit natabus: quia lycomedes rex scyri filias tantũ habuit: cũ præsertim ut sexus ambiguitatẽ tolleret: adiunxerit: quas æquas uultibus diuarũ. Ouidius quoq;. xiii. meta. Euboea duabus & totidẽ natis andros fraterna potita est: quia duabus dixit nihil necesse habuit natabus dicere. Quod uero Laurẽtius asina ab hac regula excluserit: illa forte ratio fuit: quod nõ habuit auctores quorũ testimonio fretus auderet dicere asinabus: præter unũ Priscianũ cui nõ solet multũ fidei adhibere. Nã Plinius li. xi. Asinis inquit á fœtu mammæ dolent: ideo sexto mẽse arcent partus. nihil necesse fuit dicere asinabus: quia statim subiũxit de mãmarũ dolore atq; illarũ fœtu. In primo etiã libro regũ hieronymo ĩterp̃te legimus: & de asinis q̃s p̃didisti ne solicitus sis. nõ. dixit asinabus: q̃a statĩ adiecit q̃s p

didiſti. Eadem præterea ratione Cicero ſcribens ad filiam & uxorem dixit:duabus animis ſuis:nō animabus:quia illud adiunctum duabus tollebat ſexus ambiguitatē.

Nam quod ſeruius atq; religiōis noſtræ auctores dicunt ab anima animabus:ne co incideret cum animis:quod eſt ab animus:recte id feciſſent:ſi auctoritate niterentur

Et quod a dña q̄dā faciunt dñabus:facile refellit̃ teſtimonio.Q.curtii qui de uxore & filia darii ſcribēs dixit:actū eſt de dñis niſi forte uelint dicere: quod quia iſtoricus de fœminis loquebat̃:ideo dixit dñis.unquā tñ iſti auctorē idoneū mihi monſtrabūt: q̄ unquā dixerit dominabus. Nā quod nōnulli afferūt ex epiſtola diui Hieronymi ad demetriadem:dominabus:ille non dominabus:ſed dominis ſcripſit:incedentibus inquit dominis:ancilla uirgo procedit ornatior. Atq; ut uno uerbo colligā quod ſentio:tūc utemur datiuo & ablatiuo in abus:cum poteſt eſſe dubium de quo ſexu loquimur:neq; id paſſim:ſed de illis tantum nominibus:in quibus optimi auctores hoc fieri uoluerūt. Ambæ uero & duæ:quāuis nulla ſimili differentiæ cauſa cogente:ut Priſcianus ait.habent datiuū & ablatiuū ambabus.duabus. Accuſatiui plurales. quod accuſatiuus numeri pluralis exit i.as.addita.s.ablatiuo ſingulari.ut á muſa muſas. De ſecunda nominis declinatione.ſecunda nominis declinatio terminationes habet nominatiui ſex.er.ir.ur.um.us.eus. quæ omnes mittūt genitiuum in.i. ut puer pueri. caper capri. uir uiri.treuir treuiri.ſatur ſaturi: quod in ur.ſolum reperitur.nā matur latine nō dicitur etiā Priſciano auctore:qui dicit in ur. unum tantū reperiri ſatur. Téplum templi.regnū regni. Dominus domini. deus dei.In eus dipgthongon finita omnia ſūt græca.ut pentheus penthei.orpheus orphei. Reperiunt̃ etiā duæ terminationes in.os.& in on.nominū tantū græcorū quæ ad hanc declinationé referūtur quemadmodū i declinatiōe græca diſſeruimus.ut hic logos logi.hoc ilion ilii.

De ſecunda nominis declinatione.

Altera dat rectis tibi ſex.er.ir.ur.ū.us.aut.ū.
Atq; eus diphthōgō.ſed & hāc tm̄mō græcis.
Fit genitiuus in.i.Sed rectū nō ſuperabit.
Excipias gibber.lacer.& ſocer.aſper.adulter
p̄ſbyter atq; liger miſer & gener & tener addes
Et proſper.dexter.puer.& quod ſit tibi.nomē
A gero.ſiue fero.uir.treuir.iunge ſaturq;.

Sed rectum non ſuperabit.Omnes genitiuos ſecundæ nominum declinationis in.i.terminari diximus.ſed quia partim creſcunt una ſyllaba:partim ſunt æqualium ſyllabarum:ut tollat hanc ambiguitatem:dicit: quod genitiuus huius declinationis æqualis eſt ſuo nominatiuo in numero ſyllabarum. ut hoc templum templi.hic dominus domini. Excipit pauca nomina quæ hic numerantur. Gibber gibberi.Plinius libro.viii.ſyriacis nō ſunt palearia ſed gibber.pro gibbo poſuit.Martialis in diſtichis.ſigillum gibberi fictile pro gibberoſo. Nam quemadmodum gibbus tum ipſum tumorem ſignificat aut naſi:ut Iuuenalis. Mediiſq; in naribus ingens gibbus:tum rem ipſam gibbum habentem:ut Martialis:Non aliter ridetur atlas cum corpore gibbo.& Celſus libro quarto. Extrinſecus gibbū. intrinſecus cauum eſt iecur:ſic gibber tum ipſum dorſi tumorem deſignat: tum eum qui tumoré habet:quem gibberoſum appellat iure cōſultus in.ti.de ædilicio edicto.l.uel proter ui uel gibberoſi. Lacer laceri.Vergilius.vi.æñ.Lacerum crudeliter ora. Socer ſoceri.Idem in ſecūdo æñ.Ad ſoceros & auo puerum aſtyanacta trahebat. Aſper aſperi.quod etiam per ſyncopam obliquos habet aliquādo æquales.Vergilius ſecūdo æñ. Improuiſum aſpris ueluti qui ſentibus anguem preſſit. Adulter adulteri. Liber liberi:pro eo quod eſt bacchus:& pro eo quod eſt ingenuus ſiue non ſeruus.Nam pro libro ſcripto & pro cortice :libri facit. Iber iberi pro hiſpanus.Lucanus in.vi.Si tibi durus iber:aut ſi tibi terga dediſſet.Vergilius tertio georgicorū. Aut implacatos a tergo horrebis iberos. Nam pro flumine iberus iberi poſuit. Lucanus in quarto. Qui præſtat terris aufert tibi nomen ibērus. Iber ibēris.per tertiam populus eſt ſeptentrionalis iuxta armeniam.At iber iberi fit celtiber celtiberi nomen compoſitum a celtis & iberis.Lucanus in quarto.Gallorum celtæ miſcentes nomen iberis:non ut

historiographi nostri delirant dicti quasi coetus tubalis? Præsbyter præsbyteri: pro eo quod græci dicunt presbyteros.i.interpretaturq; senior apud nostros: pro eo quod est sacerdos: quemadmodũ & abbas pro eo quod est pater. & pappas pro eo quod auus nomina sunt honoris. Liger ligeri nomen est celebre apud Vergilium.x.æñ. Fraterq; liger.sed frater anhelos flectit equos.& paulo post genitiuum expressit dicens. uesani talia late dicta uolant ligeri. Miser miseri.gener generi.tener teneri.necessitate ordinis litterarum crescunt una syllaba in genitiuo: quoniã.n.uel.s.nõ possunt in eadem syllaba.r.litteram præcedere. Prosper prosperi.quod etiam prosperus dixit Cicero in.vi.de re rep.scribens. Deinde hominũ generi prosperus & salutaris. Dexter dexteri.quod etiam per syncopen dextri facit in genitiuo. Puer pueri. pro quo antiquissimi puerus pueri faciebãt. Cæcilius age puere duce me ad patrios fines. Affranius.o puere puere: sine me prospicere mihi. Et nomina cõposita a gerẽdo & a ferendo.ut armiger.eri. setiger.eri.corniger.eri.furcifer.eri.signifer.eri. armifer eri. Vir uiri.& ab eo cõposita duum uir.iri.leuir.iri. Treuir.iri.populus est galliæ.Lucanus in primo. Tu quoq; lætatus conuerti prælia treuir. Satur saturi. Iuuenalis.satur est: cum dicit Horatius euoe. Minuuntur etiã genitiui una syllaba per syncopen siue mauis apocopen: quotiens genitiuus; in.i.duplex desinit.altero enĩ ex illis detracto genitiuus una syllaba decurtatur.ut Antonius antoni. pro antonii. peculium peculi pro peculii.tugurium tuguri pro tugurii. Iuuenalis. Antoni gladios potuit contẽnere si sic omnia dixisse. Vergilius in bucolicis. Nec spes libertatis erat nec cura peculi.Idem in eodem opere.pauperis est tuguri congestum cespite culmen.

Sed diphthongus in.eus.quod nomina in eus.diphthõgon desinẽtia quæ omnia diximus esse græca: triplicem habent genitiuũ in.ei.diphthongon copulatum: uel in ei.syllabas diuisum: uel in.eos. ut tereus terei.uel terei.uel tereos. prometheus. promethei. uel promethei.uel prometheos Vergilius in bucolicis. aut ubi mutatos terei narrauerit artus. Idem in eodem opere.caucaseasq; refert uolucres furtumq; promethei. Martialis. Flet philomena nefas incesti tereos. & q̃.sed hic genitiuus ex græco usurpatur: quare in suum locum referendus est.

Sed diphthõg9 in.eus.ei.dat ul'ei.genitiuo.
Atq; datiuus in.o.dabitur. Cui iũgito sextũ.
Accusatiuo.um.dat declinatio nostra.
Vs recti mutans in.e.casum pone uocandi.
Sed dices fili.fluuius.deus.atq; latinus.

Ambiget uero quispiam mulciber quomodo mittet genitiuũ. Nam si mulciberi facit: turpe est á nobis fuisse prætermissum: cum ab aliis quibusdam grãmaticis hoc in loco positum sit. Ad qnod illud est respodendũ: hoc nomẽ Prisciano teste duos habere genitiuos: sed utrumq; tertiæ mulcibris & mulciberis: quemadmodum suo loco dicemus. Cicero tamen secũdo.thus.mulcibri dixit in secunda declinatione: quod colligitur ex ratione carminis senarii: quod ex Aeschylo poeta græco uertit in latinum sermonem in hunc modum. Iouisq; numen mulcibri asciuit manus. ubi neq; mulcibris.neq; mulciberis.sed neq; mulciberi esse potest: ut in quibusdam codicibus legitur. necesse est enĩ ut iambus sit in quarto loco. Conferte obsecro uos nunc qui aliso auctores admirari soletis: breuitatem nostram simul & facilitatem & copiam.cum aliorum præceptis inextricabilibus: & cum multa uerborum perplexitate diminutis. Atq; datiuus in.o.quod datiuus & ablatiuus singularis in.o.terminantur: fiuntq; a genitiuo.i.finali mutata in.o.ut dominus.domini.domino.a domino.puer.pueri.puero.a puero. Accusatiuum.quod accusatiuus in.um.desinit: fitq; a genitiuo.i.finali mutata in.um.ut domini dominum.pueri puerum: quod de nominibus latinis aut græcis latine declinatis est dicendum: atq; ideo adiecimus declinatio nostra.i.latina. Nã si quesieris a me theseus quemadmodum mittit accusatiuũ? respondebo theseum uel thesea: sed theseum declinatione latina: thesea declinatione græca: qni casus ut alias diximus a latinis usurpatur. Vergilius in.vi. Quid thesea magnum: quid memorem alcidem. Cicero de natura deorum accusatiuum latinum protulit. theseum inquit & hippolytum. Vs recti mutans.quia superius posuit regulam generalem quod

uocatiuus est similis nominatiuo:immo apud antiquiores idem fuit in terminatiōe:
atq̧ á græcis uterq̧ rectus appellatur:& quia in regula illa generali adiecimus sempe
ramentū prope:nunc præceptum illud limitans dicit:quod cum nominatiuus termi
natur in.us.uocatiuus exit in.e.us.nominatiui mutata in.e.ut dominus.ō domine.
marcus ō marce.Patitur tamen regula illa exceptioné quoniā hoc nomen filius:debu
it facere filie & facit ō fili.quod etiam apud antiquiores ō filie fecit.Liuius androni
cus.pater noster saturni filie.fluuius quoq̧ deus & latinus:atq̧ etiam si uis populus
& fortasse alia huiusmodi nomina apud antiquiores in uocatiuo similes nominatiuo
reperiuntur.Vergilius.viii.æn̄.Corniger hesperidum fluuius regnator æquarū.pro
ō fluuie.Idem in priapeia.de cera facta dat tibi poma deus:sed hoc nomen de antiqui
tate nihil uidetur mutasse:nemo enim dixit ō dee.Idem in socer.arma latinus habeto
pro ō latine.sic quoq̧ Lucanus dixit in.ii.Degener ō populus uix sæcula longa deco-
rum.& quod in re diuina quotidie audimus.Agnus dei qui tollis peccata mundi.pro
ō agne.& alio in loco attendite popule meus pro ō mi popule. Si tamen est pro-
prium.quod nomina propria in.ius finita mittūt uocatiuū in.i.ablata.us.nomiatiui.
ut Vergilius ō uergili.Mercurius ō mercuri.Larius ō lari:qui lacus ē italiæ.de quo
Vergilius.ii.geor. Te lari ma-
xime teq̧ fluctibus assurgens.
Genius quoq̧ etsi nomen est ap
pellatiuū:plures eni sunt genii
hominū & locorum:tamē quasi
nomine proprio tibullus uocat
eum libro.iiii.mane geni cape
thura libens.Antiquiores tamē
quod de filius diximus:hæc quo
q̧ nomina in.e.terminabant:ut

Si tamē est propriū per.ius.tūc.us.rapiatur
Rectus pluralis fit in.i. Genitiuus in.orum.
Atq̧ datiuus i.is.Sed dat tibi dii de⁹ & diis.
Accusatiui plurales.os.tibi mittunt
Nominibus neutris in.a.uertit.i. genitiui.

Vergilius ō uergilie.Mercurius o mercurie Illud quoq̧ animaduertendū est uocati
uum hunc quandoq̧ desinere in.i.uocalem:quandoq̧ in.i.consonantem.nam si in no
minatiuo.i.consonans est ante.us.ablata.us.relinquitur in fine.i.consonans.ut uul-
teius o uultei.Horatius primo episto. Durus ait uultei nimis attentusq̧ uideris: ubi
uultei disyllabum est ratione carminis.ergo in.i.consonantem desinit.Nam in accu-
satiuo qui nominatiuo par est in numero syllabarum:uulteium trisyllabū posuit di-
cens.uulteium nomie menam. quod si.i.ante.us.in nominatiuo est uocalis:in uo-
catiuo quoq̧ ablata.us.uocalis erit.ut caius o cai.Martialis. Quod peto da cai.nō pe-
to consiliū.Nam in nominatiuo trisyllabū posuit idem auctor alibi dicens. Caius ut
fiat iulius & proculus.Quod uero Ouidius pompei trisyllabū posuit in.iiii.libro de
ponto:cum dixit.Accipe pompei deductū nomē ab illo.eadem ratione potuisset pom-
peius in nominatiuo quadrisyllabū ponere.Quod si rectus trisyllabus est:ut apud Lu
canum pompeius ue parem:necesse est uocatiuū duarum esse syllabarum.
Rectus pluralis.quod nominatiuus pluralis secundæ declinationis in.i. terminatur
estq̧ in terminatione similis genitiuo singulari:ut dominus domini.plurali domini.
Genitiuus in.orum.quod genitiuus eiusdem numeri & declinationis in orum.
terminatur.fitq̧ ab ablatiuo singulari assumpta rum.ut á domino dominorum.
Atq̧ datiuus in.is.quod datiuus pluralis eiusdem declinationis terminatur in.is. fit
q̧ ab ablatiuo singulari.o.finali mutata in.is.ut á domino dominis. Ambo uero &
duo:quæ nomina ad hanc declinationem potissimum referuntur:quemadmodum in
aliis quoq̧ locis diximus: in hoc casu ambobus.ambabus.ambobus.fecerunt.Sed de
us in nominatiuo atq̧ consequenter in uocatiuo pluralibus facit dei regulariter: &
dii per synæresin.atq̧ eadem ratione in datiuo deis uel diis.Lucanus in secūdo.o uti
nam cæliq̧ deis herediq̧ liceret. Accusatiui.quod accusatiuus in.os. terminatur
fitq̧ ab ablatiuo singulari addita.os.ut á domino dominos. Nominibus neu-
tris.Quia in principio huius secundi capitis dictum est:quod nomina neutra tres ca-
sus habent similes:nominatiuum.accusatiuum.& uocatiuum.& in plurali termina-
bantur in.a.nunc regula illa contrahitur magis atq̧ limitatur:dicitq̧ formari a ge-
nitiuo singulari.i.finali mutata in.a. Nam si genitiuus in.i. duplex desinit: neu-
tra pluralia in.a.purum.i.uocali antecedente desinunt.Vt hoc Augurium.hæc

auguria.boc peculium.hæc peculia: si uero in unico.i.desinit: genitiuus singularis: pluralia neutra in.a.mixtum cum consonāte quæ præcedit illud.i.desinūt.ut hoc tēplum templa. hoc donum dona. De tertia nois declinatione.quemadmodū prima declinatio tres habuit noiatiui terminatiōes:secūda uero sex:ita tertia habet multo plures:quæ omnes mittūt genitiuū in.is.atq; ideo dicit tertia diuersos dat declinatio fines:quia quamquā litteræ terminales huius declinationis sint undecim.a.e.o.c.d.l.n.r.s.t.x.terminationes quinquaginta sunt:& eo amplius:quas cum de genitiuo disputabimus: ex ordine prosequemur. Ex.a.ponit.atis.quod noia tertiæ declinatiōis in.a.desinētia:sup.a.nomiatiui.tis.assumpta mittūt genitiuū in. atis.ut hoc toreuma.atis.schema.atis. pagma pagmat[.syrma.atis.pneuma. atis hæc antiquiores etiam per primam declinabāt: suntq; omnia græca:ut in genere diximus.

De tertia nominis declinatione.

TErtia diuersos dat declinatio fines.
Et quāquā uarie tamē exit in.is.gtūs.
Ex.a.ponit.atis.Ex.e.facit.is.genitiuus.
Onis.ab.o fiet.Per.inis.nō nulla dabuntur.
Cardo.ordo.turboq;.hō.nemo.iūgis apollo.
Et quod fœminei generis datur i.do.ul' i.go
Vnedo dat.donis.seu pomū.siue sit arbos.
Ast anio.& nerio dat.enis.dat caro carnis.

Ex.e: facit. is. genitiuus. quod huius declinatiōis nomia in.e.finita mittunt genitiuū.e. mutata in.is.ut hoc mare maris.cubile cubilis.mātile mātilis. sūtq; oia neutra atq; latina.nā græca fœminina sunt:reducunturq; ad primā declinationē latinā. Onis.ab.o.fiet.quod noia tertiæ declinatiōis in.o.desinētia mittūt genitiuū in.onis super.o.nominatiui assumpta.nis.ut hic sermo sermonis.harpago harpagonis.unio unionis.porphyrio porphyrionis. Per.inis.nōnulla dabūtur.quod hæc nomia q̄ uno uersu cōplectitur mittunt genitiuū nō in.onis.sed in.inis.hic cardo.inis. ordo ordinis.turbo.inis:pro uentorū uertigine:aut pro puerorū trochisco.Vergil.in pri. turbine corripuit:scopuloq; infixit acuto.Horatius in epodo.Citūq; retro solue turbinem.Nam cū propriū est nomen gladiatoris cuiusdā generalē regulā sequitur. Idē secūdo ser.Rides turbonis in armis spiritū. Homo.inis.& nemo.inis.quod ab homine cōpositū est.apud antiquiores genitiuū misit in.onis.Ennius apud Priscianum Vulturis in siluis miserū mandebat homonē.Ipse quoq; genitiuus neminis antiquus est:quo uix uti possumus.Plautus in captiuis.Neminis misereri certū est.& Lucillius Neminis ingenio quēquā cōfidere oportet. Apollo appollinis.cuius gtūs atticus ē apollo. ut Paulus in epistola ad corinthios prima Hieronymo interprete. Ego quidē sum pauli.ego aūt apollo.sed de hoc in declinatiōe græca diximus. Et quod fœminei generis.quod noia etiā desinētia in.do.uel in.go.q̄ sūt generis fœminini:mittūt genitiuū in.inis.ut hæc teredo.inis.formido.inis.uirgo.inis.uligo.inis. Vnedo tn̄ pro arbore & pro pomo:& si generis est fœminini: genitiuū fecit unedonis. Plinius li.xvi.quibusdā arboribus cortex cadit.ut malo unedoni.Idē li.xv.de unedone. arbor ipsa fructicosa:cui nomē ex argumēto sit unū tātū edendi. Mendū est īcredibili cōsensu in oibus libris receptū:quod áme primū est deprehēsum:in expositione Seruii sup illud Vergilii pri.geor.Arbuta sacræ deficerēt siluæ.ait nāq; arbuta sunt rubra poma siluarū:q̄ Plinius oredones uocat:quod asperitate sua plures edi nō possunt.At qui Plinius nō oredones:sed unedones appellat.Ergo uel meo periculo emēdādus est ille locus.atq; fidei pristinæ restituēdus. Ast anio & nerio.quod hæc duo noia hic anio uel anien.& hæc nerio uel nerien.mittūt gtm̄ in.enis.ut anienis.nerienis..Horatius.car.pri. & p̄ceps anio:ac tiburti locus.quod antiqssimi secūdū analogiā declinabāt anien.enis.Cato.Nō minus q̄ quindecim milia anien abest.Papinius etiā in siluis priscos imitatus præceps anien dixit.Declinatur etiam hic anienis. ut Sillius libro punicorū primo.Qua pater acceptis anienis ditior undis.siue igitur prima nominatiui positio sit anio.siue anien.siue anienis.genitiuū habet anienis.Lucanus in.ii. Gelidas anienis ad undas.Ouidius.xiiii.meta. Quaq; anienis aquæ cursuq; breuissimus almo. Nerio quoq; ut.A.gellius libro.xii. Noctium atti.scribit: a ueteribus

sic declinabatur quasi anio nam perinde inquit ut anienem:sic nerienem dixerunt: tertia syllaba producta.Plautus in truculento. mars peregre aduenies salutat nerienem uxorem suá. Martianus in nuptiis philológie:certumq; esse gradiuum nerienis coniugis amore torreri.Declinatur etiam hæc nerienes.is.ut Varro in satyra menippæia.nerienes inquit.minerua.fortuna.ac ceres. Caro præterea á regula excipit: facitq; in genitiuo carnis:quoniá apud priscos hæc carnis.is.declinabat. Liuius andronicus.carnis ait.uinumq; quod libant. T.Liuius.xxv.ab urbe. Laurentibus carnis quæ dari debet:data non fuerat.Itaq; ab eo quod est caro caruncula:& ab eo quod carnis carnicula diminutiua declinata sũt. Animaduertendũ hoc in loco quod in græcorũ declinatione diximus:noía græca fœminina in.o.lõgum desinẽtia in onis. fecisse genitiuũ apud priscos:atq; reliquos casus cõsequẽter.ut io ionis.calipso.onis. dido didonis.Plautus in aulularia.Argus quem quondá ioni iuno custodẽ dedit.Liuius andronicus apud nympham atlantis filiam calipsonẽ.Et ennius pœnos didone oriundos. Sed huiusmodi declinatione iam nõ esse utendũ ostendit Quintilianus libro primo his uerbis.mihi aũt placet latinã rationẽ sequi quousq; patitur decor:neq; eni calipsonẽ dixerim ut iunonem:quamquá secutus antiquos cæsar: utitur hac ratione declinãdi. Illud præterea est annotãdũ:masculina græca in.on.finita in hanc terminationem plærunq; a latinis referri.ut tarchon.tarcho.rhaphon. rhapho. agamẽnon agamemno. Vergilius.ix.æñ.Hinc tarcho & tyrrheni tuta tenebant.Idem in.x.parthemũq; rhapho.& prædurũ uiribus orsen. Papinius in achilleide.Stimulatq; agamẽno uolentes.

Lac tibi dat lactis.halec halecis:habebit.
Bogud format.udis.nostri dixere dauidis.
Additur.is.post.l.Sed lis.mel.felq; recepit.
Nomẽ quod fit in.n.assumit.is.in genitiuo.
Men finita dabũt.inis.& quod desinit ĩ cen.
Atq; unguẽ.pectẽ iũges cũq; inguine glutẽ.
Et quãdoq; datur ex.on.genitiuus in. ontis.

Lac tibi dat lactis.quod in.c.duo tantũ noía reperiunt huius declinationis hoc lac lactis.quod antiquissimi hoc lacte lactis declinabãt. Plautus in menechinis. neq; lacte est lacti usquam similius.nam lactes in plurali ut alias diximus:sunt intestina per q̃ labitur cibus.ut scribit Plinius libro.xi.na.histo. Singulariter quoq; lactis in nomíatiuo dixit Pomponius in ferentinati.cerebellum inquit.lactis agnina. Halec queadmodum in genere memorauimus:salsugo erat ex pisciculis alecibus sale maceratis confecta:quod etiam garum uocabatur.facitq; in genitiuo halecis:quemadmodũ & halex halecis:ut infra. dicemus.sed halec caret numero multitudinis:quemadmodũ & alia multa huiusmodi nomia. Bogud format.udis.quod in.d.unum tantũ reperitur nomen huius declinationis bogud:qui fuit rex mauritaniæ.facitq; in genitiuo bogudis. Liuius apud Priscianũ libro.cxiii.ab urbe condita.Cassius inquit & bogud castra adorti.Idem in eodem.bogudis causa exercitũ in aphricã traiicere conatus sit. Nostri dixere dauidis.ac si dicat quod hoc nomen dauid cum finalem syllabá acuat:neq; possit declinare quia barbarũ est:tamẽ nostri.hoc est religionis christianæ scriptores aliquãdo ausi sunt hic dauid dauidis declinare:penultima in genitiuo lõga:quia dauid ultimã acuit:ergo necesse est ut genitiuũ habeat penultima producta:ut michael michaelis. daniel danielis. Additur is.post.l.quod huius declinationis noía in.l.litterã finita faciunt genitiuũ assumpta.is.super noíatiui terminationẽ.ut hoc animal.alis. tribunal.alis.uectigal.alis.michael.elis.uigil.ilis.sol solis.consul consulis. Deinde dicit quod hæc duo nomía mel & fel in genitiuo assumũt.lis.pro.is.itaq; genitiuus & reliqui casus qui pendent a genitiuo duplici.l.scribuntur.ut mel mellis.fel fellis.melli. felli.á melle.a felle. Nomen quod fit in.n.quod nomía in.n.finita mittunt genitiuum.is.assumpta.ut hic titan titanis.hæc syren syrenis.delphin delphinis.canõ canonis.sed queadmodũ in genere diximus in.an.& in.in.& in.on.finita oía sunt græca.in.en.uero partim græca partim latina. Men finita.quia superior regula tantum finali syllabæ genitiui prospexit:dicit nũc quod noía terminata in men.ut hoc fulmen.numen.& in.cen.ut composita a cano.is.qualia sunt tubicen. fidicen. cũ his quattuor noíbus.unguen.pecten.inguen.gluten.mutãt.e.noíatiui in.i.ut fulminis

numinis.tubicinis.fidicinis.unguinis.pectinis.inguinis.glutinis. quod Plinius li-
bro.vii.glutinũ dixit.glutinũ inquit.perpendiculũ & terebram. Hymen uero quõ
mittat genitiuũ nõ expressit:quia nusquã eius obliqui reperti sunt.quod si declinare
tur nihil dubium quin hymenis genitiuũ faceret.& reliquos casus consequenter. In
on.uero quæ ut diximus omnia sunt græca partim mittunt genitiuũ in.ontis.ut lao
coon.ontis.demophoon.ontis.hippocnon.ontis.hippomedon.ontis. phæton.ontis.
acheron.ontis.tarchon.ontis.bison.ontis.partim in.onis.ut dæmon.onis.canon ca-
nonis.daphnon.onis.sindon.onis.sidon.õnis.sinon.õnis. hieron.onis. Euan quoq;
unum de bacchi nominibus auctore Prisciano.tis.in genitiuo assumit:dicimusq; euã
tis.Papinius.v.theb.& a summis auditus mõtibus euan. Vergilius.vi.æñ.Illa chorũ
simulans euantis orgia circum:Seruius participiũ esse uult euantis.quasi bacchãtes.
Is post.r.iunges.quod huius declinationis noĩa in.r.littera terminata assumũt
in genitiuo.is.quacũq; uocali præcedẽte. ut puluinar.aris.torcular.aris. anser.eris.

Is post.r.iunges.tamẽ.r.tibi far geminabit.
Cris dat acer.uolucer.alacer.bris.accipit iber
Et sua cõposita. celeber.qbus adde saluber.
In.tris.plura dabis.frater.mater.pater.uter.
Accipiter.uẽter.lynther.quod desinit i.ster.
Iuppitris atq; iouis dat iuppit. O facit ex u.
Femur ebur robur iecur,at cor dat tibi cordis

passer passeris.gadir.iris. amor amoris. decor decoris.murmur uris.fur.furis.Far uero accepit in genitiuo.ris.itaq; per.r.duplex scribitur.far faris.& reliq cõsequenter casus qui a genitiuo formãtur.farris aũt ideo putant.r.in genitiuo sumpsisse:ne coincideret cũ secunda persona huius uerbi for.faris. Deinde dicit quod tria noĩa in.cer. desinẽtia mittũt genitiuũ.cer.
mutata in.cris.ea sunt acer.acris.pro fortis & uehemẽs & acutus.nam pro arbore ace
ris in genitiuo facit.Solinus de thure scribens.ramis inquit ad aceris qualitatem.
Volucer uolucris.alacer alacris. Deinde quod hoc nomen imber. & ab eo cõposita
septẽber.october.nouẽber.decẽber.mulciber. formãt genitiuũ.ber. mutata in.bris.
ut imbris.septẽbris.octobris.nouẽbris.decembris mulcibris.nam a mulcendo & im
bri compositũ uidetur:& recte simplicis declinationẽ seruat.Sed Ouidius in.ii.arte
mulciberis posuit.d.mulciberis capti marsq; uenusq; dolis. Cicero ut in secũda decli
natiõe diximus:genitiuũ mulcibri protulit.ii.libro thuscu. Celtiber quoq; & salu
ber genitiuos faciunt celebris & salubris.possunt aũt hæc duo adiectiua cum illis tri
bus.acer.uolucer.alacer.& cũ illis quæ terminantur in ster:etiã sub terminatione in
is.pro genere masculino & fœminino declinari.ut hic & hæc alacris & hoc alacre.
hic & hæc acris & hoc acre.Vergil.vi.æñ.Anchises.alacris.palmas.utrasq; tetendit.
& Ennius apud Priscianũ.Somnus repente in campo passim molissimus pculit aeris.
In tris.plura dabis.quod in.ter desinẽtia nomina multa reperiuntur mittẽtia ge
nitiuũ in.tris.nõ tamen omnia:ut quidã putauerũt:quoniã græca omnia mittũt ge-
nitiuũ in.eris.ut soter.ẽris.panther.ẽris.character.ẽris.physeter.ẽris.stater.ẽris.lu-
ter.ẽris.spinther.ẽris.nõ spinthris.& cõplura alia:de quibus libro quinto:cũ de cre-
mentis nominũ dicetur plenius differendũ est. Quæ uero in.tris.mittunt genitiuũ
hæc sunt fere.frater fratris.mater matris.pater patris. & ab eo cõposita.ut diespiter
diespitris.marspiter marspitris.opiter opitris.iupiter iupitris. quod etiã iouis facit:
sed hoc a nomiatiuo iouis est:quemadmodũ iupitris a iupiter: qua declinãdi ratione
iginus frequẽter utitur.uter utris.accipiter accipitris.uẽter uẽtris.lynther lynthris:
etiã si græcũ sit. Et noĩa adiectiua pro genere masculino desinẽtia in.ster. mittunt
quoq; genitiuũ in.stris.ut Siluester.tris.quod cum est uiri propriũ siluester.tri.per se
cundã declinat.rurester.tris.equester.tris.pedester.tris.paluster.tris.cãpester.tris.se
quester.tris.quod etiam per secundã & primã declinatur:sequester.tra. trum. Sed
quæret fortasse quispiã cur nõ fecit mentionẽ hoc loco huius nominis iter. Ad quod
illud dicimus hoc nomen in usu nostro ex duobus rectis constare hoc est iter iteris.
& itiner itineris.sed iter in noĩatiuo & duobus reliquis casibus qui in neutris nomi
nibus sunt noĩatiuo similes magis est in usu:in reliquis obliquis magis est itiner.sed
de hoc infra iterum dicemus:cum de habẽtibus duplex cremẽtũ differetur. Eadem

ratione:cũ iupiter & iouis in nominatiuo dicatur:atq; in genitiuo iupitris & iouis: iupiter in nominatiuo magis est in usu:quemadmodũ & iouis in genitiuo: qui est ab eo quod hic iouis. Cæcilius apud Priscianũ. Nõ nobis quidẽ deus repertus est iouis. & actius apud eundẽ lucifera lampade exurat iouis arietem. O facit ex.u.quod hæc quattuor nomina.femur.ebur.robur. iecur.etsi regulam sequuntur terminatorum in.x.quantum ad syllabam genitiui terminalem attinet:tamẽ in penultima mutant.u.nominatiui in.o.dicimusq; femoris.eboris.roboris.iecoris.quod etiam in genitiuo iecinoris uel iocinoris facit:quamquã uideatur ab eo quod est iecinus uel iocinus declinari. Persius. Rupto iecore exierit caprificus. Liuius.viii. Ab urbe caput iocinoris a familiari parte cæsum. Antonius gnifo quem Cicero post fori laborẽ frequẽter audiebat ab eo quod ẽ ebur & robur ebura & robura faciebat:auctor est Quintilianus in primo. *Deinde dicit* quod hoc nomen cor accepit.d. litteram mediam fecitq; in genitiuo cordis. Hepar uero quod apud græcos hepatos.genitiuum facit: ideo nõ posui:quia hoc nomen a latinis receptum nõ est:cum propriũ habeant iecur: & quod ex antiquioribus grãmaticis nullus posuit:quod ipsum argumento est eo nõ esse utẽdũ. Lar quoq; pro rege ueientiũ:quod Priscianus posuit facere genitiuũ lartis:ego nõ posui:quod huius nominis tãtum obliquos reperio. Liuius libro.iiii. Larte tolũnio rege *ueientorum* & Ouidius. *Larte ferox cæso cossus opima tulit.*

*Suscipit.atis.ab.as.*quod nomina tertiæ declinationis in.as.finita mittunt genitiuum in.*atis.s.*nominatiui mutata in.tis.ut pietas pietatis.sanctitas sanctitatis.ciuitas ciuitatis. ueritas ueritatis.

Suscipit.atis.ab.as.genitiuus. Demitur inde
Vas uadis.& uasis.as.assis.mas maris. Atq;
Græcũ ponit.adis.genitiuo.ponit & antis.
Cũ sit nomẽ in.es.mas aut cõmune duorum
Dat genitiuus.itis.Sed uerres.dat tibi uerris
Et uates uatis.dat.etis.pariesq;.uariesq;
Perpes.& iterpres.teres.idiges.ppes hebesq;
Inquies & locuples.magnes.Heresq; dat edis.
Pes pedis.At nomẽ dat idis.quod de sedeo fit.

& nomina gentilia: ut arpinas arpinatis.altinas altinatis. tolosas tolosatis:quæ antiquiores p is.&.e. declinabant:ut arpinatis arpinate. altinatis altinate. Excipiuntur quattuor monosyllaba:quæ aliter exeunt in genitiuo.ea sunt.uas uadis. Cicero tertio officiorũ. Vas factus est alter eius sistendi. Horatius primo sermonũ. Ille datis uadibus:qui rure extractus in urbe. Vas uasis.quod etiã antiquiores hoc uasum uasi declinabãt atq; ideo in plurali tantum secũdæ reperitur declinationis. Cato apud Gellium libro.xii. Noctium atticarum neq; uasum neq; uestimentum ullum est in manu preciosum. As assis pro libra duodecim unciarũ siue pro solida hereditate. *Mas maris pro masculo in qualibet specie:* quod aliquando figurate etiam neutris iunximus:quia masculinum sicut & fœmininum uersus heroicus non recipit:itaq; aliquando nomen mas aliquando masculum diximus:quod utrumq; improprium est. Atq; græcum ponit adis. Quod nomina græca partim mittunt genitiuum in.adis.ut Arcas arcadis. Pallas palladis. Monas monadis.ogdoas ogdoadis.decas decadis. hellas helladis.orchas orchadis. partim in antis.ut Pallas pallantis.calchas calchantis.thoas thoantis.elephas elephantis.gigas gigantis.adamas adamantis.atlas atlantis.pæas peantis. *Sed quæ sunt illa quæ mit*tunt in.adis.quæ in antis.á declinatione græca petendum est.nam quæ illi mittunt in.ados:nos in.adis.q̃ illi in antos.nos in antis.uertere debemus. Cum sit in es nomen. Quod nomina masculina aut cõmunia duorum generum terminata in.es. mittunt genitiuum in.itis.e.nominatiui mutata in.i.&.s.mutata in.tis.ut hic stipes stipitis.hic trames trametis.hic & hæc miles militis.hic & hæc sospes sospitis. Excipiuntur duo hic uerres.hic & hæc uates:quæ formant genitiuum es. mutata in.is. uerres uerris.uates uatis. In.etis uero mittunt genitiuum undecim nomina quæ sequũtur.paries parietis.aries arietis.perpes perpetis.interpres interpretis.teres teretis.indiges indigetis.præpes præpetis.hebes hebetis.inquies inquietis.locuples locupletis.magnes magnetis.impes impetis tãtum in ablatiuo siue septimo casu repe-

ritur:atq; ideo ad defectiua nomina reiecimus.apud Columelã quoq; repperi in secũdo de re rustica cõpitibus:ab eo quod est compes.itis.é uepribus inquit compitibusq; congesta colligere. Duo tamen ponit mittentia genitiuũ in.edis.heres.edis.pes pedis.Composita quoq; a sedeo sedes.exeunt in.idis.ut obses obsidis.reses residis. præses præsidis.deses desidis. Græcum nomen in.es.quod nomina græca in.es.finita plærunq; mittiunt genitiuum in.etis.ut cres cretis.lebes lebetis.tapes tapetis. quod etiam hoc tapete.uel hoc tapetum declinari potest.Sillius quarto punicorũ.Illũ sydonio fulgentem ardore tapeta.Vergilius l.ix.æñ. Pulchrosq; tapetas. Plinius libro.viii.In tapetis antiquissima gratia. & digestis in ti. de auro & argẽto legato.l.argumento.tapeta inquit uesti cædũt: quæ aut sterni aut iniici solẽt. Nam quod Vergilius.ix.æñ.dixit:qui forte tapetibus altis:ab eo quod est tapes.etis.uel tapete.is.esse põt.

Græcũ nomen in.es.genitiuũ mittit in. etis.
In propriis ex.es.facit.is.quãdoq; dat etis.
Es.tibi fœmineum cõuertit in.is.genitiuus.
Sed teges.atq; seges.abies. quiesq; dat. etis.
Merces.mercedis.facit.in cereris ceres exit.
Is finita tibi mittunt similem genitiuum.
Cuspis format.idis.cassis.lapis additur illi.
Semis semissis.dat sanguis sãguinis.Et quæ

Nomina uero propria uirorum quandoq; mittũt genitiuũ es.mutata in.is.ut Ioannes ioãnis.diomedes diomedis.ulysses ulyssis.achilles achillis.quandoq; mittunt genitiuum es.mutata in.is.atq; etiam in.etis.ut dares daris uel daretis.thales thalis.uel thaletis chremes chremis.uel chremetis.rhamnes rhamnis uel rhamnetis.pheres pheris uel pheretis.Vergilius quinto æñ.Vastis cum uiribus effert ora dares.Atq; iterum præcipitemq; daren ardens agit:& paulo post.fessumq; dareta eripuit mulcens dictis. Iuuenalis.Et mite thaletis ingenium.Terentius in andria.Puerum inde abiens conueni chremis.Idem in eadem.Chremetis affinitatem effugere potero.Vergilius.ix.æñ. Euryalus phaleras rhamnetis & aureabullis.Papinius.ix.theb.Inde pheres.acerq; tichus:sed cassa pheretis. Es tibi fœmineum.quod nomina fœminina in.es.desinentia mittunt genitiuum.es.mutata in.is.ut apes apis.uulpes uulpis.proles prolis. soboles sobolis. Quattuor uero fœminina quæ hic explicantur mittunt genitiuum in.etis.ea sunt.Teges tegetis.seges segetis.abies abietis.quies quietis:quod ut supra diximus ueteres per quintam nominis declinationẽ proferebant.Merces fecit mercedis.& ceres cereris. Quod uero iuniores ab eo quod est agnes:agnetis in genitiuo fecerunt:arte atq; exemplo caret:nullum enim fœmininum est huius declinationis: quod faciat genitiuũ in.etis:& diuus Ambrosius qui nobis uitam atq; historiam beatæ agnes scriptam reliquit:cum frequenter nomen uirginis repetat:nunquan agnetis.agneti agnetem ab agnete dixit:sed agne agnes & reliquis casibus græcæ declinationis semper usus est.Nam cum agne nomen sit græcum interpretatur namq; casta: aut declinatione græca flectendum est:agne agnes:aut latina agna agnæ.ut Horatius primo sermonũ.Delectat.ueluti balbinum polypus agnæ. Quid quod in codicibus antiquis atq; fidei probatissimæ:in quibus rei diuinæ mystica pertractantur:cum uirginis martyrisq; cõmemoratio fiat:non agnetis & agnete:sed agnes & agne legitur. Quam scripturam adhuc retinent uiri religiosi:atq; antiquitatum ueræq; lectionis diligentissimi indagatores:qui habitu.moribus.& uitæ sanctimonia:diuum nobis Hieronymum representant. Is finita tibi mittunt. quod nomina in.is desinentia habent genitiuum similem nominatiuo.ut panis panis.ignis ignis.nauis nauis. classis classis. Tria tamen nomina mittunt genitiuum in.idis. Cuspis cuspidis.atq; ab eo composita Tricuspis tricuspidis. Ouidius primo metamo. Positoq; tricuspide telo.Cassis cassidis:quod etiã hæc cassida Vergilius.libro.xi.dixit.Aurea uati cassida.

Lapis lapidis.a quo Ennius in septimo casu fecit lapi.d. occumbunt multi lœtum ferroq; lapiq;. Semis præterea facit semissis.ut in digestorum libris de uulgari & pupil.s.l.etsi per bonorum possessionem semis ei ablatus sit.Genitiuũ posuit Priscianus de ponderibus & mensuris.d.post hæc semissis solidi pars maxima fertur. Cum uero non sex uncias aut assis medietatem:sed tantum alicuius integri dimidiũ signi-

ficat siue sit aduerbium siue nomen indeclinabile est. *Sanguis sanguinis*: a quo exanguis compositum exanguis fecit in genitiuo non exanguinis: ut supra memorauimus. Et quæ dant eris. Quod quinq; nomina quæ hoc in loco explicantur mittunt genitiuum in .eris. Cucumis cucumeris. Vergilius in copa & pendet iunco ceruleus cucumus. declinatur etiam cucumer cucumeris. immo quantum suspicamur hæc

Dãt eris. ut cucumis uomis'z cinis addito pul
Impubes iũges. Glis gliris. lisq; dat. itis. Quis.
Samnis samnitis. dis ditis. adde quiritem.
Græcũ mittit. idis. Simois pyroisq; dat. entis.
Quod fit i. in. & i. is. dabit. inis. iũgito pollis.

nomina duplices habuere casus ex duplici nominatiui terminatione profectos. cucumer ul' cucumis. cucumeris uel cucumis. cucumeri uel cucumi. cucumerem uel cucumim. Plinius libro xix. Cucumim uero & in colore & in odore similem. Vomer uel uomis uomeris. Seruius primo georgicorũ. Vomer inquit uel uomis ab utroq; uomeris. & eodem modo Ciner uel cinis cineris. puluer uel puluis pulueris. Impuber uel impubis impuberis. quemadmodum in principio huius libri diximus. Cæsar in libris de analogia puber puberis declinare præcipit: probus uero grammaticus erudissimus pubis puberis. Nos tamẽ cũ apud Ciceronem in secũdo de oratore legamus: Quod nisi puberem te iam inquit haberem: & apud Salustium in iugurtha. deinde omnes puberes numidas atq; negotiatores interfecit: suspicamur ex analogia quam habẽt inter se dictiones simplices & ab eis compositæ: duplices fuisse nominatiui terminationes: atq; utramq; regularem habuisse genitiuũ. Puber puberis: á quo fit compositum impuber impuberis: quemadmodum Cicero in quarto inuectiuarũ. Dixit filium eius impubrem legatum a patre missum. & hic & hæc impubis & hoc impube. quam declinandi rationem Vergilius secutus ait impubis iuli. & Horatius secundo carminũ. Impubem parentes troilum. & idem in epodo. trementi questus ore. Glis gliris. animal notum est. de quo Martialis in disticho cuius lemma est glires: inquit. Tota mihi dormitur hyems & piguior illo tempore sum que me nil nisi somnus alit. Quod uero quidã glitis & glissis ab eo quod est glis fecerunt: adhuc nusquam legi. Lis litis. Samnis samnitis. dis ditis. genitiuum in. itis miserunt. Quirites quoq; quod phocas in numero tantum multitudinis declinat: ex proportione in singulari quiris quiritis declinari potest: quam rationem Ouidius secutus in elegiis dixit. an si pulsassem minima de plebe quiritem. & Persius. Quibus una quiritem uertigo facit. Græcum mittit idis. Quod nomina græca huius declinationis terminata in. is. mittunt genitiuũ in. idis. ut Paris paridis. adonis adonidis: eupolis epodis. doris doridis. thetis thetidis. iaspis iaspidis. Aliquando habent genitiuum parium syllabarum: cum scilicet genitiuus apud græcos in. is. purum desinit. ut paris parios. paris paris. adonis adonios adonis adonis. neapolis neapolios neapolis neapolis. Plæraq; tamen ex. iis. quæ græci terminant in. ios. in genitiuo mittunt apud nos genitiuum in. idis. ut tigris tigrios. tigris tigridos. *Simois pyroisq;*. Quod hæc duo nomia græca pyrois & simois: reperiuntur apud latinos facere genitiuum in. entis. ut pyrois pyroentis. simois simoentis. Ouidius secũdo metamo. Interea uolucres pyrois eous & aethon. Val. flaccus in quinto argonauticæ. & formidãtem patrios pyroenta dolores. Vergilius primo eneidos. Vbi tot simois correpta sub undis. Idem in eodem. Alma uenus phrygii genuit simoentis ad undam. Quod fit in. in. quod nomina græca quæ in nominatiuo duplicem habent terminationem hoc est in. in. ul' in. is. mittunt genitiuum in. inis. ut eleusin eleusis. eleusinis. salamin uel salamis. salaminis. trachyn uel trachys. trachynis. delphin uel delphis. delphinis. phorcyn uel phorcis. phorcynis. Ouidius in epistola phedræ. tempore quo nobis inita est cerealis eleusis. Idẽ septimo metamophor. Cerealis eleusis iterũ dixit. Seruius in illud Vergilii primo georgicorũ. Vomis & inflexi primum graue robur aratri: græci inquit delphin & delphis dicunt. eleusin & eleusis: sed uerius in. n. desinũt: quod in obliquis habent. n. delphinos. eleusinos. dicitur etiam & eleusina. Iustinus libro quinto. Tyrannos inquit eleusina emigrare iusserat. Ouidius. xiiii. metamo. Dominæ sub imagine signũ seruat adhuc salamis. Horatius primo carminũ. Teucer salamina patremq;

cum fugeret. Trachyn & trachis quod īterpretatur aſpera: urbs eſt boetiæ. Lucanus Trachyn precioq; nefande lampados. & Ouidius in undecimo metamopho. Herculeam trachyna iube. Quod uero dicit iungito pollis: quantum ad terminationē intelligendum eſt: nam illa in inis penultima longa faciunt: hoc penultima breui. illa præterea græca ſunt hoc latinum. declinatur etiam pollen. inis. auctore probo & cæſare in libris de analogia: phocas uero & cariſius pollis pollinis declinant. ſed quemadmodum de recto non ſatis conſtat: ita de obliquis exploratum eſt. Serenus. Proderit & madida fermentum polline turgens. Celſus libro ſecūdo ex polline infirmiſſimus cibarius panis. Plinius libro. xxxiiii. Illinunt inquit cum polline.

Otis. nomen in. os. mittit. Tamē exit in. oris.
Ros. flos. moſq; lepos. Os. trāſit i. oris. & oſſis
Cuſtos cuſtodis dat. bos bouis. Et tamē. ois.
Græca dabūt. ut tros. thos. minos. addit heroſ
Vs. tibi mittit. oris. per. eris. ſed plura dabūt
Hulcus. acus. uiſcꝰ. fœdus. cū pōdere ſydus.
Vellꝰ. holuſq; ſcelꝰ. funꝰ. genꝰ. Addito uulnꝰ
Munꝰ. onuſq;. latꝰ. uetꝰ. atq; opꝰ. & tn̄. udis.

Otis nomen in. os. Alii hanc regulam de terminatis in. os. aliter poſuerunt: dicentes mittere frequentius genitiuum in. oris. nos autē illam inuertentes diximus generaliter facere genitiuum in. otis. quod plura in. otis. facere reperiūtur quam in. oris. ut rhinoceros. otis. monoceros otis. niceros nicerotis. ægoceros. otis. heros herotis. phileroſ otis. nepos nepotis. dos dotis. cos cotis. ſacerdos ſacerdotis. cōpos. otis. ipos. otis. Martialis ī primo. quæ nō ꝑmiſit prælia rhinoceros. Idem in eodem. Et pueri naſum rhinocerotis habent. Plinius libro octauo. Aſperrimam autem feram rhinocerotem. Lucanus in humidus ægoceros nec plus leo tollitur urna. Martialis. Cum placeat phileros tota tibi dote redemptuſ. & paulo poſt. perpetuam dii te faciant philerotis amicam. & in libris digeſtorū titulo de fidei cōmiſſis. l. Lucius eros iroti libertatem non dedit. In. oris uero exeunt pauca quæ hic enumerat. ros roris. flos floris. mos moris. lepos leporis os oris. & quæ terminantur etiam in. or. ut arbor uel arbos arboris. color uel colos coloris. uapor uel uapos uaporis. odor ul' odos odoris. honor uel honos honoris. Vergilius in bucolicis. Nunc omnis parturit arbos. Plinius libro. xxxv. Glebis inquit ſuus colos: atq; ibidem ſæpius ea declinandi ratione utitur. Lucretius libro quinto. Et uolitas permanat ad os friguſq; uapoſq;. Plautus in captiuis. Cuius odos ſub baſilica nos omnis adegit in forum. Vergilius primo eneidos. Hic pietatis honos ſic nos in ſceptra reponis. Timor etiam uel timos apud Marcellum legitur. Os quoq; in alia ſignificatione oſſis facit. Cuſtos cuſtodis. bos bouis. Et tamen ois. Quod quædam nomina græca reperiuntur mittentia genitiuum in. ois. ut minos minois: tros trois. thos thois. heros herois. Ab eo quod eſt minos minonis fecit Saluſtius apud Priſciūum in ſecūdo hiſtor. Dedalus inquit ē ſicilia profectum quo minonis fugerat iram: ſed poteſt eſſe hic genitiuus ab eo quod minō. Vergilius primo eneidos. Tros tyruiq; mihi nullo diſcrimīe agetur. & ī eodem troas relliquias danaum: & troes te miſeri uentis maria omnia uecti. Plinius libro octauo. Nam thoes luporum id genus eſt. Vs tibi mittit oris. Sæpe de hac quoq; regula inuertenda cogitauimus: propterea quod aliquanto plura excipiebantur: quam cōtinebat. ſed ne ſimus tantæ nouitatis auctores dicamus: quod huius declinationis nomina terminata in. us. mittunt genitiuum in. oris. ea fere ſunt Corpus corporis. decus decoris. lepus leporis. littus littoris. fœnus fœnoris. frigus frigoris. nemus nemoris. pectus pectoris. pignus pignoris. pecus pecoris. ſtercus ſtercoris. tempus tēporis. tergus tergoris. & nomina comparatiua ſub terminatione in. us. ut nobilius nobilioris. breuius. oris. Excipiuntur uero ſeptemdecim nomina quæ tribus uerſibus continentur: quoniā genitiuū mittunt in. eris. Hulcus hulceris. acus aceris. uiſcus uiſceris fœdus fœderis. pondus ponderis. ſydus ſyderis. uellus uelleris. holus holeris. ſcelus ſceleris. funus funeris. genus generis. uulnus uulneris. munus muneris. onus oneris latus lateris. uetus ueteris. opus operis. Illa quoq; duo pignus & fœnus etiā in. eris.

aliquãdo exeunt:Iuuenalis.milia fœnus pigneribus positis.a fœnere quoq; fœneror & fœnero declinata sunt. Et tamen udis. quod huius declinationis quattuor tantum nomina exeunt in.udis. subscus.udis.incus.udis.palus.udis. pecus pecudis. quattuordecim anni sunt ex quo hanc regulam magno honoris nostri periculo cœpimus edere:ut aliorum auctorum perplexitatem fugeremus:qui hac in parte genus cũ declinatione:atq; utrumq; cum syllabarum quãtitate confundunt.In quo quanto breuiores facilioresq; fuerimus q̃ ceteri:addo etiã copiosiores:etiam maleuolis iudicandum relinquo.Sed in tanto temporis interuallo ex frequenti librorum lectione:quos lexici mei gratia excussi:unum tantum repperi nomen:quod regulis á me traditis nõ continebatur:cuius etiam neq; alii quoq; grãmatici mentionem fecerant.Id erat subscus subscudis.Ennius apud festum.neq; ulla subscus prohibet compagem. Cato de re rustica.subscudes ilignas adindito.Quod uero dixit pecus hæc muliebre: dictum est propterea quod hoc pecus pecoris facit in genitiuo. Cætera fœminei generis.sũt aũt tantum quinq;:ut in genere disputauimus.uirtus uirtutis. iuuentus iuuentutis. senectus senectutis.salus salutis.seruitus seruitutis. Monosyllaba dãtur.quod nomina monosyllaba huius declinatiõis terminata in.us.mittunt genitiuũ in.uris. ut mus muris.ius iuris.crus cruris.thus thuris.pus puris.quo frequenter etiã in obliquis Celsus utitur.Grus tamen facit gruis.& sus suis. Lygus uero rationem monosyllaborum sequitur: aut genitiuum ab altera terminatiõe hoc est lygur accepit:fecitq; cũ illo lyguris. Hoc nomen intercus.t.in genitiuo accepit: propterea quod ab inter & cutis cõponitur. Græcum nomẽ in.us.quod nomina græca terminata in.us.mittunt genitiuũ in.untis. ut amathus.untis. sipus.untis.phycus.untis.hiericus.untis.opus.untis.trapezus untis.hydrus.untis.philus.philuntis.Vergilius.x.æñ.Est amathus.est celsa mihi paphos.Ouidius.x.meta. At si forte roges fecundam amathunta metallis. Lucanus i.vii. Et subdita sipus montibus.Sillius.ix.punicorũ. Terras & littora sipus.urbs est apuliæ q̃ postea sipontus dicta est. Plinius in cyrenaicæ descriptiõe.promõtoriũ inquit phycus per creticũ mare excurrit. Lucanus in.ix. Sæuas meritũ phycunta ruinas sparsit.Ptolemæus in palestinæ descriptione hiericus in recto posuit:accusatiuũ uero Plinius libro.v.Hiericuntẽ inquit palmetis consitam fontibus irriguã.Opus opuntis oppidũ aptolemeo ponitur in achaia.Ouidius in primo de põto.Cæde puer facta patroclus opunta reliquit.Plinius libro.vi.A pharnacæ centũ milia passuũ trapezus.& paulo post.a trapezunte inquit centũ quadraginta mille.P.Curtius.regionẽ eam usq; ad trapezunta defendere.Lucanus in.vii.Quas auius hydrus antiquusq; bares.Plinius in.iii.ab hydrunte in primis italiæ portu nobili.Cicero in epistolis.Ad hidruntẽ inquit ludibũdi peruenimus. Philus quoq; aptolemæo in ficionia ponitur:pythagorã uero ad leontẽ philunta uenisse legimus. De pus exit odis.quod noĩa cõposita apus podos græce quod interpretat̃ pes mittũt in.odis. ut tripus tripodis.nõ tripos tripodis:ut indocti grãmatici dicũt.œdipus.odis.Martialis.Qui legis œdipodẽ caligantẽq; thyesten.Plautus in penulo per secũdã declinauit. Isti inquit orationi œdipo opus est: cõiectore.Suetonius quoq; in cæsare eadẽ declinatione usus est.Papinius etiã prima in primo theb.cũ dixit œdiopodæ confusa domus ab eo quod est hic œdipodes.dæ. Melãpus.odis.hic diuinus fuit amithaonis filius:á quo melãpodion herba dicitur reperta. Dat diphthongus in.æs.quod duo reperiuntur noĩa in.eus diphthõgon finita.hoc æs.quod facit in genitiuo.æris. & hic

Dãt subscus.incus.palꝰ.& pecꝰhæc muliebre
Telluris.ueneris q; dabunt tellusq; uenusq;.
Cætera fœminei generis mittunt̃ in.utis.
Quæ polisyllaba sũt.monosyllaba dãt̃ in.uris
Grus & sus dat. uis.intercꝰ.utis.tibi mittit.
Græcũ nomẽ in.us. genitiuũ mittit ĩ.untis.
De pus.exit odis.tibi sit pro teste melãpus.
Dat diphthõgꝰĩ.æs.præs.dis.& æs.dabit eris
dat diphthõgꝰĩ.aus.fraus.dis.laus quoq;.dis.
Si.b.p.phi.præit.s.mediã dabis.i.genitiuo.

præs quod facit prædis. In. aus. quoq; duo. hæc laus. hæc fraus: quod utrumq; facit genitiuum in. dis. fraudis & laudis. Si. b. p. phi. præit. s. quod nomia habētia. b. aut. p. aut. ph. quæ a græcis dicitur phi. ante. s. formāt genitiuum interposita. i. inter b. p. ph. & s. ut arabs arabis. plebs plebis. chalybs. ibis. scobs scobis. urbs urbis. lælaps lælapis. seps sepis. stirps stirpis. inops inopis. gryps gryphis. ciniphs. iphis. qui fluuius est aphricæ ad garamantes. E. mutatur in. i. hæc regula ad genitiui penultimam pertinet: dicitq; quod nomina plurium syllabarū habētia. e. ante. bs. aut. ps. mutant illud. e. in. i. in genitiuo. ut cælebs cælebis. princeps principis. Quod si monosyllaba sunt nō mutant. e. in. i. ut plebs plebis. seps sepis.

E mutatur in. i. quando præponitur illis
Si polisyllaba sūt. Tn̄ aucupis exit ab auceps
Ponit hyems hyemis. puls. tis. mittere debet.
Si præit. n. aut. r. mediam dat ti. genitiuus.
Lēs lēdis mittit. frōs frōdis. glās quoq; glādis
Nefrēs nefrēdis. quod pēdoq; libraq; gignit
Vt cor dat cordis: sic quæ cōponis ab illo.
Vncia quod nomē cōponit: mittit in. uncis.
Dat capitis caput ī cipitis. sua cōpositiua: &
Quæ dāt cremētū tibi duplex. Adde supellex
Atq; iter: aut itiner. dant lectilis hæc, merisq;.

Auceps tamen neq; fecit aucepis: neq; aucipis: sed aucupis. Probus tamē eos dicit errare q dicunt auceps aucupis: cum dicēdum sit aucupes aucupis. Sed ego nescio qd sibi uoluerit uir doctissimus: cum nunq̃ aucupes sed frequēter auceps reperiatur ut apud Ouidium. xi. meta. Laqueis quos callidus abdidit auceps. Ponit hyems hyemis. quod in. ms. unum tantū reperitur. nomen hæc hyems: quod fecit hyemis. & in. ls. unum quoq; hæc puls: quod fecit pultis. Plinius libro. xviii. uidetur tā puls ignota græciæ fuisse: q̃ italiæ polenta. Iuuenalis. Et grandes fumabant pultibus ollæ. Si præit. n. aut. r. quod nomina habetia. n. aut. r. ante. s. mittunt genitiuū interposita ti. inter. ns. aut. rs. ut hic dodrans. antis. sextās. antis. sapiens. entis. mens mentis. tiryns tirynthis. quod th. aspiratum recepit. frons frontis. aruns aruntis. In. dis tamen genitiuum faciunt quinq;. Lens lendis. animal illud siue bestiola quæ in capillis palpebrisq; innascitur. Serenus. unda maris lendes capitis decutit iniquas. Plinius li. xxxv. Item lendes in palpebris tollit. Lens uero cum facit lentis legumen est notū. Frons frondis. Vergilius. ii. geor. Præcipue dum frons tenera. ubi Seruius ait ueram lectionem esse frondis: sed a fronte & a fronde unum ait esse nominatiuū. Varro quoq; in libris de re rustica etiam frons in nominatiuo protulit: cum uero facit frontis: partē capitis: aut faciem alicuius rei significat. Glans glandis. Ouidius. xiiii. meta. Missa solet medio glans intabescere cælo. & Cæsar in cōmentariis. eodē tēpore glans missa est inscripta. & digestus de glande legata. glandis nomine omnis fructus continetur. Vergilius tantum pluit ilice glandis. Nefrens. dis. pro porcello: ut in genere diximus: qui cum ablactatus sit: nōdum tamen fabam aut glandem frendere hoc est frangere potest: & Libripens libripendis quod a libra & pendo. is. a quo est appēdo & suspendo. Plinius libro. xxxiii. Stipis ponderandæ pensatores dicuntur libripendes. Liuius andronicus apud Priscianum impubis libripens esse nō potest. Vt cor dat cordis. quod etiam composita a corde faciunt in genitino quemadmodum simplex cor cordis. ut concors cōcordis. discors discordis. uecors uecordis. secors secordis prauicors prauicordis. misericors. dis. Vncia quod nomen. quod composita ab uncia mittunt genitiuum iuncis. ut quincuns. uncis. septuns. uncis. decuns. cis. deuns. cis. Sunt qui per. x. in fine præcipiāt scribere: quincunx. septunx. decunx. deunx. illa opinor ratione ducti: quod proprium est desinentium in. x. mittere genitiuum in. cis.

Dat capitis caput in. t. finitum. nomen quod declinetur unum tātum reperitur nomen caput quod facit in genitiuo capitis. & duo ab illo composita sinciput & occiput facientia genitiuū in. cipitis. sincipitis & occipitis. Dicit præterea in cipitis. mittere genitiuū composita a capite: habentq; duplex genitiui crementum. ut biceps bicipitis. triceps tricipitis. anceps ancipitis. præceps præcipitis. quæ etiam antiquissimi ancipes ancipitis. & præcipes præcipitis declinabant. Plautus apud Priscianū in cōmo-

rientibus.saliam in puteum præcipes.Idem in rudente.altrinsecus est securicula ancipes.Atq̧ ē diuerso præcipes præcipis:atq̧ ancipes ancipis declinabāt.Liuius andronicus apud Priscianum.Seq̧ in alta maria præcipem inops dedit.& Ennius apud eundem.Intra muros aut extra præcipe casu.Superioribus quoq̧ annumerantur duo nomina duplex cremētum habentia.supellex supellectilis.& iter itineris.sed iter:ut supra diximus iteris fecit:quēadmodũ itiner itineris.ex quibus duobus eruditior ætas unum cōflauit.iter itineris.itaq̧ nō dicimus itiner in recto:neq̧ iteris.iteri. itere in obliquis. Supellex uero ideo fecit supellectilie.quod antiquiores hæc supellectilis decliuabant. sic Cato apud Priscianũ : quasi supellectilis inquit solet.nunc uero hæc supellex dicimus.ut Horatius campana supellex.& Persius.quam sit tibi curta supellex.Vergilius primo geor.Virgea præterea celci uilisq̧ supellex.ubi ait Seruius. Supellex usurpatũ est:nam artis supellectilis est: quia genitiuus aut par esse debet: aut maior una syllaba.si duabus contra artem id est. X.finita dabunt. quod nomina desinentia in.x.faciunt genitiuum ablata.x.&.cis.addita.ut hæc pax pacis.fæx fæcis.merx mercis.pix picis.uox uocis.lux lucis. Deinde dicit quod si nomina pluriũ syllabarũ terminata in.x.habuerint.e.ante.x.illud.e.mutatur in.i.ut hic index indicis.pollex pollicis.iudex iudicis:ilex ilicis uindex uindicis.cortex corticis quod si unius tantũ syllabæ sũt nihilominus.e.retinent.ut fæx fæcis. nex necis. Duo quoq̧ nomia ponit quæ cnm sint plurium syllabarum: nihilominus in genitiuo:& in reliquis obliquis qui ab eo formantur.e. retinēt.ea sunt ueruex.ecis.luuenalis.Sutor & elixi ueruecis libra comedit.& alio loco.ueruecũ in patria crassoq̧ sub aere nasci.Halex halecis.de quo require supra:quod in capite generis nominum terminatorũ in.e.diximus. Duo præterea reperio termīata in.ex.quæ genitiuũ equæ mittit in.ecis.sed ideo non posui quoniam apud auctores rara sunt inuentu.ea sunt. myrmex myrmecis.proprium serui nomen apud Apuleium.ix.libro metamopho. Resex.ēcis.quo utitur Columela in libris de re rustica pro subsidiario palmite.

X.finita dabunt.x.rapta.cis.genitiuo.
E.mutatur in.i.quādo præponitur illi:
Dũ polisyllaba sint.ueruex.halexq̧ dat.ecis.
In.gis.multa dabis.lex.rex.grex.addito remex
Inq̧ petix:& frux.A cōiunx cōiugis exit.
Illex.ac aquilex.mastyx.meninxq̧.lelexq̧.
Spinx phrix.atq̧ phalāx.styx.sprinx strix & iazix.
Allōbrox & oryx cũ pōpholige exit (pix

In gis.multa dabis..quod etsi nomina in.x.finita mittũt plerumq̧ genitiuum in. cis. multa sunt tamen quæ in.gis.exeunt.ea sunt fere..Lex legis.Rex regis. Grex gregis. Remex remigis: quod secutum est rationem habentiũ. e.ante.x.plurium syllabarũ. Impetix impetigis.pro eo quod ē impetigo impetiginis.auctore festo:quam nos impetiginem dicimus græci lichenen:diciturq̧ ab impetendo.sed quia syllaba breuis posita est inter duas longas:usi sumus epenthesi hoc est syllabæ interpositione.uel potius themesi. Frux frugis.Ennius.dictum factumq̧ facit frux.Idem.si iam data sit frux. Ausonius quoq̧ burdegalensis inter monosyllaba posuit frux frugis.d. Ante equidē campis q̄ spicea suppeteret frux. Coniunx coniugis;quod a coniungo cōiungis uenit:sed in genitiuo.n.amisit differentiæ causa. Illex illegis.per.l.duplex. quia per unum.l.arbor est:cum uero facit genitiuum illicis. est res blandiciis illecebris ad se trahens.at uero cum legibus inobedientem significat:e.atq̧.g.simplicis unde componitur retinet.Plautus in persa.impure.inhoneste.iniurie.illex. Eadem quoq̧ ratione exler exlepis.facit.Cicero pro cluentio.non quod illi exlegem syllam arbitrentur.

Aquilex aquilegis. Varro. Hoc pacto inquit utilior thuscus aquilex. Plinius libro xxvi.Tussilago ubi nascitur:subesse aquas credunt.hoc habent signum aquileges.sũt autem putearii hoc est qui putei effodiendi certis in locis rationem habent. Mastyx mastigis.quod flagellum interpretatur. unde homeromastyx.igis.ciceromastyx. igis. uirgiliomastyx.gis. quemadmodum in capite generis dictum est. Meninx.gis. pro cerebri pannicula:quam dictionem medici corruptam habent. Lelex lelegis.Ouidius.viii.meta.nariciusq̧ ledex.Vergilius.viii.æn̄.hinc lelegas carrasq̧. Sphinx.gis.

animal fuit & monſtrum ſolitum uiatoribus ænigmata proponere ab ædipode interfectum. Phryx phrigis. Ouidius in epiſtola paridis phryx erat & noſtro genitus de ſanguine. Vergilius in primo æñ. Hac phryges inſtaret curru criſtatus achilles. Phalanx pgalangis. Idem ſecũdo æñ. Et iam argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. & ibidem. agamemnoniæq; phalanges. Styx ſtygis. pro palude inferorum & filia thetidis & oceani. Syrinx ſyringis. nymhafuit in calamum paluſtrem uerſa de qua Ouidius primo meta. nais una fuit: nymphe ſyringa uocabát. Strix ſtrihis. auis nocturna. Serenus. Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellos. Tibullus. et e tectis ſtrix uiolenta canat. Ouidius ſeptimo meta. Strigis & ĩfames ipſis cum cornibus alas. Iapix iapygis. uẽtus qui ſpirat ex apulia. de quo Horatius primo car. Ventorumq; regat pater obſtrictis aliis præter iapyga. Idem rectum protulit in tertio carminũ. Ne quid albus peccet iapyx. Allóbrox allobrogis. Horatius in epodo. Nouiſq; rebus infidelis allóbrox. Iuuenalis. Ruffus qui totiens ciceronẽ allobroga dixit. Oryx orygis. Martialis in diſtichis. Sæuus . oryx conſtat quod mihi morte canum. Plinius orygem inquit appellat ægyptus. Pompholix pompholigis. Plinius libro. xxxiiii. Etiam nunc in ærariis reperiuntur: quæ uocant pompholigem & ſpodon differentia quod pompholix lotura paratur. ſpodios illota eſt. hiſpane dicimus atutia. Iazix iazygis.. iazyges populi ſunt ſeptemtrionales. Ouidius quarto de ponto. Ipſe uides onerata ferox ut ducat iazyx. Idẽ in primo eiuſdem. Aut quid ſauromate faciũt: quid iazyges acres.

Et reges gallí: quorum fit rectus in. oríx.
Nix niuis. atq; ſenix ſenis ĩfert. nox quoq; no-
Et duo dãt actis hipponax. aſtyanaxq;. (ctis.
Suſcipit. h. maſtyx. & onyx. bryaxq; dat axis.
Fitq; datiuus in. i. ſi collas. s. genitiui.

Et reges galli. quod etiam nomina quorundam regulorum galliæ in oryx. finita mittũt genitiuum in origis. ut orgentorix. igis. dumnorix. igis. ambiorix. igis. uercingentorix. igis. eporedorix. igis. Cæſar in cõmentario belli gallici primo. nobiliſſimus & ditiſſimus fuit orgentorix. & paulo poſt. orgentorigem ex uinculis cauſam dicere coegerunt. Idem in eodem. Dumnorix gratia & largitione apud ſequanos plurimum poterat. & ibidem legatos ad dumnorigẽ heduum mittunt. & reliqua ad hunc modum in eodem opere frequenter declinata reperies. Aux quoq; apud iuniores grammaticos reperitur mittens genitiuum in. gis. ſed corrupta eſt dictio aux augis. pro abſis abſidis: qua Plinius utitur frequenter in ſecundo naturalis hiſtoriæ libro. Nix niuis. & ſenex ſenis. præter aliorum proportionem miſerũt genitiuum. Nox præterea quod in genitiuo. t. ſuper c. accepit: dicimuſq; noctis: atq; ab eo compoſitum pernox pernoctis. Sed de nix apud antiquiores ninguis fecit: quos imitatus Apuleius in hermagora dixit. Omnia ningue candebant. Et ab eo quod eſt ſenex ſenecis in genitiuo protulerunt. ut in ciſtellaria. Plautus. Doctores belliſſimi negotioli ſenecis ſoletis eſſe. noctis quoq; genitiuus a græcis pendet: qui nyx nyctos declinant. Et duo dát actis. Quod duo hæc nomina hypponax & aſtyanax mittunt genitiuum in actis: aſſumpta. t. ſuper. c. dicimuſq; hipponax hippponactis. aſtyanax aſtyanactis. Ruffinus. Vtitur hipponax hoc metro ſæpius auctor. Plinius libro. xxxvi. Quod hipponax indignatus. & ibidem hipponactis ætate poetæ. atq; iterum hipponacti notabilis fœditas. uultus erat. Ouidius quattuordecim metamopho. Mittitur aſtyanax. illis de turribus. Idem ad Liuium. & pater & coniunx aſtynaxq; puer. Vergilius tertio eneidos. O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago. & in ſecũdo eiuſdẽ. Puerum aſtyanacta trahebat. Abibrax quoq; aqud Cæſarem in cõmentariis bibractis fecit in genitiuo: oppidũ eſt galliæ. Duo quoq; nomina dicit aſſumere in genituo ch. aſpiratam: maſtyx maſtichis. quod etiam maſtiche maſtiches. declinatur. & onyx onychis. & ab eo cõpoſitũ ſardonyx ſordonychis

Bryax bryaxis. Plinius libro. xxxvi. A ſeptentrione cælauit bryax. a meridie timotheus. & ibidem. ſcopas habuit æmulos bryaxin & timotheum.

Fitq́ datiuus in.i.quod datiuus singularis tertiæ declinatiōis.in.i.termīat: fitq́ a
genitiuo eiusdem numeri ablata.s.ut patris patri.corpus corpori.fœlicis fœlici.
Accusatiuus fit in.em.quod accusatiuus eiusdem declinationis atq́ numeri termi
natur in.em.fitq́ a genitiuo.is.mutata in.em. ut patris patrem.fœlicis fœlicem. ho-
minis hominem. Quædam tamē quæ hic explicantur mittunt accusatiuum in.im.
ea sunt. Sitis sitim. Vergilius in bucolicis. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere ri-
uo. Tussis tussim. Plinius libro
xxvi. Tussim sedat bechion:que
& tussilago dicitur. Vis uim.
Vergilius.vi.æn̄. Nec uim tela
ferunt. Buris burim. Idē pri-
mo geor. Domatur in burim &
curui formā accipit ulmus ara-
tri. Peluis peluim:quod om-
nes dicunt mittere accusatiuū
in.im.sed exemplum mihi non
succurrit. At uero i.em.simul
& in.im.faciunt hæc. Restis re-
stem uł restim. Terentius in eu
nucho. Ad restim mihi quidem
res rediit.ab eo quod est restem
reste fecit in ablatiuo Iuuenalis

Accusatiuus fit in.em. Sed in.im.tibi mittūt
Et sitis.& tussis.uis.buris.peluis. At ista
Dātur in.em.uł in.im.restis.turrisq́ securis
Et puppis.febris. Sed in.im. tātūmō græca
In quib⁹ est recto nō dissimilis genitiuus
q̄ mittis & in.in.plerūq́ ut naso charybdin.
Nomē i.e.uł in.al.uł in.ar.mō sit tibi neutrū
Exit in.i.sexto.sed in.e.per pauca dabuntur
Far.p̄neste:iubar soracteq́. gausape. nectar.

dicens:puteus nec longa reste mouendus. Turres turrem uel turrim. Vergilius.ii.
æn̄. Turrim in præcipiti stantem. Securis securem uel securim. Idem in eodem. &
incertam excussit ceruice securim. Puppis puppim. Idem primo æn̄. Ingens auertice
pontus in puppim ferit. Febris febrem uel febrim. Martialis.nō habui febrim sym
mache.nunc habeo. De terminatiōe in.em.ubiq́ reperies exempla. Vergilius.xi.æra
tam quatiens tarpeia securē. Iuuenalis. Descendunt statuæ.restemq́ sequuntur. Aqua
lis quoq́ apud Plautum. Date inquit isti sedem ut sedeat & aqualim cum aqua.
Sed in.im.tantummodo græca.quod nomina græca terminata in.is.habentia geni
tiuum nominatiuo similē:mittunt accusatiuos in.im.ut eclipsis eclipsis eclipsim. leu-
caspis leucaspis leucaspim.mephitis mephitis mephitim.opis opis opim. magudaris
uel magydaris.magudarim uel magydarim. Vergilius.vi.æn̄. Leucaspim & liciæ du-
ctorem classis orontem. Idem in.vii. Sæuamq́ exhallat opaca mephitim. Idem in.xi.ue
locē interea superis in sedibus opim. Plinius libro.xix. Alterū genus silphii est quod
magudaris uocatur. Columela libro.vii. Radix inquit quam græci uocāt magudarim
nostra cōsuedo lasserpiciū appellat.quod si græcū est:quid opus fuit a grāmaticis īter
nomina latina explicari:cum ad regulā græcorū potuerit reduci. Quod ureo Vergilī
us in bucolicis dixit aut ararim parthus bibet.aut germania tigrim.ararim nō est ab
eo quod est arar:sed ab eo quod araris.nam in utramq́ terminationē desinēs reperit.
Sed in.im.accusatiuus latinæ declinatiōis est.in.in.uero per.n.græca declinatio est:
ut suo loco diximus.ut charybdis charibdis charibdin.acis acidis.uel acis acim. Oui-
dius de ponto charibdin achæi. Idem.xiiii.meta. Acin amas præfersq́ meis amplexi-
bus acin. Nomen in.e. Ablatiuus tertiæ declinatiōis:quoniā in.e.uel in.i.desi
nit:primo ponit regulas nominū desinentiū in.i.tantū.aut in.e.uel in.i. deinde ter-
minatorum in.e.tantum. Dicit igitur in primis.quod huius declinatiōis nomina de
sinentia in.e.uel in.al.uel in.ar.si generis sunt neutri:mittunt ablatiuum in.i.tantū
ut hoc mare.a mari.hoc ræte ā ræti. quæ ipsa etiam antiquiores in.i.terminabāt. ut
Plautus in rudente.dicant in mare communi captos. Ouidius quinto fastorum. Cur
tibi pro libycis clauduntur ræte leænis. Suetonius quoq́ in nerone.ræte aurato dixit
Quamquā uideri possit ab eo quod ē nomīatiuo hæc rætis.quod Plautus in truculēto
genere posuit masculino dicens.nō uides proferre me uuidū rætem.& ibidē iterū.ut
dimisi rætem atq́ hamum. In.e.tamen ablatiuū mittunt quæ sequuntur. Hoc far
ā farre. Iuuenalis. Cum farre & uino ianum uestamq́ rogabat. Præneste a præneste.
Vergilius.vii.æn̄. Quiq́ altum præneste uiri.atq́ idem in.viii. Cū primā aciem præ
neste sub ipsa.figurate enī ad urbē rettulit sub ipsa. Iubar a iubare. Vergilius.iiii.

Mittis in.i.mẽſes.& in.as.gẽtilia iunges.
Et quæ fecerũt uel in.im.uel in.in.tibi q̃rto.
Nã q̃ dãtur in.im.uel in.em.dãt.i.uľ.e.ſexto.
Ciuis.auis.nauis.clauis.iungatur.& anguis.
Vnguis.& ãnis.uectis.poſtis.neptis.& ignis
Strigilis & claſſis pugil & uigil atq; ſupellex.
Addiť his imber.uerbaleq; quod facit in.trix
Adiectiua triũ generũ uel in.i.uel.e.pones:
Dũ modo neutra per.e.nõ declinet tibi rectus
Quæ ſic declinãs.per.i.tantũ mittere debes.
Degener.& pauper.huber.cũq; hoſpite ſoſpes
Dãt ablatiuos per.e.tantũ. Plus quoq; pluri.

æñ.It portis iubare exorto delecta iuuentus. Soracte á ſoracte. quamquam Plinius libro.vii.maſculino genere dixit:quod ſit ad montem ſoracten appollini:nam Horatius hoc ſoractes.is.dixit in primo car.Vt alta ſtet niue camdidum ſoracte. Gauſape a gauſape.Perſius.Balanatũ gauſape pectis.Horatius ſecũdo ſermo. Gauſape purpureo menſam perterſit. Nectar a nectare.Vergilius primo æñ.Dulci diſcedũt nectare celas. Mittis in.i.menſes.quod nomina menſium quæ per tertiam declinationem inflectuntur:mittunt ablatiuũ in.i.ut quintilis á quintili.ſextilis á ſextili.ſeptember á ſeptembri. december á decẽbri.Iuuenalis.Medio ſeruare minutal ſeptembri. Idem alio loco. totum uinum neſcire decembri. Et in.as.quod noía gentilia terminata in.as. mittunt etiam ablatiuũ in.i.ut Arpinas ab arpinati. caſſinas á caſſinati. Nam & Priſcianus libro.vi.inquit:perfecta eorũ reperiũtur apud antiquos in.tis. deſinentia: unde neutra quoq; eorum in.e.deſinunt. & ablatiuum in.i.more eorum quæ in is.deſinunt & in.e. quæ etiam apud Priſcos in.e terminare ablatiuũ reperimus.ut apud Ouidium in epiſtola paridis.hoc mihi nam recolo fore ut á cœleſte ſagitta. Et quæ fecerunt uel in.im.quod nomía mittentia accuſatiuũ in.im.per.m.uel in.in.per.n.mittũt ablatiuũ in.i.quæ uero fecerunt in.em. uel in.im.mittunt in.e.uel in.i. ut charybdis. charyibdin:á charibdi.puppis puppem uel puppim.á puppe uel á puppi. In.e.præterea & in.i.mittunt ablatiuũ nomía hic poſita. Ciuis a ciue uel ciui. Iuuenalis.quid illo ciue tuliſſet! Cicero in philippicis.In principe ciui nõ eſt ſatis. Auis ab aue uel aui.Horatius primo car.Fata mala ducis aui domum. Nauis a naue uel naui. Terẽtius in andria.Naui fracta apud andrũ. Clauis a claue uel a claui. Vergilius in moreto.Et reſerat clauſa quæ præuidet oſtia claui. Anguis ab angue uel angui. Horatius primo epiſto.Alter mileti textã cane peius & angui. Vnguis ab ungue uel ungui.Idem in eodem.Luctantis acuto ne ſecer ungui. Amnis ab amne uel amni.Vergilius primo geor.Prono rapit alueus amni. Vectis a uecte uel uecti.Terentius in eunucho.In mediũ huc agmen cum uecti. Poſtis a poſte uel poſti.|Ouidius.v.meta. Raptaq; de dextro robuſta repagula poſti. Neptis a nepte uel nepti ſuperioribus annumeratur:ſed exẽplũ nõ ſuccurrit. Ignis ab igne uel igni.Vergilius.iiii.æñ.Vulnus alit uenis:& cæco carpitur igni. Strigilis a ſtrigile uel ſtrigili.Horatius.ii.ſer. Qui puer uuam furtiua mutat ſtrigili. Claſſis a claſſe uel claſſi.Vergil.viii.æñ.Aduectum æneam claſſi:uictoſq; penates. Pugil & uigil.a pugile uľ pugili.a uigile uľ uigil.Iuuenalis.Præterea lateris uigili cum febre dolorem. Suppellex a ſuppellectile:uel ſuppellectili. unde eſt in libris digeſtorũ titulus de ſuppellectili legata. Imber imbre uel imbri.Verg.in buco.Iupiter & læto deſcendet plurimus imbri.

Verbale quod facit í trix.quod noía uerbalia ſiue participialia fœminina termíata in trix.mittunt etiam ablatiuũ in.e.uel.in.i.ut uictrix a uictrice uľ uictrici.Lucanus in primo.In ſua uictrici cõuerſum uiſcera dextra.unde etiam in plurali cũ figurate neutris cõiugamus uictricia & ultricia dicimus.Idem in eodem.Tollite iam pridem uictricia tollite ſigna.Vergilius.iii.æñ.Res agamemnomas uictriciaq; arma ſecutus.

Adiectiua triũ:quod noía adiectiua huius declinatiõis nõ habẽtia genus neutrũ in e.terminatũ:mittũt ablatiuũ í.e.uľ in.i.ut hic & hæc hoc prudẽs a prudẽte uľ prudẽti.fœlix a fœlice uľ fœlici.uelox á ueloce uľ uoloci.Quod ſi genus neutrũ hñt í.e.mittunt ablatiuũ i.i.tm̃ ut hic & hæc breuis & hoc breue.a breui.hic acer hæc acris.hoc

acre:ab acri. Deinde dicit quod nomina quinq; uno uersu explicata & si neutris
iungi possunt:quemadmodũ in genere diximus:ablatiuũ tamen per.e.tantũ mittunt
ut degener á degenere.pauper.a paupere.huber ab hubere.hospes ab hospite.sospes
á sospite. Illud etiam animaduertendũ nomina propria ab adiectiuis in.is.& in.e.
desinentibus deducta mittere etiã ablatiuum in.e.tantũ.ut hic iuuenali. ab eo quod
est hic & hæc iuuenalis & hoc iuuenale. Eodem modo martialis. laterensis. annalis.
Martialis cum iuuenale meo quid me cõmittere tentas. Cicero pro plaucio .confite-
or in laterense summa ornamenta esse. Idem pro fundanio apud Prisciannum. Non
hoc modo a iulio annale factum probari potest. Reperiũtur quoq; adiectiua in. is.
& in.e.desinentia mittere ablatiuũ in.e.Ouidius.xv.metamopho. Finem specie cele
ste resupta luctibus imposuit.Idem in epistola paridis.fore ut a cæleste sagitta. Idem
quoq; in fastis.amne peremne latens anna peremna uocor. Ast ablatiuos. quod
reliqua omnia huius declinationis nomina mittunt ablatiuum in.e.aquacunq; ueni-
ant terminatiõe.ut emblema.ab emblemate.sermo a sermone.lac a lacte.asdrubal ab
asdrubale. titan a titane. cæsar
a cæsare. pietas/a pietate. caput
a capite.pax a pace. Rectus
pluralis fit in.es. quod nomina
tertiæ declinationis masculina
uel fœminina.uel cõmunia du-
orum generum:mittunt nomi-
natiuum & accusatiuũ atq; etiã
consequenter uocatiuum plura
les in.es.is.genitiui singularis
mutata i.es.ut hic pater patris
hi patres. patres.ó patres. hæc
mater. matres. ó matres. hic &
hæc breuis. breues ó breues.

Ast ablatiuos per.e.solum mittere debent.
RЕctus pluralis fit i.es.cui iũgito q̃rtũ.
Quod si mittis iũ pluralib9 i genitiuis
Accusatiui quandoq; per.is.tibi fient.
Cũ dedit.i.sext9 per.ia.tibi neutra dabuntur.
Compatatiua tamẽ per.a.solũ mittere debes.
Plus.& aplustre.uetusq; addũtur cõparatiuis

Illa uero quæ fecerunt genitiuum in.yos.uel in.yis.dipthongon á nominibus desinẽ
tibus in.ys.mittunt pluralem in.yes.ut hic libys libyos uel libyis.plurali libyes. hæc
erinnys.erinnyios ul'erinniys.erinnyes. Propertius libro secũdo. Tũ me uel tragicæ
uexent erinnyes.Salustius in iugurtha.Aphricam in initio habuere getuli & libyes.
Reperiuntur etiam pauca nomina græca mittẽtia prædictos casus in.is.ut hæ trallis.
syrtis.alpis.sardis.Eusebius interprete Hierymo.Trallis inquit terremotu concide-
runt.Horatius primo epistolarũ.Quid croesi regia sardis. Quod si mittis.ium.
Quod nomina huius declinationis mittentia genitiuum pluralem in.ium. quorum
genitiuus singularis non crescit super nominatiuum: plærunq; mittunt accusatiuũ
pluralem in.is.ut hic & hæc omnis.genitiuo plurali omnium.accusatiuo omnis. ho-
rum rationem sequuntur pluraliter declinata:quæ si haberent numerum singularem
ex illorum proportione declinarentur. ut plurali nominatiuo tres.accusatiuo tris.
Vergilius primo eneidos.Tris notus arreptas in sæxa latentia torquet. & paulo post
Tris eurus ab alto in breuia & syrtes urget.Eo modo dicit tris:quo Salustius in cati-
lina.Omnis homines qui sese student cæteris præstare animantibus. Cum de-
dit.i.sextus.hæc regula limitatio est illius:quartus cum quinto semper recto similan
tur in neutris.ubi dixit neutra in plurali tribus in casibus terminari in.a.nunc uero
dicit:quod nomina ilia quæ fecerunt ablatiuum in.i.accepta.a. habent in plurali.i.
ante.a.ut á puluinari puluinaria.á breui breuia.Quæ uero fecerunt ablatiuum in.e.
tantum:mutant illud.e.in.a.ut á tempore tempora.ab emblẽmate emblẽmata. De
inde dicit quod nomina cõpapatiua quanquã feceruut ablatiuum in.i.non tamen in
plurali mittunt neutra per.ia. sed tantum per.a.ut a breuiore uel breuiori non bre-
uioria:sed breuiora dicimns. Præterea hoc nomen plus:quod etsi quantum ad uo-
cem comparatiuum non uideatur:quantum ad significationem constructionemq; atti
net comparatiuum est: cum fecerit in ablatiuo pluri: in pluralibus neutris non tan-
tum pluria & compluria quod apud antiquissimos frequenter legimus.sed etiam plu
ra & complura dicimus. Aplustre quoq; quod in ablatiuo fecit aplustri. non tantum
aplustria:sed & aplustra fecit in numero multitudinis. Sillius libro.x. punicorum.

Laceroq; aplustria uelo. Cicero in arato. Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Vetus quod fecit uetere uel ueteri non ueteria sed uetera facit.

Dat genitiuus.ium.si fecit in.i.tibi sextus.
Tolle uigil.pugil.& supplex opifexq; uetusq;.
Artifici memor.& consors addatur.inopsq;.
Præterq̃ pluri iunguntur comparatiua.
Et quæ de capio componis iungere debes.
Ablatiuus in.e.si desinit:um tibi mittit.
Sed p.iũ.dabit as.mas.uas uadis.z caro carnis
Os.nix.nox.sãnis.lis.dis.glis.adde quiritẽ.
Et quæ dãtur in.es.nec crescũt in genitiuo.
Excipias tñ hæc iuuenis.panisq;.canisq;. Et

Dat genitiuus.ium. Quod nomina quæ fecerunt ablatiuum singularem in.i.mittunt genitiunm pluralem in .ium.ut ab animali animalium. á prudente uel prudenti prudentium.quæ tamen plærumq; abscissionem recipiunt:ut supra diximus.& dicimus hoc modo uerba sapientum.responsa prudentium:pro sapientiũ & prudentium. In.um.uero mittunt ea quæ sunt hic posita.a uigili uigilum. Vergilius. ix. eneidos. Interea uigilum excubiis obsidere portas. Ex proportione quoq; a pugili pugillum dicemus. Supplex a supplici supplicum: ne coincideret cũ hoc nomine supplicium suppli cii. Opifex ab opifici opificium ne coincideret cum hoc nomine opificium opificii. Cicero pro ligario. nos iacẽtes ante pedes supplicum uoce prohibetis. Vergilius primo eneidos. Artificumq; manus inter se operumq; laborem. Nemor quoq; a memori nõ memorium sed memorum facit.& consors a cõsorti non consortium sed cõsortum.& inops ab inopi non inopium sed inopum. Et nomía comparatiua:ut ã breuiori breuiorum.á meliori meliorum. Præter quã plus quod cũ sit cõparatiuũ qua rõne supius diximus:feceritq; in ablatiuo pluri: in genitiuo plurali nõ plurum sed plurium fecit.& ab eo compositum complurium.ut Cicero ad herennium.complurium negociorum. A capio etiam composita:quamuis ablatiuũ in.e.& in.i.fecerint:in genitiuo plurali non in.ium.sed in.um.faciunt:ut particeps a participe uel participi.participum:ne incoincidat cum hoc nomine participiũ participii. Municeps a municipe uel municipi municipum .ne coincideret cum hoc nomine municipium municipii. Manceps mancipe uel mancipi. mancipum:ne coincideret cum hoc nomine mancipium mancipii. Ablatiuus in. e. si desinit. quod nomina quæ fecerunt ablatiuum singularem in.e. mittunt genitiuum pluralem in um.e.ablatiui mutata in.um.ut a toreumate Toreumatum.á Cicerone ciceronem.á Consulo consulum.a nomine nominum.a Cæsare cæsarum.a Sacerdote sacerdotum a capite capitum.a fornace fornacum. In.ium uero faciunt ut uult Priscianus. Nomina latina in.as.finita:ut ciuitas ciuitatium.probitas probitatium.bonitas bonitatium.sed per syncopam facere bonitatum.ciuitatum.probitatum. quod ego non auderem dicere:cum illa superiora nunquam legerim:hæc uero inferiora plerumq; reperiantur. In.ium uero mittunt genitiuum pluralem.quamuis miserunt ablatiuũ in.e:quæ sequuntur.as assis.ab asse assium.mas maris.a mare marium.uas uadis. a uade uadium.nam uas uasis in plurali per secundam declinationem effertur uasa uasorum. Caro carnis.a carne carnium. Cor cordis.a corde cordium. Os ossis.ab osse ossium. Nix niuis.a niue niuium. Nox noctis.a nocte noctium. Samnis samnitis.a samnite samnitium. Lis litis.a lite litium. Dis ditis.a dite ditium. Glis gliris.a glire glirium.& ex analógia Quiris quiritis. a quirite quiritium. Et quæ dantur in.s. Quod nomina in.s.desinentia:non crescentia in genitiuo singulari:que sunt fere in es.& in.is.finita:genitiuum pluralem mittũt in.ium.licet ablatiuum singularem in e.fecerint.ut hic Verres a uerre uerrium.hic uates a uate uatium.hæc Cædes a cæde cædium.hæc Sedes a sede sedium.hic collis a colle colliũ.hic Mensis a mense mensiũ. q̃ ut supra memorauimus aliquãdo syncopã recipiũt.ut Cicero pro sextio uestrarũ sedum tẽplorũq; causa. Verg.iiii.æñ. Heu uatũ ignaræ mẽtes quid uota furentẽ. Ouidius.v.fasto.cũ tua sint cedãtq; tibi cõfinia mẽsũ. Ab hac rursus regl'a exceptoria excipi-

untur hæc pauca mittentia genitiuum pluralem in.um.panis á pane panum:ſi modo panis numerum habet multitudinis.iuuenis a iuuene iuuenum.canis á cane canum.

Et qnæ monoſyllaba ſunt.Ab illa quoq; regula ablatiuus in.e.excipiuntur nomĩa monoſyllaba terminata in.bs.aut.ps.aut.ls.aut.ns.aut.rs.aut.lx.nx.rx.deſinentia:q̃ & ſi fecerũt ablatiuũ in.e.nihilo minus:tamen mittunt genitiuum pluralem in.ium. ut hæc trabs a trabe trabium.plebs a plebe plebium.ſcobs a ſcobe ſcobium. urbs ab urbe urbium.daps a dape dapium.ſeps a ſepe ſepium.ſtirps a ſtirpe ſtirpiũ.puls a pulte pultium.glans a glande glandium.gens a gente gentiũ.mõs a monte montium. ars ab arte artium.fors a forte fortiũ. falx a falce falcium.lanx a lance lancium.lynx a lynce lyntium. arx ab arce arciũ.merx á merce mertium.

Nomen in.es.tantũ quod nomina huius declinationis pluraliter tantum declinata mittunt genitiuum in. ium. ut hi manes manium. penates penatium.caſſes caſſium.hæ uires uirium.fores forium.tres triũ. Dicit tamen & hæc & alia complura poſſe mittere genitiuum in.um:ſi genitiuus ille in.ium. foret abſonus.quare dicit conſulendas eſſe aures penitus.i.profunde:ſed nõ quorumcunq; ſed tantum eruditorum:quemadmodũ & muſici facere conſueuerunt: qui non omnia permittunt rationibus et arti:ſed aliquid etiam ſenſui auditus putant eſſe tribuendum.Ego namq; potius dicerẽ penatum & procerum:& ciuitatum: q̃ penatium procerum ciuitatium.

Atq; boum dat bos.qnod hoc nomen bos cum in ablatiuo a boue fecerit:debuit facere genitiuum pluralem bouum & fecit boum.u. conſonãte extrita.Præterea cum ex aliorum proportione in datiuo & ablatiuo debuerit facere bouibus:ex puncta ui ſyllaba fecit bobus aut bubus: quemadmodum apud Catonem Varronem.Golumelam.& Plinium ſæpe legimus.Vergilius.iii.æñ. Leta boum paſſim campis armenta uidemus.& Horatius in epõdo.Paterna rura bobus exercet ſuis.

Datq; datiuus ibus.quod datiuus pluralis huius tertiæ declinationis in ibus terminatur:fitq; a genitiuo ſingulari.bu:interiecta inter.i.&.s.finales.ut hominis hominibus.patris patribus. Sed nomina in.a.deſinentia: quæ omnia græca eſſe diximus:hunc caſum non.ibus:ſed in.atis.plærumq; mittunt.ut hoc peripetaſma peripetaſmata peripetaſmatis.emblemma emblemmata emblemmatis.poema poemata poematis.Cicero in uerrẽ.Nunc de peripetaſmatis quemadmodum expedias non habes. Idem in eodem.Scaphia inquit cum emblemmatis.& in quarto ad herenium.de orationibus aut poematis. Sed quamquam hæc declinatio uideatur eſſe ab eo quod eſt in nominatiuo hoc peripetaſmatum peripetaſmati.emblemmatum emblemmati.poematum poemati.illud eſt certiſſimũ auctores idoneos potius uſos in his nominibus tertia declinatione:atq; datiuum & ablatiuum in.atis.potius q̃ in.ibus.terminaſſe.

Quæ monoſyllaba ſũt qbꝰ.s.b.p̃uenit aut.p.
Et qbus.l.aut.n.aut.r.ſubit.s.ſubit aut.x.
Nomen in.es.tantum pluraliter & uariatum
Mittit.iũ.ſed &.um.penitꝰ ſi cõſulis aures.
Atq; boum dat bos.ſed bobus pone datiuo.
Datq; datiuꝰ.ibꝰ.dat.atis.ſed cũ dat.a.rectus

De quarta nominis declinatione.

QVarta dat.us recto.dat &.u.ſed dic uariari
Plurali tantum.Genitiuus in.us.tibi fiet.

Quarta dat.us.recto. Quod quarta nominis declinatio duas habet nominatiui poſitiones in.us.& in.u.ſed in.us maſculinorum & fœmininorum in.u. neutrorum tantum:quæ cum in ſingulari aptota ſint:in plurali per hanc declinationem inflectũtur.ut hic ſenſus ſẽſus.hæc manus manus.hoc cornu cornu.plurali cornua cornuũ.

Genitiuus in.us.tibi fiet.quod genitiuus huius declinatiõis in.us terminat̃:eſtq; nomĩatiuo ſimilis in terminatione litterarũ:nõ tamen in tẽporibus.ut ſuo loco dicemus.in.u.uero finita ut diximus nõ declinãtur. Nã quod Luca.in.vii.dixit. Cornus tibi cura ſiniſtri lẽtule.& Celſus li.vi.ceruũ cornus cõbuſti:& paulo poſt.quia cornũ habet:& Plinius multis ĩ locis:nõ ẽ ab eo quod cornu in ntõ:ſed potius ab eo quod ẽ hic cornus cornus. Reperit̃ quoq; genitiuus huius declinatiõis in.uis.ſyllabas terminatus.ut apud Terentiũ in heauton.Eius anuis opinor cauſa quæ erat mortua.Ca

to anuis enim ut sanguis deterior: sic & lac. Varro secũdo de re rustica. Eius saluam esse fructuis ueneno: pro anus & fructus: & genitiuus ille est á quo exit datiuus ĩ.ui. ut statim dicemus. Sæpe datiuus ui. quod datiuus huius declinationis in.ui. syllabas terminatur. ut hic sensus sensus sensui. hæc manus manus manui. Exit tamẽ aliquando in.u. ut Vergilius.iiii.geor. Namq; aliæ uictu inuigilant & fœdere pacto.

Sæpe datiuus.ui.sed &.u.nõ sæpe reponit.
Accusatiuo dabis.um.Dabis.u.quoq; sexto.
Rectus pluralis fit in.us.cui iũgito quartũ.
Dat genitiuus uum.Sed ibꝰ tu pone datiuo
Dãt ubus.hæc tãtũ.ficꝰ.tribꝰ.arcus. acusq;
Et partꝰ.portus.lacus.& quercꝰ.specꝰ.artꝰ
Cũq; ueru quæstus: quod q̃ro dat tibi nomẽ

& paulo post: quod nec concubitu indulgent: pro uictui & concubitui dixit Seruius Vergiliũ posuisse. Idẽ primo æñ. Flectit equos curruq; uolãs dat lora secundo. ubi Seruius his uerbis scribit. Ars antiq̃ uolebat: quod nominatiuus pluralis regat genitiuũ singularem. ut hæ musæ huius musæ. & datiuus singularis regatur á genitiuo singulari ergo hi currus: huius currus facit & huic curru: nã huius curruis huic currui hoc modo irregularia sunt. Sed usus obtinuit ut in genitiuo currus frequenter: curruis raro: & in datiuo curru raro: currui frequenter dicamus. Gellius tamen libro.iiii.noct.affirmat.M. Varronem &.P. nigidium uiros illo sæculo omnium doctissimos non aliter fuisse locutos atq; etiam scripsisse: ꝗ senatuis.domuis fluctuis in genitiuo ab eo quod est senatus.domus. fluctus. Accusatiuo dabis.um. quod accusatiuus huius declinationis in.um.desinit: nomiñatiui.s.mutata in.m. ut hic sensus sensum. hæc manus manum. Dabis u.quoq; sexto. quod ablatiuus huius declinationis finitur in.u. fitq; a noĩatiuo ablata.s. ut hic sensus á sensu. hæc manus á manu. Rectus pluralis. quod noĩatiuus & accusatiuus plurales quartæ declinatiõis terminãtur in.us. & sunt sĩles gtõ singulari. ut hic sensus. hi sensus sensus. hæc manus. hæ manus manus. Dat gtũs.uum. quod gtũs pluralis in.uum terminat. fitq; ab ablatiuo singulari. addita.um. ut á sensu sensuũ. á manu manuũ. Sed ibus.tu pone datiuo. quod datiuus pluralis ĩ ibus terminatur: fitq; ab ablatiuo singulari.u. mutata in.ibus. ut á sensu sensibus. á manu manibus. Pauca tamẽ noĩa quæ hic explicãtur: exeunt in.bus. ablatiui.u. retenta. ea sunt ficus ficubus. sed in hac terminatiõe adhuc nõ legi: sed neq; ficibus: sed tantum ficis per secundã. sed idcirco posui: quod uideo artis grãmaticæ scriptores ficubus posuisse. Tribus tribulus. Suetonius in augusto. legauit populo.ro. quadringẽties tribubus: quinquies tricies sestertiũ. Seneca in eplĩs. ꝗ putas esse iucundũ tribubus uocatis. Arcubus ab eo quod est arcus: ideo sic exire grãmatici dicũt: ne coincideret cum arcibus ab eo quod est arx arcis. Sed cur acubus ab eo quod est acus acus: nõ fecit acibus? quandoquidẽ a nulla alia noĩatiui positione uenire poterat? Nimirum quia totũ hoc usu cõstat. Partus partubus. quẽadmodũ Seruius.iiii.geor. Exponens illud Vergilii.iiii.geor. Aut fœtus nixibus edunt. nixibus pro partubus exponit. & Horatius in epódo. Si uotata partubus lucina ueris affuit. Portus portubus. Pomponius in secũdo de cosmográphia. mare caspiũ omne atrox. sine portubus. Priscianus in perihegesi. Auris difficiles nautis uel portubus apte. Lacus lacubus. Ouidius.iii.fastorũ. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Idem.xii.meta. quod forcipe curua cũ faber eduxit lacubus demittit. Quercus quercubus: cũ omnes sic exire dicant nullius auctoris mihi succurrit exemplum. Specus specubus. Vergil.iii. geor. Ipsi in defossis specubus secura sub alta. Artus artubus. Seruius in illud Vergilii.iii.geor. Micat auribus & tremit artus: artus pro artubus exponit. Veru uerubus. Idem primo æñ. Verubusq; trementia figunt. Quæstus quæstubus. a quæro quæris. nam a queror. eris. questibus exire nemo unquã dubitauit. Vergilius.ix. æñ. Cælũ de hinc questibus implet. Idẽ.iiii.geor. Integrat & mœstis loca late q̃stibus ĩplet Seneca in thyeste. Fasq; omne ruptũ q̃stibus uanis agis. Flaccus li.ii.argonauticæ. tũ uoce deos: tũ q̃stibus ĩplẽt. Idẽ li.pri. Questibus & magni numẽ maris excitat helle. Idẽ in.vii. Cõmotis q̃stibus æstus. & ĩ eodẽ. Hinc cælũ q̃stibus ĩplet. Iustinus li.v. Perpetĩ nocte fortunã q̃stibus iterãt. Ego nõ ĩficior repiri semel apud ciceronẽ de artificiis &

questibus: & iterum apud Ouidiũ questibus aptauenus: ab eo quod est quæro. is. Sed aut nostra uel potius Laurentii differẽtia nihili est: aut credibilius est: unũ aut alterũ q̃ centũ locos fuisse deprauatos. Quinta dat es. tantũ: quod quinta nomis declinatio unam tantũ habet noĩatiui terminationem in es. semper fœmininorũ. præterq̃ in uno masculino hic dies: & eius cõposito hic meridies. Cuius genitiuus. & datiuus semper exeũt in ei. ut hæc progenies progeniei. hæc materies materiei. hæc species speciei. Antiquiores tamẽ hunc genitiuum tum in. e. tum in. es. tum in.. i. duplicem terminabãt. Salustius dubitauit acie pars pro aciei. Vergilius pri. geor. Libra die somniq; pares ubi fecerit horas. ubi Seruius dicit hunc esse genitiuũ regularẽ: quia ut paulo ante diximus noĩatiuus pluralis debet regere genitiuũ singularẽ: ut cũ illo sit parium syllabarũ. A. Gellius libro. viii. Noctium atticarũ multis testimoniis ꝓbat atq; cõfirmat hũc genitiuũ in. es. quoq; & duplex ii. aliquando exisse. Ennins postremæ longinqua dies cum fecerit ætas. pro diei. Cicero pro sextio: equites daturos illius dies pœnas. Adducit quoq; Gellius testes: qui dicebãt se uidisse librũ. Vergilii idiographũ. i. propria illius manu scriptũ: in quo legebatur. libra dies somniq; pares ubi fecerat horas. atq; eiusdẽ Vergilii manu fuisse scriptũ in primo æñ. munera lætitiamq; dii: nõ dei ut quidã legunt: neq; die ut Seruius. sed dii. pro diei. Nam sic dies dii a ueteribus declinabatur: ut fames famii. pernicies pernicii. species specii. progenies progenii. luxuries luxurii. acies acii. Cato pueri atq; mulieres extrudebãtur famii causa. pro famei. nam per quintã hoc nomen antiqui declinabãt: cuius ablatiuus adhuc in usu reperitur: Lucillius. Rugosum inquit atq; famii plenum. Sisenna. romanos ferendæ pernicii causa uenisse. pro perniciei. Cicero etiã pro sextio. quorũ nihil pernicii causa diuino consilio: sed ui ipsa & magnitudine rerum factum putamus. Pacuuius. Pater supremæ nostræ progenii patris. pro progeniei. C. n. mactius an maneat specii simulachrũ in morte silentum. Gracchus ea luxurii causa aiunt institui. pro luxuriei. In datiuo quoq; eodẽ Gellio teste qui purissime locuti sunt: nõ faciei ut nũc dicitur: sed facie dixerũt. Lucillius. Et primũ inquit facie honestas accidit. Idem. qui te diligit: ætati facieq; tuæ se fautoré ostendit. Em quartis. quod accusatiuus singularis in. m. desinit. s. noĩatiui mutata in. m. ut hic dies diem. hæc species speciem.

E dato sexto. quod ablatiuus in. e. terminatur. fitq; a noĩatiuo ablata. s. ut hic dies a die. hæc species. a specie. Rectus pluralis fit in. es. quod noĩatiuus & accusatiuus plurales huius declinationis in. es. terminãtur. suntq; similes nominatiuo singulari. ut hic dies hi dies. Erum. ebusq; dabis. quod genitiuus pluralis in erum desinit fitq; ab ablatiuo singulari assumpta. rum. ut á die dierũ. Datiuus in. ebus. definit fitq; ab eodem ablatiuo addita. bus. ut a die diebus. a re rebus. Nam hæc duo nomina tantũ habent numerũ pluralem integrum: ut alio loco diximus.

De quinta noĩs declinatione.

Vinta dat es. tãtũ rectis. Genitiuus ĩ ei.
Atq; datiuus erit: Em q̃rtus: e dato sext9
Rectus pluralis fit in. es. cui iungito quartũ.
Erum. ebusq; dabis genitiuis atq; datiuis.

De noĩbus anomalis. Cap. iii.

SQVnt quædã noĩa quæ dicuntur anomala: hoc est irregularia: aut quia mutant genus: aut declinationẽ. aut carẽt altero numero. aut deficiũt certis casib9 ĩ utroq; numero.

De nominibus anomalis. Cap. iii. Anomáliam uoco omnẽ uarietatem aut generis aut declinationis. aut casuum defectus. Nam dictiones aliquæ inueniũtur accidentibus quibusdam orbatæ: quod fit aut significationis repugnãtia. neq; eni dicimus puerperus: quemadmodũ dicimus puerpera. aut in consonãtia siue litterarum in consequẽtia: ut ab eo quod est cursor nõ recte dicimus curstrix: nec á nutritor nutritrix. ut fas nõ habet genitiuũ faris aut fatis.. aut fassis: ne cum aliis dictionibus coincideret: aut deniq; quia in usu nõ sunt Itaq; cum superiora duo capita ad nomĩa regulariter atq; solide inflexa pertinerẽt: in hoc tertio capite de illorum regularitate atq; defectu

pertractabitur. atq; declarabimus in quibus nominibus aliqua est declinationis diuersitas: quod fit aut quia genus á singulari in pluralē mutatur. ut hic mænalus. hæc menala. aut quia mutatur declinatio. ut hoc uas hæc uasa. aut quia utrumq; mutatur. ut hic euentus. us. hæc euenta euentorū. aut quia carent altero numero. ut acetum plurali. & manes singulari. aut deficiūt casibus. ut tabi tabo.

Masculina in neutra.

Mẹnalus. i. mẹnala. orū. Ismarꝰ. i. ismara. oꝝ.
Gargarꝰ. i. gargara. oꝝ. Didimꝰ. i. didima oꝝ.
Tẹnarus. i. tẹnara. orū. Tartarꝰ. i. tartara. orū.
Auernus. i. auerna. orū. Pileus. i. pilea. orum
Intibus. i. intiba. orū. Baltheꝰ. i. balthea. orū.
Sibilus. i. sibila. orū. Supparꝰ. i. suppara. orū.
Locꝰ. i. loca. oꝝ. uł loci. Iocꝰ. i. ioca. oꝝ. uł ioci
Cetus. i. cete ideclinabile. Euētꝰ. us. euēta. oꝝ.
Iussus. us. iussa. orū. Permissus. us. pmissa. oꝝ

Masculina in neutra. Sunt quædam nomia in singulari masculina: in plurali uero neutra: qualia sunt quæ hic describūtur. Mænalus. i. menala. orū. Vergilius in bucolicis. Mænalus argutū nemus pinusq; loquētes. Idem primo geor. panouium custos: tua si tibi mænala curæ. mons est arcadiæ. Ismarus. i. ismara. orum. Idem in bucolicis Nec tam rhodope miratur & ismarus orphea. Idem. ii. geor. Iuuat ismara baccho conserere. Gargarus. i. gargara. orū. gargarus. auctore Macrobio. v. satur. Vrbs est in imis. radicibus idæ siluæ posita. gargara aūt sūt ipa montis capita. Vergilius primo geor. Ipsa suas miratur gargara messes. Dindimus. i. Ouidius quarto mcta. Dindimō & cibelen teste ptolemæo mōs est phrigiæ: quem etiam in plurali dindima appellāt. Vergilius. x. æñ. Alma parens idæa deum cui dindima cordi. & Sillius libro: xvii. punicorū. gemino q dindima monte. Tænarus. i. mons est laconiæ: qui etiam in plurali tænara. orū. dicitur. Lucanus in. ix. & apertam tænaron umbris. Tartarusi. tartara. orū. Vergilius vi. æñ. Tum tartarus ipse bis patet in præceps tantum. Idem in. v. Non me impia nanq; tartara habent. Auernus. i. auerna. orū. Idem in. vi. Inde uenere ad fauces graue olentis auerna. atq; ibidem. & auerna sonantia siluis. Pileus. i. pilea. orum. declinatāūt hic pileus in singulari teste Seruio. ii. æñ. qui dicit tyara phrygius pileus est: quā quam Laurentius in raudensem negat genere masculino reperiri. & apud festum legimus albogalerus capitis pileum est. hinc igitur Persius dixit hæc mea libertas. hāc nobis pilea donant. & Martialis totis pilea sarcinis redemi. Intibus. i. intiba. orū. Celsius libro. ii. Radicula intibus ocymum. Vergilius primo geor. Et amaris intiba fibris.

Baltheus. i. balthea. orū. Vergil. xii. æñ. Infœlix humero cum apparuit alto baltheus. Iuuenalis. Quotiens rumoribus ulciscuntur balthea. Sibilus. i. sibila. orū. Vergilius in bucolicis. Nam neq; me tantū ueniētis sibilus austri. Idem. ii. æñ. Sibila lambebant linguis uibrātibus ora. Seruius tamen in bucolicis res inquit ipsa sibilus est: sibila uero participialiter accipitur pro sibilātia. Supparus. i. suppara. orū. Lucanus in. ii. Suppara nudatos cingunt angusta lacertas. Cetus. i. cete indeclinable. Auienus in arato. Distantem andromedā prolixo tramite mundi perterret cetus. Plinius libro. ix. Hoc genus solum ut ea quæ cete ap pellāt animal parit. & Vergilius. Immania cete. Locus. i. loca. orum. Vergil. primo. æñ. Loca fœta furentibus austris. Idem in eodem. Deuenere locos ubi nunc ingentia cernis mœnia. Iocus. i. ioca. orū. Ouidius. & cum iunone remissos agitasse iocos. Salustius in iugurtha. Ioca seriaq; cum humillimis agere. Permissus. us. permissa. orum. ut in digestis titulo de acquirendo rerum. d. l. in laqueum. permissu inquit eius cuius fundus erat. Iussus. us. iussa. orū. a quo est etiam iniussus. us. ut Cicero. vi. de rep. Neq; iniussu eius a quo ille est uobis datus. Euentus. us. euenta. orū. Ouidius. Quisqs ab euentu facta notāda putat. Nō tamē dicimus in plurali permissibus. iussibus. euentibus. sed permissis. iussis. euētis ut Valla ostendit. Vergilius in bucolicis. Accipe iussis carmina cœpta tuis. Cicero in libro de oratore. Ex aliorum factis aut dictis. & euentis. Idem ad Lucecium. Fabulam rerum euentorumq; meorum. ad cuius similitudinē Ouidius dixit secūdo meta. Successorumq; minerue indoluit: quod utrumq; reperitur etiam quartæ.

Fœminina in neutra. ſunt præterea quædam nomina in ſingulari fœminina: & in plurali neutra. ut paſcua paſcuæ. paſcua paſcuorũ. ut in pſalmo. xxii. Hieronymo interprete. in loco paſcuæ: ibi me collocauit. Ouidius. iiii. meta. Axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum. Carbaſus carbaſi. carbaſa carbaſorũ. Vergilius. viii. Glauco uelabat amictu carbaſus. Lucanus l. iii. Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis. Supellex ſupellectilis. ſupellectilium. quod diomedes. inter plurali numero carentia numerat. & adhuc reuera nõ memini me legere. Pergamus pergami. pergama pgamorũ. ſed quãquam hoc nomen inter heteroclita ponatur a grãmaticis: reuera non eſt. Eſt enim pergamus ciuitas in aſia minori: quæ fuit attali regia: & cuius meminit diuus ioãnes in apocalypſi. Pergama, uero phrygie urbs fuit: regia priami: de qua Vergilius. Namq; uidebat uti bellantes pergama circum. Reperio tamen apud unum Senecam in troade pergamus pro pergama poſitũ.

Fœminina in neutra.
Paſcua. æ. paſcua. orũ. Carbaſus. i. carbaſa. orũ.
Supellex ſupellectilis. ſupellectilia lectilium.
Pergamus pergami. pergama. pergamorũ.

Neutra in maſculina.
Porrũ. i. porri. orũ. Raſtrũ. i. raſtri. orum.
Cælum. i. cæli. orũ. Argos. i. argi. orum.
Frenũ. i. freni. orũ. Capiſtrũ. i. capiſtra. orũ.

Neutra in fœminina.
Epulũ. i. epulæ. arũ. Deliciũ. ii. deliciæ. arũ.

Neutra in maſculina. Quod ſunt quædam nomina in ſingulari neutra: & in numero multitudinis maſculina. ut hoc porrũ porri. porri porrorũ. Iuuenalis. Quis tecum ſectile porrum ſutor? a quo etiam in plurali porra neutro genere reperitur apud Vergilium in moreto. ait enim. & ſiſer & capiti nomen debẽtia porra. ſic ẽ diuerſo apud Celſum porrus in ſingulari genere maſculino legimus. ait enim libro quarto. Porrus cum pullo gallinaceo coctus ſit. Raſtrum raſtri. raſtri raſtrorũ. Vergilins in bucolicis. Non raſtros patietur humus nõ uinea falcem. Cælum cæli. cæli cælorum. Cælum quia unum tantum eſt numero multitudinis carere Cæſar in libris de analogia ad Ciceronem ſcribit: referente Gellio libro. xviii. nocti. atti. Varro tamen plurali uſus eſt in origine linguæ latinæ dicens. Cæli dicuntur loca ſupera & ea deorum. Lucretius quoq; dixit. Quis totidem uertit cælos. Argos argi. argi argorũ. Lucanus ubi nobile quondam deſuper argos arant. Vergilius ſecũdo eneidos. Si patrios unquam remeaſſem uictor ad argos. Frenum freni. frena frenorũ. Cicero de claris oratoribus. alteri ſe calcaria adhibere: alteri frenos. Vergilius tamen tertio georgicorũ dixit. frena pelectronii lapythæ gyroſq; debere. Eodẽ modo dicimus capiſtrũ capiſtri. capiſtri. orũ. & capiſtra. orum. Filum fili. fila filorũ. uel fili filorũ. Clauſtrũ clauſtri. clauſtri clauſtorũ. uel clauſtra clauſtrorũ.

Neutra in fœminina. Quod reperiuntur quædam nomina in ſingulari neutra: in plurali uero fœminina. ut hoc epulum epuli. epulæ epularũ. quamquã auctore Valla Epulum ſit conuiuium numeroſis ciuibus paratum. Gellius libro undecimo. Solẽni die ioui epulum libaretur. & Iuuenalis unde epulum poſſis cẽtum dare pythagoræis. Epulæ uero ſunt etiam ſingulis non modo hominibus: ſed & reliquis animantibus paratæ. Vergilius quarto eneidos. Epulaſq; draconi quæ dabat. Delicium delicii. deliciæ deliciarum. Catullus. Paſſer delicium meæ puellæ: atq; illum imitatus Martialis. Stelle deliciũ mei columba. Vergilius in bucolicis. delicias domini: nec quid ſperaret habebat. Reperitur tamẽ etiã apud Plautum delicia in ſingulari. mea inquit uoluptas. mea delicia. Balneum balnei. balneæ balnearũ. Gellius libro. ix. Parum cito balneas ſibi traditas eſſe: & parum lantas fuiſſe. dicuntur etiam baluneæ: ut apud Plinium libro. xxxiii. Stratas argẽto mulierum balineas. Reperitur etiam in plurali balnea ab eo quod eſt balneum. Iuuenalis & crudum pauonem in balnea portas. Cepe indeclinabile in ſingulari. Gellius libro. xix. Cepe inquit reuireſcit: & congerminat decedenti luna. Iuuenalis. Porrũ & cepe nefas uiolare & frãgere morſu. declinaẽ etiã cepa. æ. Verg. in moreto. Cepa rubens ſectiq; famem domat area porri.

Variæ declinationis nomīa. Reperitur etiam uarietas in declinatione:quoniā quædam nomina reperiuntur alterius declinationis in singulari alterius in plurali. Præterea quædam reperiuntur per duas atq; etiam plures declinationes inflexa.& ponit aliqua cum alia multo plura reperiātur.

Variæ declinationis nomina.

Iugerū.i.iugera. um.	Vas uasis. uasa.orum.
Penus.oris.penus.us.	Specū.i.specus.us.
Laurus.i.laurus.us.	Pinus.i.pinus.us.
Quercus.i.querc9.us.	Cornus.i.cornus.us.
Ficus.i.ficus.us.	Colus.i.colus.us.
Domus.i.domus.us.	Acus.i.acus.us.
Arcus.i.arcus.us.	Fasti.orum.fastus.ium.

Dicit igitur in primis.quod iugerum in singulari secūdæ est declinationis. Varro in primo de re rustica iugerum dictum quod quadratos duos actus habeat. Idem de origine linguæ·l.iugerū dictum iūctis duobus actibus quadratis. & Columela.duo actus iugerum efficiunt.& ibidem actus duplicatus facit iugerū. In plurali uero est tertiæ. Martialis & casa iugeribus non onerosa suis. & illud iureconsulti: ex mille iugeribus:qui unū iugerum pro indiuiso solidum habet. Reperimus tamen in singulari etiam tertiæ apud Propertium.Vt multo innumerā iugere pascat ouem. F contrario uas uasis in singulari tertiæ est declinationis:in plurali secundæ. quamquā etiam in singulari apud antiquiores reperitur secundæ.Cato apud Gellium.xii.noctium.at.neq; uasum neq; uestimentum ullum est in manu preciosum. Penus penoris.uel penus.us.specum speci.uel specus.us.De generis atq; declinatiōis uarietate in his duobus nominibus: cū de genere nominū terminatorū in.us.differebamus : abūde dictum est. Laurus lauri.hæc nomina quæ sequuntur & secundæ & quartæ declinatiōis reperiuntur in utroq; numero:sed quidam sunt casus in alterutro frequentiores. Vergilius in bucolicis.Et uos ō lauri carpam & te proxima myrte.& ibidem. Fragilis incende bitumine laurus.Pinus pini.ul' pinus.us.Vergilius in bucolicis. Mænalus argutum nemus pinosq; loquentes.Idē in.xi.altas ad sydera pinus. Quercus querci.uel quercus.us. Cicero in chorográphia.ibi quercorū rami ad terram iacent.Vergilius.viii.æñ. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.Cornus corni.uel cornus. Serenus.Vel corno ex arbore sertum.Papinius.vii.theb.Cornu depressus achiua. Ficus fici uel ficus.de hoc multa in genere diximus. Colus coli uel colus. Vergilius.viii.æñ. Cui tolerare colo uitam tenuiq; minerua.Papinius.vi.theba.Extra iam colu fila datur ordo. Domus domi uel domus.de uarietate declinationis & quos ex utraq; casus habet libri primo diximus. Neq; ab re fuerit hoc loco dicere quod Suetonius tranquillus animaduertit in epistolis augusti cæsaris.semper in genitiuo singulari domos & nunquam domus scriptum.quod est consentaneum epitaphio antiquitatum multarū pleno:quod anno superiori romæ eruderatum est:cuius etiam mihi copiam fecit amicus harum rerum curiosus indagator.scriptio autem fuit huiusmodi.

CON.MAN.C.MAN.F.INFERNO.PLOTONI.TRICORPORI.OXO
RI.CARISSIMAE.PROSERPINAE.TRICIPITIQVE CERBERO.MV
NVS. MECVM. FERENS DAMNATAM. DEDO ANIMAM ℲIℲAM.
QVAE.HOC.ME.CONDO.MONIMENTO.NE.OBRVTIS.DOMOS
LAPSV.FILIIS.SEX.QVOS.P.SCIPIO.PATRIIS.CAMERTIBVS.ASA
LE.EXLIBYA INCOLVMES RESTITVERAT. INDESOLATA. ORBI
TATE. SVPERSIM. MISERA. ℲIXI. ANN. LVI.M. I.D.V. HORAS.
SCIT.NEMO.ℲALE.ℲITA.

quod est.Caia manlia Caii manlii filia īferno plotoni tricorpori oxori carissimæ proserpinæ tricipitiq; cerbero munus mecum ferens damnatā dedo animam uiuam quæ hoc me condo monimento:ne obrutis domos lapsu filiis sex:quos.p.Scipio patriis camertibus a sale ex libya incolumes restituerat:indesolata orbitate supersim misera. uixi annos quinquaginta sex.mensem unum.dies quinq;.horas scit nemo.uale uita.

Acus aci uel acus. Martialis. & Satius tenuẽ ducere credis acos. sed hic pro pisce. Iuuenalis. Emerita quæ cessat acu. Arcus arci uel arcus. Cicero in. iii. de natura deorum. Cur arci species non in deorum numero præponatur. Ennius apud Priscianum Arcus ubi aspiciunt mortalibus quæ perhibent. Fasti fastorũ. fastus fastuũ. utrunq; in plurali tãtum. pro libro in quo continẽtur annales: atq; fasti & profesti dies. Unde Ouidius opus illud suum fastorum inscripsit. Lucanus in. x. per quartam protulit dicens. nec meus eudoxi uincetur fastibus annus. quod ex errore scripsisse Lucanum testatur seruius in tertio libro æneidis Vergilianæ. Ceterum ipse fallitur: cum Horatius quoq; in tertio carminũ dixerit: per memores genus omne fastus. Varro præterea in ephemeride causa iulii cæsaris qui fastus porrexit: mensis iulius appellatus est: fastus in singulari superbiam & arrogantiam significat. De nominibus plurali carẽtibus. & primo de masculinis. Sanguis sanguinis. cuius plurali est abusus frequenter in sacris litteris. ut in psalmo. Libera me de sanguinibus. & alio loco. Virũ sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Limus limi. Fumus fumi. i. quo in numero multitudinis usus est in comentariis Cæsar pro signis illis quæ inter hostes per diem fumo solent fieri: quẽadmodum per noctem ignibus. Martialis quoq; in alia significatione dixit. Vendere nec uanos circum palatia fumos. Fumus fumi. Muscus. i. Mundus. i. quia cum nõ sit nisi unus mũdus: merito caret numero plurali: sicut supra de cælo diximus. sed figuratæ dixit Plinius in secũdo naturalis historiæ. alios innumerabiles tradidisse mundos. Põtus põti. Nemo neminis. Sol solis. Vesper uespis. quod de cælo & mũdo diximus idem de sole & luna & uespe. & phosphoro & reliquis stellarum planetarumq; nominibus dicẽdum est: quod quia singulares sunt numero multitudinis carent: sed figurate possunt habere. Vergilius primo æñ. Quid tantũ oceano properent se tingere soles hiberni. & quod legimus tris soles romæ simul ortos paulatim in eundẽ coiisse orbem. & Plinius libro. ii. totidẽ tamẽ soles: totidemq; lunas. & claudianus in eutropiũ. binasq; polo concurrere lunas: & geminos soles mirari desinat orbis. Addit quoq; superioribus Phocas genius genii: cũ Plinius libro. ii. dixerit. Totidem faciat iunones geniosq; adoptando sibi. Alii addunt uesper. eris. & hesperus hesperi. quæ pro stella siue diei parte carent plurali. nam uesperi uesperorũ quod isti dicunt: qua ratione possit dici ego nõ uideo: sed neq; uesperæ. arũ. cũ potius dicere debeamus illos psalmos uespertinos: quia uesperi canuntur. has horas uespertinas: quia eo tẽpore agitur aut agi debebat res diuina quo uesper propter solis occasum incipit apparere. Nam multa huiusmodi quia in cõpendiũ scripta sunt: perperã in libris ecclesiasticis leguntur. ut Cõmendon. & cõmunicãda: pro eo quod esse debet in cõmunione: hoc ẽ illud exordium quod canitur in re diuina: dum populus aut sacerdos in persona populi corpus christi iesu degustat: quod cõmunicare á nostris dicitur. & pro eo quod imperiti legunt post cõmunicãda: debet legi post cõmunionẽ. hoc est oratio illa: quã sacerdos in persona populi atq; sua recitat. Eodem modo dicunt præsa pro eo quod esse debet prosa: nam distinguitur a uersu. & capitula pro capitulũ. & alia cõplura: de quibus in annotamentis quæ propediem edituri sumus copiosius disputabitur.

De masculinis plurali carentibus.

Sanguis. inis. Limus. i. Fumus. i. Fimus. i. Muscus. i. Mundus. i. Pontus. i. Nemo. inis. Sol solis. Vesper. eris. Carcer. eris.

Fœminina plurali carentia.

Vita. æ. Gloria. æ. Eama. æ. Gaza. æ. Iuuẽta. æ. Senecta. æ. Cholera. ę. Fuga. ę. Culpa. ę. Prosapia. ę. Memoria. ę. Eloquẽtia. ę. Sapiẽtia. ę. Diligẽtia. ę. Socordia. ę. Negligentia. ę. Parsimonia. ę. Auaricia. ę. Vecordia. ę. Stulticia. ę. Insania. ę. Amentia. ę. Dementia. Arena. ę. Humus humi. Mors mortis. Fames. is. Sitis. is. Lux. is Pax. cis. Pix. cis. Salus. utis. Lues luis. Tabes tabis. Labes. is. Proles. is. Soboles. is. Indoles indolis. Strues. is. Tussis. is. Bilis. is. Paupertas. atis. Fides fidei. Rabies. ei. Pernicies. ei. Caries cariei. Dies diei. pro tempore.

Carcer carceris pro loco ubi detinẽtur in compedibus noxii: numero multitudinis caret: nam carceres in plurali ut paulo post dicemus: aliud significat.

Fœminina plurali carentia. Phocas & diomedes pauca huius ordinis nomia ponũt alii multo plura: quæ reperiuntur plærumq; in numero multorũ: et uita pro anima. Vergilius. vi. æñ. Tenues sine corpore uitas. & pro uiuẽdi modo Laertius scripsit uitas philosophorũ: & Hieronymus uitas patrum. Glorias quoq; in plurali dixit Gellius libro primo. Has inquit ille glorias cum iactaret. & eodem modo de reliquis quæ sequuntur. quæ etsi raro inueniantur in numero multitudinis: aliquãdo tamẽ auctores illis usi sunt. ut Lucanus libro. vii. Eoasq; premunt tentoria gazas. & Seneca in hercule furenti. gazis inhians: & est cõgesto pauper in auro. Arenas quoq; etsi Cæsar in libris de analógia ad Ciceronem dicat uitiose dici in numero multitudinis. Lucanus tamen libro. x. dixit: Et diras calcauit cæsar arenas. Mortes quoq; in plurali dixit opius siue hirtius in cõmentario hispaniensi. mortibus inquit mortes exaggerabant. Pax etiam & si diomedes & phocas scribant plurali carere. Horatius tamẽ in primo epistolarũ dixit. Bellaq; & paces longũ diffundit in æuum. & Plautus in persa etiam pacibus dixit. Sic & philosophi dicunt tres esse labes rerum publicarũ: cum grãmatici dicant labem carere numero plurali. Neutra plurali carentia. Diomedes tantum ponit hæc pauca inter ea quæ numerum pluralem. uirus. i. pus puris. barathrum. i. allium allii. crocum. i. ingenium Ingenii. halec. cis. iusticium. sinapi. sed alliũ & ingeniũ in frequẽti usu habẽt pluralẽ. crocum & sinapi ad res q̃ mẽsurant̃ pertinẽt. Halec pro salsamento caret plurali sicut & garũ. halex quoq; pro eo quod halec etiã plurali caret: nã pro pisce numerũ multitudinis habet. Phocas addit cœnũ. i. fœnũ. i. lutũ. i. uiscũ. i. æuũ. i. uulgus. i. pelagus. i. penus. oris. siue penus. i. uel penus. us. Solũ quoq; soli plæriq; his annumerant. cũ Vergilius primo geor. dixerit. ne saturare fimo pingui pudeat sola. Sic apuleius in iii. meta. In asini inquit faciem fœna rodebamus. Plurali prætérea carẽt noia propria deorũ. ut iupiter. mars. uulcanus. hominũ. ut priamus. hector achilles. mõtiũ. ut apeninus. pyreneus. temerianus. siluarũ. ut ida. hercinia. Fluuiorũ ut anas. tagus. insularũ. ut sardinia. sicilia urbiũ. ut corduba. hispali. cæterarũq; rerũ ut canũ. equorũ. boum. caprarũ. ut apud Ouidium lælaps. apud Vergiliũ rhœbus. Inueniunt̃ tamẽ quædam propria ex his pluraliter declinata. & tunc carent numero singulari. ut gades gadiũ. baleares. ium. athenæ. arũ. celenæ. arũ. cithera. orũ. Aliquãdo etiã sub diuersis generibus inueniunt̃ declinata in utroq; numero ut supra diximus mænalus. i. mænala. orũ. Tænarus. i. tænera. orũ. Aliquãdo etiã sub eodẽ genere. ut mycenæ. es. mycenæ. arũ. Verg. v. æñ. Argolicoue mari deprehẽsus & urbe mycenæ. Idẽ in. ii. & nũc quod patrias uento petiere mycenas. Sed cũ dicimus scipiones. fabios. metellos. camillos. curios. scauros: iam desinũt esse propria: & incipiũt esse appellatiua. Nã cũ sit nomen propriũ quod de uno dicitur: appellatiuũ quod de pluribus: cũ dico Scipiones: intelligo

Neutra plurali carentia.

Vulgus. i. Pelagus. i. Virus. i. Pus puris. Barathrum. i. Fœnũ. i. Cœnum. i. Viscũ. i. Aeuũ. i. Iusticiũ. ij. Lœtũ. i. Lutũ. i. Soliũ. i. Seniũ. ij. Salum. i. Ador. Fas. nephas ĩdeclinabilia. Nil Nihil nihilum. i. Instar. Vitrum. i. Necesse necessum. Halec. cis. Ver. eris.

plurali prætérea numero carent nomina deorum propria. hominũ montium. siluarũ. fluuiorum. insularum. urbiũ cæterarũq; rerum nisi quæ pluraliter declinãtur. Dicimus tamem scipiones. fabios. metellos: sed tũc appellatiua potius q̃ propria dicenda sunt.

Nomina quoq; elemẽtorũ. ut aer. ignis. æther & metallorũ. ut aurũ. argentum. plumbũ. & significantia res aridas & liquidas: quæ in pondus & mensuram referũtur. ut triticum cicer. oleum. acetum. Quæ tñ nõnunq̃ pluraliter efferuntur: maxime cum partes illarũ rerum significare uolumus.

plures ex ea familia:ut cnelum & publium scipiones.ergo scipio tũc appellatiuũ est: cum de omnibus illis dicatur. Sic Iuuenalis dixit:qui curios simulant.& fictos contẽnunt scauros.& Lucanus ad syllas mariosq redis. Nomina elementorũ carent etiá numero multitudinis. ut aer aeris. ignis ignis.dicimus tamẽ in plurali ignes igniũ pro particulis ipsius elementi.ut apud Vergiliũ.crebris micat ignibus æther.& alio loco.aut ignibus ægra dedere. Et noia metallorũ.ut aurũ.argentũ.plumbum. neq enĩ dicimus in plurali aura.argenta.plumba.dicimus tamẽ æra in tribus casibus pro rebus ex illa materia fabricatis:ut paulo post dicturi sumus. Et noia significantia res aridas & liquidas:quæ in pondus & mensurá referũtur:ut triticũ.cicer.piper.crocum.neq enĩ dicimus tritica cicera pipera.croca. Dicimus tamẽ ordea.ut Vergilius in bucolicis. Grandia sæpe quibus mádauimus ordea sulcis: pro granis ordei. sic etiá dicimus fabas.lupinos.& pisa pro granis illorũ leguminum.& Iuuenalis.Spirantesq crocos & in urna perpetuum uer.pro flores. Vinũ quoq & mustũ. sapa.defrutum. passum.lac.serum.amomum.& alia huiusmodi liquida numero plurali carent plærũq. Dicimus tamen in plurali uina.musta.defruta.mella.balsama.cinnama:cum partes aut genera illarũ rerũ significamus. Vergilius in buco. Vina nouum fundá calathis aruisia nectar.Idem.iiii.geor.Aut igni pinguia multo defruta.Idem pri.æñ.Redolentq thymo fragrãtia mella.Iuuenalis.Spirant opobalsama collo quæ tibi.& Martialis cinnama quod redolent. Hæc Seruius in secũdo geor.dicit in plurali tantũ habere tres casus. Nam Ouidius nimis licẽter in plurali mustis dixit ab eo quod est mustum. Itaq in huiusmodi nominibus multo minus significat pluralis numerus q̃ singularis. Nam cũ dixi terrá totum elementũ intelligo:cũ uero terras:particulas quasdam aut terræ genera. Verg.ii.geor. Difficiles primum terræ collesq maligni.multo ergo minus dixisti:cũ dicis habeo duas aut tres terras:q̃ cũ dicis habeo terrá·

De masculinis singulari carentibus.
Cani.orũ.Cancelli.orũ.Fori.orũ.fasti. orũ. uel fastus.uum. Superi.orũ.inferi.orũ. loculi.orũ.Liberi.orũ.Posteri.orum. Pugillares.ium.Codicilli.orũ.Antes.iũ. Casses.iũ. Carceres.rum. Furfures. um. Lemures.rũ. Manes.ium. Cælites.tum. Maiores.rum. Minores.orũ. Natales.ium. Optimates.tũ. Primores.rum. Proceres.rum.Penates.tiũ. Quirites quiritiũ. Sales salium. Vepres ueprium.Artus artuum.

De masculinis singulari numero carentibus.& primo ponit masculina: quorũ plæraq etiá in singulari apud auctores reperiuntur.ut pro eo quod est fori.orũ.pro parte illa nauis qua a prora in puppim discurritur: Ennius dixit. multa foro ponẽs agæaq longa repletur. Ná Vergilius in plurali dixit li.vi. deturbat laxatq foros. Fasti.orũ.uel fastus fastuum secundæ & quartæ declinationis ut paulo ante diximus singularẽ numerũ nõ habet pro eo quod est liber annaliũ. Superi.orũ.& inferi.orũ. pro diis celestibus & infernis. Liuius tamen andronicus in odyssea dixit inferus an superus tibi fert deus funera ulysses. Aloculis quoq Martialis locellus in numero singulari fecit dicẽs in disticho cuius titulus est loculi.Ipse locellus erit. Liberi.orum.quanq̃ in singulari liber.a.um.cũ adiectiuũ est declinet:pro filiis atq etiá nepotibus pluraliter dicitur: atq etiá de uno tantũ:usq adeo reformidat numerũ singularẽ.. Idem quoq de posteri posterorũ dicimus:& si posterus.a.um.declinetur. Pugillares quoq pro tabellis: licet hic & hæc pugillaris & hoc pugillare dicamus pro re quæ pugillo cõtineri põt: aut pugilli magnitudinẽ æquat. Codicilli.orũ.pro testamẽto illo secũdario.ná pro paruo libro uel ligno etiam singulariter dici potest. Cato de re rustica.in tabulato cõdito codicillos oleaginos. Antes.ium.pro uitium ordine. Vergilius in.ii.geor.Iam canit extremos effoetus uinitor antes. Casses cassiũ. Ouidius. Decidit in casses præda petita meos. Seneca tamen singulariter protulit in agamemnone dicens. at ille ut altis hispidus siluis aper cũ casse uinctus. Carceres.um.ut supra memorauimus pro repagulis æquorũ. Verg.pri.geor. Vt cũ carceribus sese effudere quadrigæ. Cicero de claris oratoribus nec in quadrigis eũ secundũ numerauerim aut tertium:qui uix ẽ

carceribus exierit. Idem tamen.v.æn.in singulari carcere pro carceribus dicēs ruunt qꝫ effusi carcere currus.ubi Seruius inquit.carcere usurpauit.nam carcer est in numero singulari custodia noxiorum.carceres uero tantum in plurali ostia quibus equi arcentur. Furfures.um. pro illis pustulis qui ex capite resoluuntur.nam pro farinæ purgamento etiam in singulari dixit Serenus.additur excussus niuea similagine furfur. Lemures.rum. Manes.ium.Apuleius in libro de deo socratis singulariter protulit lemurem & manem.hunc inquit uertere latina lingua inuenio lemurē dictitatū & paulo post.utrum lar sit an larua nomine deum manem uocant. Cælites.um. etsi cōmunis duorum generis esse potest:ab auctoribus inter masculina singulari carentia ponitur. Maiores.i.qui nos præcessunt:sic minores.i.posteri dicuntur. Natales.ium.pro generis nobilitate ut Diomedes putat.uel potius ut Valla scribit pro cōditione nascendi:in plurali tantum reperitur.nam in singulari diem nataliciū significat hic natalis. Optimates.um. Primores.rum. Proceres.rum.nō usqꝫ adeo singularem numerum reformidāt:ut nō possint etiā de uno tantum dici.unde & Priscianus ait in quarto ab optimus optimas.atis.deriuatur. & Sillius libro.xi. punicorū. dixit.his super excisum primori in parte saguntum.& Iuuenalis. Agnosco procerem salue getulice. Penates.tium.Quirites.ium. Persius tamen in singulari dixit. quibus una quiritem uertigo facit.& Ouidius in elegiis.an si pulsassem minima de plebe quiritē.& Horatius.amici dona quiritis scripsit in primo episto. Sales.ium. pro facetiis.nō soliti lusere sales nec more sabino.& Iuuenalis & salibus uehemens intra pomeria natis.in hac quoqꝫ significatione sed figurate dixit Terētius: qui habet salē quod in te est. Vepres.ium.Diomedes & phocas in plurali tātum reperiri dixerūt: Ouidius tam a uepre in ablatiuo posuit singulari.& Columela libro.xii.hūc ueprem dixit manifestum est interire nō posse. Artus.uum.nam quod Vergilius.iii. geor. dixit micat auribus & tremit artus. artus accusatiuus pluralis est figurate iunctū cū uerbo tremit:unde Seruius exponit artus pro artubus.

Fœminina singulari numero carentia.Argutiæ.arū.Phocas in hoc ordine posuit. Apuleius tamē in primo meta.Argutia inquit nilotici calami scriptam.& ab eo diminutiuum fecit Gellius argutiola li.ii.argutiola quippe hæc inquit friuola & inanis est. Antiæ.arū.Apuleius primo meta. Crines inquit apollinis ꝑmulsis antiis. Aedes ediū pro priuata domo.nam in singulari tēplum significat:unde semp addimus.cuius dei est:aut cōsecratio.ut ædes castoris.ædes sacra.

Antēnæ.arū.quāquā Hieronymus in epistola ad heliodorū dixit:& antemna crucis figatur in fronte. Bigæ.arum.quadrigæ arū.addit etiam Phocas trigæ arum. Plinius tamen libro
xxxv.Biga dixit in singulari.euchides inquit pinxit bigam regis cū uictoria. & Papi-
nius.xii.theba. tenuerat aera biga. Quadrigas quoqꝫ. & si cæsar in libro de ana-
lógia ad Ciceronē referēte Gellio dicat semper numero pluratiuo dicēdas esse.Plini-
us tamen libro.xxxiiii.Quadriga inquit regitur ab alcibiade.& in eodē diminutiuū
protulit dicēs.Leua tribus digitis quadrigulā tenuit.& in libris digestorū de legatis
tertio.l.peculiū:quadrigæ legatū equo postea mortuo. Gellius libro.xviii. quod unū
rarissimū uidebat:inuenimus quadrigā numero singulari dictā in libro satyrarū.M.
Varronis qui inscriptus est demetrius. Copiæ.arū.pro exercitu teste Valla nume-
ro singulari caret.nā Vergilius quod dixit in.ii.æn.respicio:& quæ sit me circum co
pia lustro.ibi etiā Seruius notat quasi auctoritate sua fretus de exercitu copiā i singu
lari dixit:cū copias de exercitu numero plurali dicamus.ut Salustius.Memorare pos-
sum quibus i locis maximas hostiū copias populus ro.parua manu fuderit. Sed Ver-

Fœminina singulari carentia.

Argutiæ.arū.Antiæ.arum.Aedes.iū.Antēnæ arū.Bigæ.arū. Quadrigæ.arū. Copiæ.arum. Cunę.arū. Cerimonię.arum. Calendę. arum. Diuitię.arum.Dirę.arū.Excubię.arū. Exuuię arū.Exequię.arū. Ferię.arū. Facetię.arū.Fortunę.arū.Genę.arū.Gingiuę.arū.Inferię. arū Inimicicie.arum.Illecebrę.arum.Inducię.arū Insidię.arum.Idus iduum.Latebrę.arum. Lactes.ium.Litterę.arum. Minę minarum.

gilium excusare potest metri necessitas:quoniã copiæ.arum.in plurali carmen heroi
cum nõ recipit. Cunæ.arũ.Phocas & Diomedes in hoc ordine posuerunt. Ceri=
moniæ.arũ.Diomedes item posuit:Cicero tamen in secũdo de legibus magnã inquit
religionem cerimoniamqꝫ declarat.quamquã fronto apud Gellium libro.xviii.dicat:
scriptores ueteres nunquam cerimoniã singulari numero appellasse. Diuitiæ.arũ.
Delitiæ.arum.a Phoca & Diomede inter superiora numerantur.sed quemadmodum
supra diximus deliciæ & delicia & delicium in singulari habuit. Diræ.arum.& fu=
riæ.arum.& eumenides semper in numero plurali reperiuntur:quia triplices sunt:
quemadmodũ & gratiæ:nisi de una illarum loquaris.Vergilius in.iiii.æñ. Vltricesꝫ
qꝫ sedent in limine diræ.& ibidem·heu furiis incensa feror.atqꝫ etiam ibidẽ eumeni
dum ueluti demens uidet agmina pẽtheus. Excubiæ.arum. exuuie.arum. exequiæ
arum.a Phoca & Diomede & fontone in hoc numero ponũtur.Vergilius in.iiii.æñ.
Excubias diuum æternas.& in eodem:dulces exuuiæ dum fata deusqꝫ sinebant. & in
vii.at pius exequiis æneas rite solutis. Feriæ.arum.a Phoca Diomede & Gellio nũ
quam nisi pluratiuo numero efferri dicuntur.nostri tamen aliter accipiunt: cum di=
cunt feria secunda.feria tertia.feria quarta. Facetiæ.arum.Phocas inter hæc nume
rat. Diomedes fores forium.Horatius tamẽ in primo ser.dixit.exclusus fore: cũ lon
garenus foret intus. Fortunæ.arum.pro diuitiis ac fortuna prospera ut apud Terẽ
tium in andria. Laudare omnes fortunas meas.in singulari media est & ad bonam &
ad malam.Genæ.arum.Phocas inter hæc posuit:Diomedes uero gingiuæ arũ:.possis
tamen si opus fuerit dicere hic habet genam dextram eminentiorẽ sinistra:& Iuuena
lis dixit:frangẽdus misero gingiua panis inermi.atqꝫ eius diminutiuo Apuleius pro
magia est usus.cõplanatorẽ inquit tumidæ gingiuulæ. Quod uero Cæsar in libris
de analógia atqꝫ Diomedes & Phocas dicunt inimicicias in plurali tantum declinari:
ego tamen ut ille apud Gellium ait:nõ uideo cur nõ eádem ratione dicamus inimici=
ciam:qua insciciam.impotẽtiã.iniuriã.ut Cicero thus.iiii.dixit.Inimicicia est ira ul=
ciscendi tempus obseruans:atqꝫ ibidem sæpe singulari utitur numero.Illecebræ:arũ.
ab omnibus grãmaticis fere ponuntur in hoc ordine.Cicero tamen in primo de legi
bus dixit:quæ etsi est illecebra turpitudinis.& Gellius libro secũdo.cũ audiendi quã
dam illecebra induit. Induciæ induciarũ. Insidiæ insidiarum. Idus iduum:quemad
modum & calendæ.arum.& nonæ.arum.semper pluratiua reperiuntur. Latebre la
tebrarũ.Phocas superioribus annumerat.Cicero tamen in epistola ad appium. ne in
tabellæ quidem latebra absconditam maliuolentiã.& Gellius libro.xi.dicit.impuni=
tatem ex ea latebra sperarent. Lactes lactium. pro intestinis hominũ atqꝫ ouiũ per
quas labitur cibus:ut supra ex Plinii uerbis annotatũ est:cum de hoc nomie lac disse=
rebamus Litteræ.arum.pro epistola nt dicit Diomedes numero tantum plurali uti
mur:excusanter tamen poetæ carminis necessitate.ut Ouidius in epistola briseidis.
quam legis a rapta briseide littera uenit.unde fit ut quia heroicum atqꝫ elegum car=
men litteræ.arũ.in plurali non recipit:frequẽtius utamur eius diminutiuo litterluæ
arum. Minæ.arum. Nanubiæ.arum.semper pluratiua reperiuntur:quemadmo=
dum & nundinæ.arum. & nugæ.arum. & nuptiæ.arũ. Nam neniæ.arum.& nares
narium.etiam in singulari declinantur aliquando.Horatius primo eposto. an puero=
rum nænia:quæ regnum recte facientibus offert.& in.odis dicetur merita nox quo=
qꝫ nænia.Ouidius.v.meta.Acta retro naris:medioqꝫ ẽ fixa palato. Opes opum. pro
diuitiis.nam in singnlari opis. opem.ab ope:ut infra dicetur auxilium significat.
Paleæ.arum.quod etsi a grãmaticis inter nomina pluritiua ponitur. Vergilius tamẽ
in singulari eo utitur pri. geor.Pinguis paleæ terit area culmos ait. ubi Seruius no=
tat paleam dictam esse singulari numero contra artem:quia ut dicit:quæ ex pluribus
constant:numeri sunt tantum pluralis.ut cancelli.bigæ.scopæ. Præstigiæ.arũ.Pha
leræ.arum.Plagæ.arum.pro ræti.Primiciæ.arũ.huius esse ordinis.Diomedes & pho
cas testantur.Nam quod Ouidius.xii.meta.dixit primiciũ torrẽ ab eo est quod primi
cius.a.um.adiectiuũ.substãtiue tamẽ acceptũ pro re primicia primiciæ arũ.declinat.
Quisquiliæ.arũ.pro purgamẽto atqꝫ re parui ut nullius precii & que proiiciẽda est
quasi inutilis.Apuleius primo.meta.At has quisquilias quanti parasti! de piscibus mi
nimiprecii dixit:quisquiliam uero pro arbuscula siue frutice qui coccum procreat di

Manubiæ.arũ. Nundinæ.arũ. Nugæ.arum. Nuptiæ.arũ. Nonæ.arũ. Næniæ.arũ. Nares nariũ. Opes opum. Paleæ.arũ. Præstigiæ.arum. plagæ.arum.pro ræti. Primitiæ primiciarũ. Quisquiliæ.arũ. Reliquiæ.arũ. Sortes.ium. pro oraculo. Sordes.iũ. Scopæ.arũ. Scalę.arum. Suppetiæ.arum. Sentes.ium. Thermæ.arũ. Tenebræ.arum. Triche.arũ. Valuę.arum.

Neutra singulari carentia.

Arma.orũ. Castra.orũ. Crepũdia crepũdiorũ. Cunabula.orũ. Incunabula.orũ. Cibaria. orum. Exta.orum. Ilia ilium. Iuga.orũ. Iusta.orum. Lustra lustrorũ. Mœnia mœnium. Magalia magalium. Mapalia mapalium. Præcordia.orum. Spolia.orum. Serta.orum. Sponsalia sponsaliorũ. Tripudia tripudiorũ. Tesqua. Tempe. Tot. quot. Pondo.

xit Plinius libro.xvi. Omnes inquit has dotes ilex solo prouocat cocco. granum hoc primoq; ceu spectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quisquiliam uocant. Relliquiæ arum. superioribus a Phoca additur: Apuleius tamen pro magia dixit. Conuerritoré pridianæ relliquiæ: ne qua uisatur tetra labes sordium. sed potest excusari quia ẽ carmen: nam in prosa oratione uix dici posset. Sortes.ium. pro oraculo atq; deorum responso a diomede & phoca inter hæc nomina ponitur: in ea tamen significatiõe etiá singulariter dictum est illud ex actibus apostolorũ. cecidit sors super matthiam. i. spiritus sancti oraculum: quo apostolus est declaratus. Neq; enim de tanta re uiri sanctissimi sortirẽtur: sed potius expectare debuerãt: quæ in ea re diuina erat uoluntas. Sordes.ium. pro auaricia & pro imũdicia. Scopæ scoparũ. & scalæ.arũ. a Cæsare Gellio. Phoca. Diomede. & Seruio iter pluraliter declinata numerantur. Hieronymus altero usus est in singulari in esaia: altero in libro genæseos. iureconsultus in digestis ti. de furtis. l. si pius armariũ inquit ul' scalá. Suppetiæ.arũ. imo uero suppetias tantũ in actõ plurali cũ his uerbis fero & mitto: ut Valla putat. Cæsar etiá in cõmentariis cũ uenio.is. iunxit dicens: auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire. Sẽtes sentium. Tenebræ.arum. Therme.arum. Thrichæ.arũ. Valuæ.arũ. nunquá nisi multitudinis numero reperiunt. Neutra singulari carentia. Arma.orum. quod ideo Priscianus numero singulari carere putat: quod uarias res hoc nomen significat: quarũ singula habent sua nomina. ut scutum. galea. tibiale. Castra castrorum. pro exercitu: aut exercitus statiuis: quod etiam de similibus est dicendum. ut æstiua æstiuorum. hiberna.orum. statiua.orum. Castrum in singulari: idem est quod castellum: ut apud Vergilium in.vi. castrum inui bolamq; coramq;. Crepũdia.orum. Cibaria. orum. quorum prius inter huius ordinis nomina posuerunt Diomedes & Phocas: posterius Diomedes tãtum: quemadmodum & exta orũ Phocas solus. Cunabula cunabulorũ & incunabula incunabulorũ. semper pluralia reperiũtur. Ilia ilium. nam quod Seruius dicit hoc ile ilis in singulari declinari: non magis reperitur in usu q̃ quod Maryllus mimmographus eodem Seruio referenre ad fabulam alludens dixit: tu ut hector ab ilio nunquam discedis. Iuga iugorum. pro montium summitate. Vergilius tamẽ libro.vi. Hoc superate iugum dixit. Iusta iustorum. pro exequiis numero singulari caret. Flaccus in quinto argonauticæ. Tum comiti pia iusta tulit. Salustius in iugurtha. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant. Lustra lustrorum. pro ferarum atq; meretricum latibulis. Vergilius secũdo georgicorũ. Non absunt illic saltus ac lustra ferarũ: pro lupanari apud Plautum q̃ sæpissime. in singulari uero quattuor annorum spacium significat: quæ græce dicitur olympias. Mœnia menium. magalia magaliũ. & mapalia.ium. semper pluralia sunt. Præcordia.orum. non præcordium. sic enim apud Celsum legitur semper. ut libro primo. Qui crudum inquit sine præcordiorũ dolore ructat. & diuus Thomas in hymno. Et expræcordiis sonent præconia. Spolia spoliorũ. licet Vergilius in singulari spoliũ dixerit. Serta.orũ. pro corona ex floribus. Serta.æ. ĩ singulari posuit Cato de re rustica pro herba quá græci

melilothon medici ſertulam campanā uocant. Ait namq; iris aridæ contuſæ heminā
& ſertam campanicā. Sponſalia.orū.uel ſponſaliū.Gellius libro.iiii.Hoc ius ſpon
ſaliorū obſeruatū dicit.& de ſponſalibus eſt titulus apud iure conſultos. Tripudia
orū.Teſqua.orū.Tēpe indeclinabile ſicut tot:quot:& pondo:cuius ſingulare:ut Pho
cas dicit in libram effertur.itaq; dicimus una libra: & nō unum pondo.& ecōtrario
duo & tria pondo & nō duæ aut tres libræ. Feſtorum quoq; nomina. ut Satur-
nalia.orū.uľ ſaturnaliū.ſed quemadmodū Macrobius in primo ſaturnaliorū deducit
in genitiuo plurali frequētius utimur ſecunda declinatione:in datiuo & ablatiuo fre
quētius tertia. Nam ſaturnaliū
& ſaturnaliis uix pōt dici.atue-
ro ſaturnaliorū & ſaturnalibus
fere ſemper. Verrius flaccus.ſa
turnaliorū īquit dies apud græ
cos quoq; feſti habētur. Atq; ite
rum idem de cōſtitutione ſatur
naliorum ſcripſiſſe arbitror. Itē
iulius modeſtus de feriis ſatur-
naliorū inquit feriæ. Horatius
ſecūdo ſer.*quid fiet?ab ipſis ſa-
turnalibus huc fugiſti.* Eadē
ratione Saluſtius apud Gellium
libro.iii.hiſtoriarū bacchanali-
orū dixit.cuius ſingulare Plau-
tus in bacchidibus protulit di-
cens.quia bacchis bacchas me-
tuo & bacchanal tuum. Maſu
rius quoq; ſabinus uinaliorū in
quit dies ioui ſacer eſt. Et Va-
lerius antias.agonaliorū reper-
torem numam pompiliū refert
Eodē præterea modo quinqua
tria.orū.quinquatribus.Hora-
tius.ii.epiſtolarum.Feſtis quin
quatribus olim.& Iuuenalis. to
tis quinquatribus optat. Cice-
ro in epiſtolis ad cælium. ita tu
multuoſæ conciones:ita moleſtæ quinquatriis afferebātur.niſi forte mendū eſt quin-
quatriis pro quinquatribus. Atuero e cōtrario dicimus potius floraliū ꝗ floraliorū
liberaliū ꝗ liberaliorū.lucarium ꝗ lucariorum.Varro.feraliū inquit dies a ferendis
in ſepulchra epulis dicti.& idem alio loco.floraliū nō floraliorū dixit. Maſurius quo
q; ſabinus:liberalium inquit dies á pontificibus agonium martiale appellatur. & idē
alio loco.eam noctem deinceps in ſequētem diem:qui eſt lucarium.erant aūt lucaria:
feſta:in quibus fiebant lucorū ſacra. Libri quoq; eorum.ut rhetorica.orū.nam
ſi de arte rhetorica plures libri partiales ſunt:rhetoricorum inſcribuntur in nume-
ro multitudinis. ſin tamen eſt tantum unus:rhetoricus potius in ſingulari dicitur.
Sic enim citare ſolemus Ariſtotelem in rhetoricis ad theodecten: & in rhetorico ad
alexandrum: quia nomine illius tres libros ad arte rhetorica ſcripſit:ad hunc uero
unum dumtaxat libellum. Duos præterea quos de re familiari libros ſcripſit: œco-
nomicorū appellauit:at uero Xenophon qui ea de re unum compoſuit:œconomicon
inſcripſit:ut Hieronymus in euſebii interpretationem de temporibus: cum aratum
inquit hexametris uerſibus romanum feciſſet:in xenophontis œconomico luſit. Sic
pterea dicimus bucolica Vergilii:quia decē ſūt:& georgica: quia ꝗttuor libros opus
illud continet.Atuero cum de uno loquimur dicemus & citabimus Vergilium in pri
mo uel in ſecundo bucolico. Communia trium generum. Carent etiam
numero ſingulari nomina numeralia :præterꝗ unus una unum: quod caret nume-
ro multitudinis:niſi cū iungit̃ nominibus pluraliter declinatis.Saluſtius in catilina.

Feſtoꝝ quoq; noīa ut Saturnalia.orū uľ.ium.
Bacchanalia.orū.uel.iū. Vinalia.orū.uľ.iū.
Agonalia.orū.uľ.iū.Quinquatria.oꝝ.uľ.iū
Neptunalia.orū uľ.iū.Vulcanalia.orū.ľ.iū.
Lupercalia.orū.uľ.iū. & eodē mō de reliqs.
LIbri quoq; eorū qui græce:aut ad imaginem
græcorū opera ſua inſcripſerūt.ut rhetorica
orū.œconomica.oꝝ.ethica.oꝝ.bucolica.oꝝ
Cōmunia trium ſunt generum nomina nume
ralia.carētq; numero ſingulari:præterꝗ unꝰ
una unum : quod caret numero multitudi-
nis:niſi cū iūgitur nominibus pluraliter de
clinatis. Sūt aūt omnia īdeclinabilia uſq; ad
centū:præterꝗ tria prima. hoc eſt unus una
unum.duo duæ.duo.tres tria.
Singulari præterea numero carēt nomina di-
uidua ſiue per certos numeros diſtributiua
ut ſinguli ſingulæ ſingľa.bini.æ.a. terni.æ.
terna.quaterni.æ.a.quinqueni.æ.a.

rio.hi postea q̃ in una mænia conuenere. Idem in Iugurtha.ubi unæ & alteræ scalæ cõminutæ sunt.& in digestis ti.de damno infecto.l.si ædibus. & si unas inquit ædes cõmunes.Nam ut supra diximus mœnia.scalæ.ædes.pluraliter declinãtur. Nomía quoq; diuidua siue in singulos distributiua carent numero singulari.ut singuli.æ.a. bini.æ.a.& cætera.ut si dicas perdices eunt singulæ.aut binæ.aut ternæ.dicis quod quælibet incedit singularis aut solitaria.aut quælibet duæ.aut quælibet tres incedũt aut si rursus dixeris ciuibus distribuunt singuli aut bini aut terni aurei:dicis quod cuilibet ciui datur unus aureus:aut duo aurei.aut tres aurei. Poæte tamen aliquãdo ponũt distributiua pro numerabilibus. Vergilius primo æñ. Bina manu lato crispãs hastilia ferro.bina dixit pro duo.& Lucanus in.viii.gurgite septeno dixit pro septẽ gurgitibus.Iunguntur etiam huiusmodi nomina distributiua nominibus pluraliter declinatis:eo modo quo unus.a.um.cum pluraliter declinatur:ut Cicero.binas litteras tuas acccpi.& Vergilius.viii.æñ. Terna arma mouenda:ter lœto sternendus erat.

Nomina certis casibu. deficientia.Dictum est hucusq; de nominibus integris aut altero numero deficientibus:nunc de illis agit:quæ certis casibus deficiunt. Dicitq; in primis quod nomina interrogatiua & infinita & relatiua & negatiua & distri

Nomina certis casibus deficientia.

Vocatiuo carent noía interrogatiua.ut quis? qualis?quantus?cum interrogatiue proferunrur.Et infinita:ut quidam.aliquis.Et relatiua.ut quis.qualis.quantus cum aliquid referunt.Et negatiua.ut nullus.nemo. Et distributiua.ut ambo.uterq;.Et quæ supra memorauimus.bini.æ.a.terni.æ.a.

Ius iuris.rus ruris.os oris.mare maris. Et nomina quintæ declinationis:præterq̃ hic dies. & hæc res. genitiuo. datiuo. & ablatiuo pluralibus deficiunt.

Satias uel saties tãtum nomínatiuũ habet singularis. Præsto utriusq; numeri nomíatiuũ.

Expes ō expes noíatiuũ & uocatiuũ tãtũ habet

Fors ō fors a forte:ntm̃ vtm̃ & abltatiuum.s.

Vis.uim.ō uis.á ui.ntm̃ actm̃ uocatiuũ & ablatiuũ habet tantũ.in plurali uires uirium uiribus ítegrũ est;siue sit á ui siue aliunde.

butiua siue diuidua:carent uocatiuo.Omnia enim hæc uocatiuũ habere nõ possunt:quia ut Priscianus ait:uocatiuus ad alĩquam præsentẽ personá atq; finitam fit:ad quam sermo dirigitur. Ius iuris. Quod hæc quattuor nomina cum nominibus quintæ declinationis præterq̃ hic dies. & hæc res carent genitiuo datiuo & ablatiuo piuralibus.Plinus tamen iunior in epistolis. fontibus. ruribus. & agro dixit. Vergilius. viii. æñ. Componens manibusq; manus atq; oribus ora. & rursus li.x. Quinquaginta oribus ignẽ spectoribusq; arsisse. Cæsar in cõmẽtariis. paulo latiores inquit q̃ quibus in reliqs maribus utimur.Eisdem quoq; casibus deficiunt nomina quintæ declinationis. Neq; enim dicimus specierum speciebus. facierum faciebus:quamquá apud antiquos & antiquarios legamus hec & alia huiusmodi. Apuleius in libro de mũdo. perseuerentiá inquit amiciciæ inter se dedit elementis specierum ipsarum partitio. Cato censorius apud Priscianum.vii.earum facierũ signa domi pro supellectili statuere.iuniores quoq; nõ dubitãt dicere faciebus & speciebus:quod Cicero reformidat.scribit enĩ in topicis.In diuisiõe formæ sũt q̃s græci ideas uocãt.nostri si qui hæc forte tractãt,species appellãt.Nõ pessime id quidẽ:sed inutiliter ad mutãdos casus in dicẽdo.nolim enĩ nisi latine dici possit specierũ & speciebus dicere:& sæpe his casibus utendũ est.at formis & formarũ uelim. Satias & saties nã utrũq; legit:noíatiuũ tãtũ singularẽ habere dicit Phocas.Sillius.iiii.punicorũ. Nec finis saties ue:noui sed sanguinis ardor.& Gellius li.vii.Quorũ satias nũquá ẽ. Accusatiuũ tamẽ secuti proportionẽ fecimus in quodá disticho:ĩ quo solonis celebrẽ sententiá cõplexi sumus.diuitiæ gignunt satiẽ:satiesq; supbũ. Præsto quoq; pro eo quod est p̄sens Valla dicit semp iũgi cum uerbo sum es fui in utroq; numero in rati

one suppositi. Cicero pro murena. laborauit. præsto multis fuit. Idem ad herennium hirundines æstiuo tempore præsto sunt: hyeme pulsæ recedunt. Memini me tamen legere in accusatiuo præsto cum infinitiuo huius uerbi sum. es. fui. constructū: idq; notaueram opinor in epistolis familiaribus Ciceronis. Expes. pro eo quod est sine spe nominatiuū habet & cōsequēter uocatiuū tantum. Horatius in poetria. Quid hoc si fractis enatat expes nauibus. Fors nominatiuū habet & uocatiuū & ablatiuū tātū: In nominatiuo ab Ausonio inter monosyllaba numeratur. Terentius uocatiuū posuit dicens. ō fors fortuna. Vergilius ablatiuū pri. æn. forte sua libycis tempestas appulit oris. Vis genitiuo & datiuo caret. in nominatiuo Vergilius pri. geor. Ni uis humana quot annis. & Salustius in catilina. Omnis nostra uis in animo & in corpe passita est. Vergil. vi. æn. Nec uim tela ferūt. & in pri. ui superū & sæue memorē iunonis ob iram. In numero multitudinis uires uiriū uiribus uires o uires á uiribus dicimus sed an sit a prima positione nominatiui singularis: hoc est uis: an nomen per se pluraliter declinatū: siue ab alia positione numeri singularis quæ non sit in usu: grāmatici dubitare uidētur. Nā Lucretius antiquitatē secutus has uis in plurali dixit. Tabi á tabo. Phocas & diomedes hoc nomen ablatiuū tantū habere dicunt: & reuera genitiuū nō memini me legere. Tabes uero in noīatiuo accusatiuo & ablatiuo tantū reperiri. Itaq; si genitiuo eēt opus potius uteremur tabi q̄ tabis. datiuus a neutro est. Dicionē a dicione. hæc tria nomina duos tantum habere casus accusatiuū & ablatiuū numeri singularis Diomedes & Phocas testātur. dicionis tamen in genitiuo & dicioni in datiuo frequenter utitur Hieronymus in interpretatione sacrarū litterarū: quemadmodum geneseos cap. xxxvii. Nunquid rex noster eris aut subiiciemur dicioni tuæ? Lateres quoq; & lateribus utitur Plinius libro. xxxv. Lateres inquit nū sunt ē sabulo. & ibidē. Luto & lateribus crudis extrui: quis ignorat? Idem quoq; ab eo quod est uicem a uice: in plurali dicimus uices uicium uicibus.

Tabí á tabo genitíuū & ablatiuū tātū habet
Dicionē a dicione. Laterē á latere. uicē á uice. accusatíuū & ablatiuum singularē habēt.
Laterē uero & uicem in plurali integra sūt.
Tantundē & tantidē nominatiuū genitiuum & accusatiuū singularís tantū habet.
O macte & macti tantū in uocatiuo utriusq; numerí reperit. Sponte. ímpete. Natu. obiice. Noctu. Díu. ablattuū tantū habēt numeri singularís.
Suppetias & inficías. accusatíuū tm̄ pluralē.
Grates: noīatíuū actm̄ & uocatíuū pluralis.
Opis opé. ab ope. ntō datiuo & uocatiuo caret
Verbere tantum in ablatiuo: ín plurali uerbera. um. íntegrum est.

Tantundē a tantū & dem particula compositū in nominatiuo genitiuo & actō solū reperit: nemo enī tantodē dixit: at tantidē sæpe reperias: ut apud Terentiū in adelphis tantidē emptam. & in digestis ti. de diuortiis. tantidē æstimata redderes. O macte. est aūt mactus ut sic dixerim auctore festo magis auctus: sed nunquā reperit nisi in uocatiuo cū exhortatione quadā ad uirtutē & gloriā. Verg. ix. æn. Macte puer uirtute noua sic itur ad astra. & Horatius in pri. ser. Macte uirtute esto inquit sentētia dia catonis. & in plurali Plinius libro secūdo. Macti ingenio cæli interpretes. Sponte ablatiuū tantū habere Phocas dixit Vergilius. ii. geor. Spōte sua ueniunt. ubi Seruius dicit: nomē esse nō aduerbiū: quia iunctū est ei genus cū dixit sua. Sed & Gellius li. xii. genitiuum posuit dicēs: spontis sue mortē. Et columela libro. xii. de re rustica. Neq; suæ spontis aquā ministrare patitur. Spons quoq; in noīatiuo Ausonius posuit inter monosyllaba. Impete idē Phocas & cū eo alii cōplures grāmatici in ablatiuo tantū plurali posuerunt. Ouidius. iii. meta. Impete nunc uasto ceu concitus imbribus amnis fertur. Idem in. viii. Sic impete uulnificus sus fertur. Genitiuū etiā protulit Sillius libro. vi. punicorū. Nec frustra rapidi stimulāte dolore fuisset impetis. & Lucretius li. pri. ablatiuū pluralē posuit. d. quamlibet in partem tradunt res ante ruuntq; impetibus crebris. Natu quoq; quod uidetur esse ab eo quod est natus. us. in ablatiuo tantum reperitur. ut cū dicimus grā-

dis natu.maior natu.minor natu:pro eo quod est ætate. Obiice inter ablatiuũ tantum babentia posuit phocas in numero singulari.Sillius tamen libro.iiii. punicorũ dixit in accusatiuo plurali.& firmos certant obiices arcessere silua.& ablatiuũ eiusdẽ numeri Vergilius posuit.ii.geor.d.qua ui maria alta tumescant obiicibus ruptis. Noctu.diu.qui casus ablatiui nõ sunt a nox & dies:sed ab alia forsan positione uenerunt:quæ in usu nõ est:sed neq semper aduerbia sunt:quamuis aliquãdo aduerbialiter posita reperiantur.Ennius apud Gellium:qua galli furtim noctu sũma arcis adorti mœnia concubia.ex duobus igitur adiunctis nocte & cõcubia colligitur noctu esse nomen.Idem quoq in.iii.annalium.Hac noctu filo pendet hetruria tota. & Quadrigarius apud eundem Gellium.senatus de noctu plurima cõuenire.& noctu multa domum demitti.Illud adhuc quod omnem superat antiquitatem repperi in quadã lege duodecim tabularũ.Si nox inquit furtum factum sit: si ira aliquis occisit:iure cæsus esto.nox posuit pro noctu uel nocte. De diu non ita succurrit exemplum:ut ex adiũctis possit ostendi esse nomen.Nam illud Salustii diu noctuq laborare: & illud Gellii libro.xvi.fumare noctu eciã flammigare.Seruius in primo geor.aduerbia esse dicit.

Suppetias & inficias ut ait Valla semper in accusatiuo plurali reperiunt: sed illud constructũ fere cum his uerbis fero.mitto.eo.uenio.hoc uero cum eo.is.tantũ.Plautus tamen epidico.auxilia inquit & suppetiæ mihi sunt domi.Inficias ire idẽ est quod inficiari & negare. Grates in plurali tantũ reperitur.nemo tamen unquã legit gratium & gratibus.Sed grates.Vergilius primo æñ. Grates persoluere dignas.& si dixeris magne grates habẽdæ sunt benefactori:quãq Laurentius hoc nomen poeticum esse dicit:etsi Cicero in.vi.de rep.scripsit. Grates tibi ago summe sol. Opis opem ab ope genitiuũ & accusatiuũ & ablatiuũ singularis numeri habet pro eo quod est auxilium.Vergilius primo æñ.Nõ opis est nostre dido.& in secũdo. Nec spes opis ulla dabatur.In plurali uero pro diuitiis.ut auxilio tutos dimittam opibusq iuuabo.Ops opis est cibile saturni uxor.Opis opis nympha de qua Vergilius.iiii.geor. Atq ephyre.atq opis.Idem.xi.æñ.Velocẽ interea superis ĩ sedibus opim. Verbere ab eo quod esse debuit uerber.eris.tantum in ablatiuo numeri singularis reperitur:nam in plurali uerbera uerberum uerberibus integrum est.

Compositi formam simplex. Quod in principio declinationis nominũ proposuit: nomina simplicia sequi rationem compositorũ:atq ẽ diuerso composita rationem simplicium:idem quoq nunc in declinatione uerborũ repetit:uidelicet quo uerbum simplex seruat rationẽ compositi:& ecõtrario compositum rationẽ simplicis. ut si exploratum habueris quod impleo est secundæ coniugatiõis:& facit in præterito impleui:itelliges etiam quod pleo ples quod uerbum nõ est in usu fuit eiusdem coniugatiõis & fecit in pterito pleui.Atq econtrario si exploratũ habueris quod sono.as.quod est uerbum primæ cõiugationis fecit in præterito sonui:intelliges etiã quod insono.as. est uerbũ eiusdẽ cõiugationis:& facit in pterito insonui. Habet tamẽ hæc regula exceptionem:quæ partim hoc in loco partim in capitibus præteritorũ & supinorũ sequẽtibus explicãda ẽ. Principio itaq excipiũtur cõposita ab hoc uerbo do das dedi:quod cũ sit primæ cõiugatiõis:oĩa cõposita ab illo sunt tertiæ.ut addo.is.addidi. trado.is.tradidi.perdo.is.perdidi.uendo.is.uendidi.credo.is.credidi.sequuntur tamẽ simplicis rationẽ tria tantũ.uenundo.as.uenundedi.circũdo.as.circũdedi.pessundo:as. pessundedi. Cõposita quoq a lauo.as.quod est primæ cõiugationis oĩa sunt tertiæ. ut alluo.is.allui.perluo.is.perlui.diluo.is. dilui.interluo.is.interlui.proluo.is.prolui.

Cõposita pterea a cubo.as.quod est etiã primæ cõiugatiõis:si recipiũt.m.ĩter.u. & b.hoc ẽ si finiunt in umbo.oĩa sũt tertiæ.ut incũbo.is.incubui. procũbo.is.pcubui. accũbo.is.accubui.Quod si.m.nõ recipiunt:nihilominus sequuntur simplicis rationem.ut incubo.as.incubui.procubo procubas procubui.accubo accubas accubui.

De præteritis uerborũ.Caput.iiii.

C Ompositi formã simplex & cõpositiuũ
Simplicis obseruat uerbũ quod põis ubiq;
Præter uenundo.circũdo.do quoq pessum
A do cõpositũ declinat tertia. Iũges. (umbo.
Quod lauo:quodq cubo cõponẽs mittit in

Et mico dat micui:ſed dimico mittit in.aui.
Dat maneo mãſi:ſed i.e.pro.præ.minui dãt
Atq; oleo dat ui.ſed in eui.compoſitiua.
Et cio uel cieo ciui.ſed compoſitiua
Semper ſunt quartæ.lego legi. ſed tamẽ exi.
Hæc tria dãt intelligo.diligo.negligo tantũ
Dat ſapio ſapere.ſed reſipio reſipire.
Quod trahis a pario infinitũ mittit inire.
Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima.
Verbaq; cõponas:ex illis tolle priorem.
Quã retinẽt poſco cũ gnoſco ſtetiq; dediq;.
Dic pupugi cũ re.ſed cũ præ.pone cucurri.

Et mico dat micui. hoc uerbum mico.as.in præterito fecit micui:& ab eo compoſitum emico.as.emicui.Lucanus in primo.qualiter expreſſum uẽtis per nubila fulmen emicuit.Dimico tamen quod ab eo cõpoſitũ eſt:facit dimicaui: quod Priſcianus auctoritate Liuii probat:qui libro.xxiii.ab urbe cõdita ſcribit:iuſta quoq; acie & collatis ſignis dimicatũ eſt: quod nõ potuit dici: niſi á dimico fuiſſet præteritũ dimicaui & ſupinũ dimicatum. Ouidius tamen ſimplicis rationem ſecutus in ſecũdo elegiarũ dixit.hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis. Dat maneo mãſi. Quod maneo manes.facit in præterito manſi: quã rationem ſequuntur compoſita ab illo.ut permaneo permãſi.remaneo remanſi.Quæ uero in cõpoſitiõe mutant.a.in.i.mittunt præteritũ i.ui.ſyllabas. ut pmineo.es. prominui. emineo.es. eminui. immineo.es.iminui.præmineo es.præminui.Præterea illa mittunt ſupina in ſum. ut maneo manſum.permaneo permanſũ. remaneo remanſũ.emaneo emãſum. hæc uero carent ſupinis. quod uero dicit ſed in. e. pro. præ.intelligit quod compoſita á maneo cum illis præpoſitionibus ſi modo mutant a.in.i.faciũt ꝑteritũ in.ui.ſyllabas. Atq; oleo dat.ui.ꝙ oleo oles.ut infra dicemus mittit præteritum in.ui.ſyllabas: tamen ab eo compſita maximequæ mutant ſignificationem mutant præteritum eui.ut adoleo.es. adoleui. aboleo.es.aboleui.Soleo quod ab eo compoſitum uidetur ſolitus ſum uel ſolui triſyllabũ fecit.Saluſtius ſecũdo hiſto.Neq; ſubſidiis uti ſoluerat:a quo rurſus compoſitum obſoleo obſoleui fecit. Et cio uel cieo.quod ab hoc uerbo cio cis quod eſt quartæ coniugationis uel cieo cieo:quod eſt ſecundæ:omnia compoſita ſunt quartæ coniugationis.ut concio concis cõciui.accio accis acciui.excio excis exciui. Lego legi.quod hoc uerbum lego legis cum ſuis cõpoſitis mittit præteritum in.egi.ut lego legi. perlego perlegi.relego relegi.colligo collegi.Tria tamen mittunt Præteritum in.xi.intelligo intellexi.diligo dilexi.negligo neglexi.Quamquã æmylius macer ſimplicis rationem ſecutus dixit.omnium noſtrum neglegerit auctoritatem pro neglexerit.

Dat ſapio ſapere.quod hoc uerbum ſapio.is.tertiæ coniugatiõis eſt:atq; ab eo cõpoſitum deſipio.is.deſipere:reſipio tamẽ auctore diomede nõ reſipere:ſed reſipire facit.ac ſi per quartam uerborum coniugationẽ declinetur. Quod trahis a pario. quod a pario paris cõpoſita: quamuis ſuum ſimplex ſit tertiæ coniugationis:ipſa per quartã declinãtur.ut comperio.is.comperire.reperio.is.reperire.operio.is.operire. aperio aperis aperire. Quod ſi præteriti.quod uerba cuiuſcunq; coniugatiõis geminantia in præterito ſyllabas primas:cum in compoſitionem ueniunt: amittunt ex illis priorem.ut ſpondeo ſpondes pſopondi.reſpondeo.es.reſpondi. deſpõdeo.es. deſpondi.pendeo.es.pependi.dependeo.es.depẽdi. tondeo.es.totondi. detondeo.es. detondi.pro quo antiquiores etiã detotondi protulerunt.ut Varro detotonderat forcipibus.Sunt aũt uerba geminantia primas in præterito ſyllabas:niſi quid me fallit: tria & uiginti.primæ coniugationis duo.do das dedi.ſto ſtas ſteti.ſecundæ quattuor mordeo.es.momordi.ſpondeo ſpondes ſpopondi.tondeo tondes totondi. pendeo.es. pependi.Reliqua omnia ſũt tertiæ.Pario.is.peperi.diſco.is.didici.poſco.is.popoſci. parco.is.peperci.cado.is.cecidi.cædo.is.cecidi.pendo.is.pependi. tendo.is. tetendi. tundo tundis tutudi.tango tangis tetigi.pungo pungis pupugi.pãgo pãgis pepigi. fallo fallis fefelli.pello pellis pepuli.tollo tollis tetuli.cano canis cecini.curro curris cucurri. Scindo quoq; apud antiquiores ſcicidi faciebat.Affranius.Satis fortiter paulo ueſtras ſcicidiſtis colus.Actius.Non ergo ut prædicant ſciciderat pectus. Næuius

ímmo quod ſciciderám:conſcíndam atq; abiiciam.Ennius. Cum ſaxum ſcicíderít.
Apud iuniores tamen ſcidi facit.Lucanus in.iii.Qua mare tullurem ſubitis aut obru
it undis:aut ſcidit.Papinius.viii.theb.& uiridem ſcidit horrida ueſtem. Siue igitur
geminet præteritum:compoſita priorem ſyllabam amittunt:ſiue non geminet:ratio-
nem ſimplices ſequuntur.ut abſcindo abſcindis abſcidi.conſcindo.is.cóſcidi.reſcin-
do.is reſcidi. Deinde dicit:quod ab hac regula excipiuntur cõpoſita á poſco poſcis
popoſci.& á diſco diſcis didici.quia in præterito priores ſyllabas nõ amittunt. ut de
poſco depoſcis depopoſci.repoſco.is.repopoſci.addiſco.is.addidici.dediſco.is. dedi-
dici. Præterea compoſita a ſto ſtas ſteti.& do das dedi.retinent etiam priorem illam
ſyllabam in præterito:niſi quod mutát.e.in.i.ut reſto reſtas reſtiti.conſto conſtas cõ-
ſtiti.præſto p̃ſtas præſtiti.trado tradis tradidi.reddo reddis reddidi.credo credis cre-
didi. Sed a do compoſita quæ cum ſimplici per primam coniugationem declinantur:
non mutát in præterito.e.in.i.ut uenundo uenundas uenundedi. circundo circũdas
circũdedi.peſſundo peſſundas peſſundedi. Pungo pungis.quádo componitur cum
re.repupugi facit. Vnde caper apud Priſcianũ:cum ei qui nos pupugit talioné:ideſt
uicem á nobis redditam oſtendimus:repupugi dicimus.cum aliis præpoſitionibus cõ
poſitum alterius præteriti hoc eſt punxi rationem ſequitur. ut expungo.is. expunxi.
diſpungo.is.diſpunxi. compungo.is.compunxi. Curro quoq; cum præ etiá eandẽ
retinet.ut Plautus in ſticho.Præcucurri ut nunciarem nuncium exoptabilem.Teren
tius in ecyra.Vna illarum interea propere præcucurrit.Alias uero eandem amittit.
Vergilius.iiii.æñ.Ecce fere ſũmo deiectæ uertice capræ decurrere iugis. Liuius.xx.
Ab urbe condita & ſi fortius procurriſſent.

De præteritis primæ cõiugatiõis.
Prȩteritũ primæ facit.aui.Demito pauca
Quæ mittũt in ui diuiſas.ut crepo nexo.
Et cubo cũq; tono ſono iũge.domoq; uetoq;
Et ſeco.cũq; mico frico.Sed duo dát & i aui.
Hæc plicat.atq; necat. Sed de iuuat accipe iu-
Prȩteritũ ſto.do.miſerere ſtetiq; dediq;.(uat.

De præteritis primæ coniugationis.Quoniá ſupra dictum eſt in coniugatione uer
borum proportionem eſſe ſequẽdá illorum quattuor quæ in primo libro per modos
tempora. numeros & perſonas
explicauimus:atq; íſuper ne qd
in ea re fallere nos poſſet forma
tionem adiecimus: iam tempus
eſt ut de præteritis uerborũ at-
q; ſupinis diſſeramus: quæ ipſa
ab analogia uerborũ aliquanto
diſceſſere.& quodammodo alte
ræ uerborũ poſitiões habendæ
ſunt. Ná & a præterito ſex illa
tẽpora formantur:quæ in uoce
paſſiua circũloquimur.& a ſupi
no tum participia quædá tũ nomina participialia formari docemus. Imprimis illud
animaduertendũ eſt præteritũ perfectũ indicatiui modi aut parium eſſe ſyllabarum
cũ prima pſona pñtis eiuſdẽ modi. ut iuuo iuui.lauo laui.doceo docui.habeo habui.
lego legi. ſcribo ſcripſi. audio audiui.munio muniui. Aut minuit una ſyllaba.ut fa-
ueo faui.facio feci.cõperio cõperi. Aut creſcit una ſyllaba.ut amo amaui..cado ceci-
di. Præterea exit præteritũ in uarias terminatiões.In.bi.tátũ tertiæ.ut bibo bibi.
In.ci.etiá tertiæ.ut facio feci. In.di.unũ tátũ primæ do dedi.ſecundæ plura ut ſedeo
ſedi. tertiæ adhuc plura ut ſcando ſcandi. In.gi.tantũ tertiæ.ut fugio fugi. In.li.ter
tiæ quoq; tantũ.ut fallo fefelli.In.mi.unum tantũ tertiæ emo emi.In.ni.tantũ tertiæ
cano cecini.In.pi.tertiæ tantũ.ut rumpo rupi.In.ri.tertiæ & quartæ.ut pario peperi
cõperio cõperi.In.ſi.ſecũdæ tertiæ & quartæ.ut fulgeo fulſi.ludo luſi.fulcio fulſi. In
ti.tantũ tertiæ.ut uerto uerti.atq; unũ primæ ſto ſteti.In.xi.ſecũdæ tertiæ & quartæ.
ut lugeo luxi.dico dixi.ſancio ſanxi.In.ui. ſyllabam oĩum quattuor coniugationum.
ut amo amaui.faueo faui.ſino ſiui.audio audiui. In.ui.uocales etiam omnium quat-
tuor.ut ſeco ſecui.doceo docui.colo colui.amicio amicui. Igitur primæ coniugatio
nis uerba mittunt præteritũ perfectum indicatiui in.aui.fiuntq; a ſecunda perſona
præſentis indicatiui modi numeri ſingularis.s.finali mutata in.ui.ut amo amas ama
ui.ambulo. ambulas. ambulaui. Excipiuntur tamen pauca mittentia præteritum
in.ui.diuiſas. ea ſunt Crepo crepas crepui. & ab eo cõpoſita.ut diſcrepo diſcrepui.
cõcrepo cõcrepui.increpo ĩcrepui:quod apud Plautũ repiẽ increpaui. Perſius. ſi ĩcre-

puit.ceſſas nugator. Nexo.as.nexui.uel nexo.is.nexui.nam primæ & tertiæ coniugationis reperitur. Vergilius.v.æñ.Nexantem nodis:ſeq; in ſua membra plicantem. Liuius andronicus apud Priſcianum.Nexebant multa interflexunodorũ dubio. Vergilius.v.æñ.Et paribus palmas amborum innexuit armis. Cubo.as.cubui.& abeo compoſita quæ ſunt primæ atq; etiam tertiæ coniugationis.ut accubo.as.accubui accumbo.is.accubui.Plautus in menechinis regulam ſecutus dixit.prandi.potaui.ſcortum.accubaui.Apuleius.vi.meta.Europã iquit tauro ſupercubaſſe.Hieronymus quoq; in ezichiele cap.xviii.etiam ſimplex in.aui.fecit:quare mater tua leæna inter leones cubauit. Tono.as.tonui.& ab eo cõpoſita.ut pertono.as.pertonui. intono.as.intonui. Sono.as.ſonui.Manilius tamẽ.v. aſtronomicon regulã ſecutus dixit. Auras per extremas reſonauit flebile ripas. Apuleius quoq; in.v.meta.aciem dixerit: & claſſicũ perſonauit. Domo.as.domui.perdomo.as.perdomui.indomo.as. indomui

Veto.as.uetui.Seco.as.ſecui.Mico.as.micui.Ouidius.vii.meta. Neq; enim micuerunt ſydera fruſtra.dimico tamen ut ſupra diximus & dimicui & dimicaui facit. Frico.as.fricui. Sed duo dant & in.aui.quod hæc duo uerba plico.as.& neco.as.mittũt præteritũ non ſolum in.ui.ſyllabas.ſed etiam in.aui.unde dicit:ſed duo dant & pro etiam in.aui.ut plico.as.plicui uel plicaui. & ab eo cõpoſita.ut explico.as.explicui ul' explicaui.implico.as.implicui uel implicaui.applico.as.applicui uel applicaui.Supplico tamen:duplico.triplico.multiplico.& ſimilia cum nominibus numeralibus & plico cõpoſita mittunt præteritũ in.aui.ſemper.ut ſupplicaui.duplicaui.multiplicaui. Neco.as.necui uel necaui. De iuuat accipe iuui.quod hoc uerbum iuuo relicta proportione uerborũ primæ cõiugationis mittentiũ præteritũ in.ui.diuiſas & in.aui.miſit præteritũ extrita ſyllaba:fecitq; iuui.quamquã Manilius in quarto aſtronomicon etiã iuuaui dixit.Syllabam quoq; expunxit lauo.as.quod fecit laui: quamquã & lauaui apud auctores reperiatur. Præterea diuerſum in modum exeunt hæc duo uerba ſto ſtas.quod fecit ſteti.& do das.quod fecit dedi.de compoſitis illorũ paulo ante diximus.

De præteritis ſecundæ coniugationis.Quod uerba ſecundæ cõiugationis mittunt præteritũ in.ui.diuiſas. ut debeo.es. debui.noceo.es.nocui.ſtudeo.es. ſtudui. uigeo es.uigui.doleo.es.dolui.tumeo.es.tumui.teneo.es.tenui.ſtupeo.es.ſtupui. deliqueo es.delicui.denſeo.es.denſui.niteo.es.nitui. Ardeo mulgeo.quod in ſi mittunt præterirum uerba quæ hic ponuntur. Ardeo.es.arſi.exardeo.es.exarſi. Mulceo.es.mulſi. pmulceo es.permulſi. Ennius apud priſcianũ. Mulſerat huc nauẽ compulſam fluctibus põtũ. Rideo es.riſi.derideo.es. deriſi. Suadeo.es.ſuaſi.perſuadeo.es.pſuaſi. Torqueo.es.torſi.cõtorqo es.cõtorſi. Algeo.es.alſi.Mulgeos.es.mulſi.quod etiam miſit præteritũ cõmune cũ mulceo. Vergil.iii.geor.Quod ſurgẽte die mulſere horiſq; diurnis.Fulgeo.es.ulſi.quod etiã fulgo. is.per tertiã declinatur. Tergeo.es.terſi.quod etiã tergo.is.per tertiã dicitur. Turgeo.es. turſi. Ennius apud priſcianũ cyclopis uẽter uelut olim turſerat alti carnibus humanis diſtẽtus. Vrgeo.es.urſi.quamquã Phocas de hoc uerbo dicat neſciri qũo præteritũ mittat. Indulgeo.es.indulſi.Iuuenalis.Et uentri indulſit nõ omne legumẽ. Maneo.es.manſi. de cuius cõpoſitis in ſuperioribus dictũ eſt. Hæreo.es.hæſi.adhæreo.es.adhæſi. Sorbeo.es.ſorpſi.abſorbeo.es.abſorpſi.exorbeo.es.exorpſi.quæ mittũt etiã præteritũ regularem in.ui.diuiſas.ſorbui.abſorbui.exorbui. Lucanus in.iiii. Abſorpſit penitus rupes ac tecta ferarũ.Cicero in philippicis.Sanguinẽ ciuilẽ exhauſit uel potius exorbuit. Iubeo.es.quod in pterito iuſſi per.s.duplex fecit. In.xi.ptereunt.quod

De præteritis ſecundæ cõiugatiõis.

PRæteritũ per.ui.uocales pone ſecũdæ
Ardeo.mulceo.rideo.ſuadeo.torqo dãt ſi
Algeo.mulgeo.fulgeo.tergeo.turgeo.iũges.
Vrget.& ĩdulget.manet.hæret. Sorbeo.pſi.
Siue bui.iubeo.iuſſi: quod &.s.geminauit.
In.xi.prætereunt hæc frigeo.conniueoq;.
Augeo.mulgeo.lugeo.luceo.Quattuor ĩ di
mittunt præteritũ:quæ ſunt uideo ſedeoq;.

uerba quæ hic ponuntur mittunt præteritũ in.xi.ut frigeo.es.frixi.nõ ut quidam dicunt frigui.Iuuenalis.Et si perfrixit.cantat bene.Martialis.Perfrixisse tuas questa est pfatio fauces.& Terẽtius.refrixerit res. Conniueo.es.cõnixi. Turpilius apud Priscianũ.Dum ego connixi somno. Augeo:es.auxi.adaugeo.es.adauxi. Mulgeo.es.mulxi.quod quemadmodũ paulo ante diximus fecit etiam mulsi. Lugeo.es.luxi.atq etiam luceo.es.luxi.præteritũ habent cõmune. Quattuor in di.quod quattuor uerba quæ hic explicantur:mittunt præteritũ in di.ea sunt.uideo.es.uidi. prouideo.es.prouidi. Sedeo.es.sedi. desideo.es.desedi:strideo.es.stridi.uel strido.is. per tertia.n quod etiam facit stridi. Prandeo.es.prandi.quod etiam pransus sum facit: quemadmodum & illa gaudeo & audeo q̃ apud antiquissimos fecerũt præterita gauisi & ausi.nunc gauisus sum & ausus sum dicimus. Liuius andronicus apud Priscianum. Quoniam audiui inquit pacem gauisi. Cato Censorius apud eundẽ.ex illo die non ausi recusare. Sed tamẽ addes. quod quattuor uerba quæ hic ponuntur:mittunt etiam præteritum in di:geminantq primas præteriti eiusdem syllabas. Ea sũt mordeo.es.momordi: quod etiam ut auctor est Gellius.vii.noc.memordi fecit apud antiquiores. Ennius.at si me canis memorderit.& laberius.de integro patrimonio meo cẽtum milia nummũ memordi. Nigidius.Serpens si memordit:gallina deligitur. Spondeo.es.spopondi: quod etiã spepõdi fecit.Gracchus quæstor mancino in hispania fuerat:& cæteri qui pacem spoponderant. Pendeo.es.pependi.tondeo.es.totondi.quorũ alterũ.e.habet:ab altero tetondi nõ reperitur. A leo siue pleo.quod uerba cõposita a leo.es. & pleo.es.quæ uerba nõ extant:mittũt præteritũ in eui.ut deleo.es.deleui.releo.es.releui. suppleo.es.suppleui.repleo.es.repleui.compleo.es.cõpleui. Duo quoq uerba mittunt etiã præteritũ in eui.fleo fles fleui.neo nes neui. Cieo cies ciui. Vergilius pri.æñ.Bella cient:primaq uetant consistere terra.Idem in.vi.lachrymasq ciebat.& in eodẽ ære ciere uiros:martemq accendere cantu.& in.iiii.tonitru cælum omne ciebo. Reperitur etiam per quartam:Lucretius.auarum cimus ad ortus. & illud ex hymno qui in re diuina canitur.Iesum ciamus uocibus.Plinius etiam frequenter hac ratione declinandi utitur dicens.aluum cit.urinam cit.Cõposita ut diximus semper sunt quartæ cõiugationis.ut accio.is.acciui.excio.is.exciui. Oleo.es.olui.Horatius pri.episto.Vina fere dulces oluerunt mane camœne.Martialis atq oluere lares cõmessatore lyæo.quãquã & oleui posse facere ex analógia cõiectamus:quia fecit in supino oletũ. Persius.ueto quisquã faxit oletũ.Nã ab eo cõposita ea maxime q̃ mutãt significationẽ a simplici in eui mittũt pteritũ.queadmodũ supra diximus. Sed ueo dat ui.quod uerba desinẽtia in ueo mittunt præteritũ in ui.syllabam:ueo mutata in ui. ut moueo moui.foueo foui.ferueo ferui.uoueo uoui.caueo caui.paueo paui. cõniueo conniui. Crassus in iliade.Nã cõniui ego oculos deinde sopore:quod etiã cõnixi pteritũ fecit:

Strideo seu strido cũ prandeo. Sed tñ addes
Quorũ præteriri geminatur syllaba prima
Hæc sunt mordeo.spõdeo.pẽdeo.tõdeo tãtũ
A leo siue pleo deductũ mittit in eui.
Adde fleo atq neo.Sed dat cieo tibi ciui.
Dic oleo per.ui.diuisas.Sed ueo dat ui.

De præteritis tertiæ cõiugatiõis.

T Ertia præteritũ diuerso fine reponit.
Dat iacio ieci.facio feci.Tamen exi.
Allicio mittit.& pellicio.illícioq.
Quod spício uerbũ cõponit iũgitur illis.
Elicio dat ui diuisas.meioq minxi.

De prætetitis tertiæ cõiugatiõis. quod uerba tertiæ cõiugationis mittunt præteritũ in multo plures terminationes q̃ aliarũ trium cõiugationũ:& primo ponit præterita uerborũ habẽtium.i.ante.o.in prima positione:deinde prosequet̃ de habẽtibus cõsonãtes ante.o.Dicit igitur in primis quod duo reperiunt̃ uerba desinentia in cio.mittentia pteritũ in .eci.ea sunt iacio ieci.facio feci:cũ suis cõpositis.ut abiicio abieci.deiicio deieci.perficio perfeci.cõficio cõfeci.Et cõposita alicio.is.& spicio.is:quæ uerba nõ extãt q̃ mittunt pteritũ in.exi.ut allicio.is.allexi.pellicio.is.pellexi. illicio

illicis illexi.quæ etiam in.ui.ſyllabas reperiuntur.ut Piſo apud priſcianũ.cuius uni us præmio multorum allicuit animos.& Varro:deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda ſaporis.Elicio uero tantum elicui facit.Liuius libro.iiii.Ab urbe condita ad colloquium uatem elicuit.De compoſitis á ſpicio.is.aſpicio aſpexi.reſpicio reſpexi.cõſpicio conſpexi.inſpicio inſpexi.circũſpicio circũſpexi. Meio meis.quod habet.i.conſonantẽ ante.o.minxi facit in præterito.nec eſt ab eo quod mingo:quod nuſquã reperit̃.Horatius ſecũdo ſermo.Ditior aut formæ melioris meiat eõdem. Martialis. Matella curto rupta latere meiebat.Idẽ minxiſti currente ſemel pauline carina meiere uis iterum iam palinurus eris.& Iuuenalis cuius ad effigiem non tantũ meiere fas eſt.Participiũ quoq; præſentis poſuit Catullus dicens. Meientis mulæ cunnus olere ſolet.Nam quod in ſacris litteris legitur ſæpe nõ reliquit uſq; ad mingẽtẽ ad parietẽ: aut mendum eſt:aut nõ dicitur latine. Dat fodio fodi.quod in dio unum tantũ reperitur uerbum fodio.is.quod facit fodi.& ab eo compoſita.ut defodio defodi.effodio effodi. Vnum quoq; in gio fugio fugi.& ab eo compoſita.ut confugio confugi.

Dat fodio fodi.Sed dat fugio quoq; fugi.
Dat rapio rapui.Sapio ſapui.atq; ſapiui.
Cœpio dat cœpi:uenit unde incipio uerbũ.
V ſi uocalis præueniat.o.tibi purum.
Præteritũ per.ui.diuiſas ponere debes.
At fluo dat fluxi.ſtruo ſtruxi.ſed pluo pluui
Si tamẽ.u.liquidũ præit.o tũc præterit in.xi.
Vt tinguo.linguo.coquo.ſed 'dat linq̃re liq.

refugio refugi. In pio reperiuntur Rapio.is. rapui. & ab eo compoſita.ut corripio corripui eripio eripui. Sapio ſapui uel ſapiui. Plautus in rudente. Pol magis ſapuiſſet:ſi dormiſſet domi.Affranius equidem nunc reſipui:poſtq̃ pectus læticia ẽ onuſtum.Næuius.quando ego plus ſapiui:qui fullonem compreſſi. Sed reſipio quemadmodum diximus ad quartam cõiugationẽ ptinet auctore Diomede. Cupio cupis cupiui:quod etiã antiquiores per quartã declinabant. Lucrecius.Effingere ut arte naturæ primus terrarum clauſtra cupiret. Capio.is.cepi. ſine diphthongo. Nam cœpi per œ diphthongon ab eo quod eſt cœpio.is.uenit:quod nõ eſt in uſu:quã q̃ apud Terentiũ in adelphis reperitur:prius inquit olfeciſſem: q̃ ille quicq̃ cœperet: pro inciperet.Plautus in menechinis.Neq; pugnas uelitis cœpio.Cato. Cœpiá ſeditioſa uerba loqui.ab hoc cõponitur incipio ĩcipis ſecũda producta quod facit in præterito incœpi per.œ.diphthonhon.nam a capio.is.incipio incipis.ſecundã breuiat. & in præterito incepi ſine.œ.diphthongo facit. Interpoſuit quoq; duo uerba:alterum in rio.hoc eſt pario:quod facit in præterito peperi:quod ueteres per quartã etiã coniugationẽ proferebãt.ut Ennius.oua parire ſolet genus pẽnis condecoratũ. Alterum in tio.hoc eſt quatio.is. quod fecit quaſſi per duplex.s.quod prætetitũ & ſi in uſu nõ eſt:reperiuntur tamen cõpoſita ab illo.ut concutio concuſſi.percutio percuſſi diſcutio diſcuſſi.furio.is.q̃q̃ a grãmaticis inter uerba carentia præteritis numeratur Sedulius tamẽ dixit.Nec minus & darii furuerũt iuſſa tyranni. V ſi uocalis.u. littera apud latinos triplici fungitur officio:nam aut eſt uocalis.aut liquida.aut conſonans.Vocalis eſt cum ſequentem uocalem nõ ferit.ut ruo ruis. Liquida cum neq; ſonum habet ut uocalis:neq; ſequentem uocalem ferit:ſed quodãmodo in pronunciatione langueſcit.ut tinguo tinguis.Conſonans eſt cum uocalem ſequentem ferit:ut ſoluo ſoluis.triplex itaq; ponitur regula uerborum habentium.u.litteram ante.o.finalem. Prima itaq; eſt:quod uerba habentia.u.uocalem ante.o.purum.i.nulla conſonante miſtum:nam uocalis pura dicirur a græcis quam nulla conſonans ferit: mittunt præteritũ in.ui.diuiſas.ut acuo.is.acui.imbuo.is.imbui.induo.is.indui.metuo metuis metui.arguo.is.argui.nuo.is.nui.In.xi.uero mittunt præteritũ duo ex illis fluo.is.fluxi.& ſtruo.is.ſtruxi.Pluo quoq; alium in modum miſit præteritum: hoc eſt pluui.Liuius ſecũdo ab urbe.lapidibus pluuiſſe.& iterum.xxiiii.ſanguine pluuit.

Si tamen.u.liquidum.quod uerba.u.liquidum ante.o.mittũt præteritũ in.xi. ut tinguo.is.tinxi.extinguo extinguis extinxi.unguo.is. unxi.linguo.is.linxi.ninguo is.ninxi:coquo.is.coxi.ſtinguo.is.ſtinxi.Linquo tamen amiſſa.u.littera diuerſum in modũ miſit p̃teritũ.hoc ẽ liqui & ab eo cõpoſita.ut delinquo deliq.relinquo reliqui.

Quattuor in uo.ſunt hæc uoluo ſoluoꝙ caluo
In ui præteritū mittētia. Viuoꝙ uixi.
Bo.finita dabis in bi.ſed nubere nupſi.
Scriboꝙ dat ſcripſi. Per ui.q̃ de cubo ducis.
In.ui.præterirū mittit:quod deſinit in ſco.
S.tamē ablata.de poſco mitte popoſci.
De diſco didici.ſed præteritis caruere:
Gliſco cū uerbis quæ dicunt inchoatiua.
Aut mutuo capiūt a uerbis unde trahūtur.
Compeſco dat ui.diſpeſco iungitur illi.
Ico dat ici.uincoꝙ uici.parco peperci.
Seu parſi.dico dat dixi.ducoꝙ duxi.
O.mutatur in.i.ſi uerbū deſinit in do.
N.tamē amittunt tria ſcindo.findoꝙ. fūdo
Sed geminat tundo tutudi.cædoꝙ cecidi.
Pendo pependi dat.cecidi cado.pedo pepedi.
Atꝙ tetendi dat tendo:ſed di geminatur
A do compoſitis.his credo.uendoꝙ iunges.

Quattuor in uo ſunt.quod habentia.u.conſonantē ante.o.tria mittunt præteritum in ui.ſyllabā.hoc ē uoluo.is.uolui.ſoluo.is.ſolui.caluo.is.calui. Saluſtius.iii.hiſto.apud priſcianū infinitiuū paſſiuū protulit dicens.contra ille calui ratus.pro decipi.ſed deponēs ꝓtulit Plautus ĩ caſſina:ubi domi ſola ſum ſoror: manus caluitur.i.decipit.inter hæc poſſet numerari cauo cauis caui pro eo quod eſt caueo.es.neꝙ enim ſecūdā perſonā imperatiui modi ſingularis numeri in.e. breuem terminaret.niſi huius eēt ordinis. Propertius. Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ.& Horatius. Tu caue ne minuas: tu ne maius facias id. Vnū uero miſit præteritum in.xi. uiuo is.uixi. Bo finita dabis in bi.Incipit differere de præteritis uerborū habentibus conſonantē ante.o.finalem.& primo de deſinentibus in.bo. & dicit quod mittunt præteritū in. bi. bo.mutata ĩ bi.ut bibo.is.bibi. ſcabo.is.ſcabi. glubo.is. glubi. lābo.is.lābi. Ouidius.vi.meta. Vberaꝙ ebiberant auidi lactentia nati. Lucilius.lucūduſꝙ puer qui lamberat ore placentas. Idem.ſcaberat ut porcus cōtritis arbore coſtis. In pſi uero duo uerba mittunt præteritū nubo is.nupſi.& ſcribo.is.ſcripſi. Cōpoſita uero a cubo.as.quæ accepta.m.littera per hāc cōiugationem inflectūtur extrita.m.mittunt præteritū in.ui.diſiunctas:de quo in principio capitis huius dictum eſt. In ui.præteritū.quod uerba deſinentia in ſco.mittunt præteritū in.ui.ablata.s. & co.finali mutata in.ui.ut paſco.is.paui.cuius cōpoſita ut in principio huius capitis dictū eſt in.ui.ſyllabas mittūt præteritū cōpeſco.is. cōpeſcui.diſpeſco.is.diſpeſcui. creſco is.creui.noſco.is.noui.quieſco.is.quieui.ſueſco.is.ſueui. Sed duo uerba gemināt in præterito primas ſyllabas.mittuntꝙ præteritū in.ci.ea ſunt. Poſco.is.popoſci. diſco is.didici. Antiquiores tamen ut Gellius li.vii.nocti.ſcribit:pepoſci pro popoſci. dicebant. Valerius antias in annalibus.diem a.Q.martio prætore pepoſcit. Deinde dicit quod uerba quæ ab aliis grāmaticis dicūtur inchoatiua:a Laurentio cōtinuum incremētum ſignificātia carent præteritis. Laurentius tamen illa præterita magis propria eſſe dicit inchoatiuorū q̃ primitiuorum.ut caleſco.is.calui.cuius opinioni refragari uidetur Nonius Marcellus:qui dicit hoc uerbū caleſco.is. apud antiquiores feciſſe caleſci. inducitꝙ Catonē cenſorem de bello carthaginenſi dicentē. Aures nobis caleſcerūt ad iniurias. Ratio aūt uallæ in hoc ſtat:quod cum inter macreo & macreſco illa ſit differētia quod cū macreo ſignificet macer ſum.marceſco macer fio:macrui in ꝑterito potius ſignificat macer factus ſum:q̃ macer fui.& eodem modo de ſilibus.
His dicit annumerari hoc uerbū gliſco.is.quod ipſum cum ichoatiuū nō ſit formā tamen inchoatiuorū habet.antiquiores gliſcor.eris declinabāt:ut Marcellus auctoritate Sempronii probat. Cōpeſco.is.& diſpeſco.is.etſi cōpoſita ſint a paſco.is.paui. cōpeſcui & diſpeſcui fecerūt. Ico dat ici.de nō habētibus.s.ante co.dicit:quod hoc uerbū ico icis.facit ꝑteritū.ici. Cælius apud priſcianū:qui cum his ita fœdus iciſtis. Vinco præterea ablata.n.facit uici. & parco quod in præterito primā geminauit peperci. Lucanus in.ii.ſanguinis effudit iugulo flāmiſꝙ pepercit.facit etiā parſi: ut apud Terētiū.hancine ego uitā parſi perdere. Plautus.duorū ego hoīum labori par-

fiſſem libẽs.fecit quoq; apud antiquiores parciui.Næuius apud Marcellũ nemo parci
uit ſuo labori. Duo ſunt facientia præteritũ in.xi.dico.is.dixi.duco.is.duxi.

O mutatur in.i.quod huius coniugatiõis uerba finita in.do.mittunt præteritũ.o.
finali mutata in.i.ut ſcando.is.ſcandi.pando.is. pandi.defendo.is.defendi. offendo
is.offendi.aſcendo.is.aſcendi.deſcendo.is.deſcendi.quod etiam feciſſe deſcendidi fi
nali ſyllaba geminata cõfirmat Gellius auctoritate Valerii antiatis:qui dixit.deinde
funere locato ad forum deſcẽdidit.Laberius quoq; in catulario apud eundem Gelliũ:
Ego inquit mirabar:qũo mammæ mihi deſcẽdiderãt. A ſido.is. Priſcianus dicit ſe
præteritũ nõ repperiſſe:ex proportione tamẽ ſidi debuit facere:quẽadmodũ & ſtrido
is.uel ſtrideo.es.ſtridi.Ab edo.es.pro eo quod eſt comedo Martialis fecit edi in præte
rito.boletus inquit qualẽ claudius edit.edas.nam pro eo quod eſt publicare:edidi fa-
cit:cum á do das cõpoſitũ ſit. Deinde dicit quod.n.litterã in præterito diſpungũt
tria uerba ſcindo.is.ſcidi.findo.is.fidi.fundo.is.fudi.A.gellius.vii.noc.a ſcindo.is.
præteritũ dicit fuiſſe ſcicidi prima ſyllaba geminata.idq; Priſcianus actii auctoritate
confirmat dicentis.nõ ergo aquila uti prædicant ſciciderat pectus:quod & aſſimoni-
us in arte quam ad Conſtantinũ cæſarem ſcripſit:ſolum in uſu eſſe putat: cum Luca-
nus in tertio dixerit:tellurem ſubitis aut obruit undis aut ſcidit.& Martialis Vnguẽ
tum fateor bonũ dediſti conuiuis here:ſed nihil ſcidiſti. Deinde dicit quod ſex uer
ba quæ hic explicãtur:geminant primas præteriti ſyllabas. ut tundo.is.tutudi: quod
n.in præterito amiſit:quẽadmodũ & tria ſuperiora.Cædo.is.per.æ.diphthõgon pro
eo quod eſt ferio:quod fecit cecidi penultima longa.nam cado.is.cecidi pro eo quod
eſt labor penultimã breuiat. Pendo.is.pependi.pro eo quod eſt ſoluo penſionẽ ſiue
ſuſpendo:habetq; præteritũ cõmune cum hoc uerbo pendeo.es.quod ſignificat ſuſpẽ
ſum eſſe. Pedo.is.pepedi.Horatius.quantum ueſica pepedi.Tendo.is.tetendi. Cõ
poſita quoq; á do das dedi:quæ per hanc coniugationẽ declinantur:geminant finales
præteriti ſyllabas.ut addo.is.addidi.perdo.is.perdidi.trado.is.tradidi.prodo.is.pro
didi.ſed quemadmodũ facile apparet á do das uerba eſſe compoſita cum proportione
ita nõ ſatis liquet an credo & uendo ſint compoſita illud á cretus & hoc a uenum. eſt
enim credo quaſi cretum do.& uenundo:quaſi uenum do. In ſi.prætereunt.
quod uerba quæ hic ennumerãtur:mittunt præteritũ in.ſi. ut claudo.is.clauſi: quod
etiam cludo.is. cluſi declinatũr

In ſi.prætereunt hæc claudo.diuido. plaudo.
Et ludo..lædo.cum rado.rodoq; trudo.
Et uado.cudo dat cuſſi.cedoq; ceſſi.
In.go.quod uerbum finitur præterit in.xi.
Spargo ſparſi.mergo merſi.tergoq; terſi.

propter illam affinitatem quæ
eſt inter au.diphthongon &.u.
Martialis.Videor mihi meo iu-
re facturus: ſi epiſtolá uerſibus
cluſero. Diuido.is.diuiſi.Plau
do.is.plauſi.cuius cõpoſita mu-
tant au.in.o.propter affinitatẽ
quæ eſt inter au.&.o.ut cõplõ-
do.is.cõploſi.explõdo.is.exploſi.diſplodo.is.diſploſi.Ludo ludis luſi.lædo ledis leſi.
cuius compoſita mutant.æ.diphthongon in.i.longum.ut collido.is.colliſi.illido.is.
illiſi.allido.is.alliſi.Rado radis raſi.Rodo rodis roſi.Trudo trudis truſi.Cudo cudis
cuſſi.ſecundum Diomedem cariſium & Phocam.Atuero Priſcianus in illud Vergilii
primo æñ.Ac primum ſilicis ſcintillam excudit achates:excudit ĩquit tam præſentis
ꝗ præteriti eſt:ſed quia Vergilius ſuccepit ſubiunxit:melius præteritum poteſt ĩtelli
gi.idq; etiam Seruius comprobat exponens illud uerbum.excudit inquit.i. feriendo
eiecit. Cedo præterea pro eo quod eſt do locum ceſſi facit.& ab eo compoſita.ut rece
do recedi:receſſi.concedo cõcedis cõceſſi.procedo.is.proceſſi. cedo uero pro eo quod
eſt labor.eris.cecidi facit:ut Paulo ante diximus.differentia quod hoc primam breui
at.illud producit eandem.nam cædo pro eo quod eſt ferio per.æ.diphthongon ſcribi
tur:quemadmodum modo dicebamus. In go.quod uerba huius coniugationis
deſinẽtia in go.mittunt præteritum in.xi.ut pingo pingis pinxi.cingo cingis cinxi.
ango angis anxi.rego regis rexi.cuius compoſita in præſenti mutant.e.in.i.ut corri
go.is.correxi.dirigo.is.direxi.porrigo.is.porrexi:quod etiá per ſyncopam porgo.is.
porrexi facit:quẽadmodũ pergo.is.perrexi.pro perrigo.is.dicimus quoq; ſurrigo.is.
ſurrexi:& per ſyncopam ſurgo.is.ſurrexi. Deinde ponit exceptionem dicens quod

tria uerba huius terminationis mittunt præteritum in ſi. ſpargo ſpargis ſparſi. cuius compoſita quandoq; mutant a.in.e.quandoq; nõ mutant. ut diſpargo diſpargis diſparſi.uel diſpergo .gis. diſperſi. cõſpargo cõſpargis conſparſi.uel cõſpergo conſpergis cõſperſi.reſpargo.is.reſparſi.ul' reſpergo.is.reſperſi.Mergo.is.merſi. Tergo.is.terſi. quod etiam ſecundæ reperitur: ut ſupra diximus. Egi mittit ago. quod uerba quæ tribus uerſibus explicantur mittunt præteritũ in.gi.ſed uariis modis.nam ago facit in præterito egi.cuius compoſita mutant in præſenti a.in.i.ut redigo.is.redegi adigo.is.adegi.exigo.is.exegi.cogo.is.coegi..a.littera diſpuncta ab ago agis. &.n.a

Egi mittit ago.lego.frãgo.pangoq; iunges.
Quod dedit & pepigi.ul' pãxi.pũgoq; pũxi.
Sed dabit & pupugi.tetigi ſed dat tibi tãgo
A ueho dic uexi.ſed de traho dicito traxi.
Lo.finita lui mittunt.dat fallo fefelli.
Et pello pepuli.tollo tetuli dedit olim.
Percello tibi dat perculſi.perculeratq;.
Exculit excello.de ſallo dic quoq; ſalli.
Vello dat uelli uel uulſi.pſalloq; pſalli.

con præpoſitiõe: quemadmodũ in redigo redegi.d.littera iterpoſita. Lego legis legi. cuius cõpoſita quædam mutãt.e.in.i. ut colligo colligis collegi. Seligo.is.ſelegi.quædam nihil mutãt.ut relego.is.relegi. perlego perlegis plegi. Ex iis uero quæ mutãt.e.in.i.quædã etiam mittunt præteritũ in.exi.ſunt aũt ut ſupra in principio huius capitis dictum eſt tantũ tria: intelligo intelligis intellexi. diligo diligis dilexi.negligo negligis neglexi: quæ & ipſa aliquando miſerunt præteritũ cum ſuo ſimplici. Frango.is.fregi.cuius cõpoſita in præſenti mutant a.in.i.ut infringo infringis infregi.confringo cõfringis confregi. refringo refringis refregi Pango pangis pegi. Pacuuius apud Priſcianũ.In medio tonſillã pegi læto in littore.ab eo cõpoſita in pñti mutãt a.in.i.ut cõpingo cõpingis compegi.impingo impingis impegi.Lucanus in.v.Fortunæ quod te noſtris impegit arenis. facit quoq; ſecundũ Cariſium pepigi & panxi.ſed auctore Quintiliano pepigi nõ eſt a pango pangis.ſed a pago pagis.ſcribit enim oratoriarũ inſtitutionum libro primo: Memoria repeto conuictos á me qui reprehẽderãt:quod hoc uerbo pepigi uſus eſſem. nam id quidem dixiſſe ſummos auctores confitebantur:rationẽ tamen negabant permittere:quia prima poſitio paciſcor cum haberet naturam patiendi:faceret tempore præterito pactus ſum.nos præter auctoritatem oratorum atq; hiſtoricorum analogia hoc quoq; dictum tuebamur.Nam cum in duodecim tabulis legeremus ni ita pagunt inueniebamus ſimile huic cadunt.inde prima poſitio etiam ſi uetuſtate exoleuerat: apparebat pago ut cado.unde non erat dubium ſic pepigi nos dicere: ut cecidi. Quid quod Cicero in ſecũdo ad herenniũ eo uerbo eſt uſus: quod Quintilianus exoleuiſſe dicit: rem inquit ubi pagunt:oratione pagũt. Deinde dicit quod hoc uerbum pungo facit in præterito per regulam punxi.ã quo ſunt cõpoſita diſpungo diſpungis diſpunxi.expũgo expungis expunxi. cõpungo cõpungis cõpunxi.facit etiam pungo pupugi.á quo eſt repungo repungis.quod pro eo quod eſt retaliare facit repupugi. facit præterea pungo pepugi:quod Gellius libro.vii.noctium at.actii auctoritate confirmat dicentis in ædilitio ſi pepugero:metuet. Tango quoq; tetigi facit cuius compoſita mutant a.in.i.tam in præſenti q̃ in præterito.ut contingo contingis contigi. attingo attingis attigi. A clango.is.Hieronymus fecit clangui in libro numerorũ. Si ſemel inquit clangueris uenient ad te principes. A ueho dic uexi.duo reperiuntur uerba in ho.deſinentia quæ mittũt præteritum in.xi. ueho uehis uexi.& traho trahis traxi. Lo.finita lui.quod huius coniugationis uerba finita in lo.mittunt præteritum in lui.ut colo colis colui.molo molis molui.alo alis alui.uolo uis uolui.conſulo cõſulis conſului.occulo occulis occului. Tria uerba geminant in præterito primam ſyllabã.ea ſunt fallo.is.fefelli.pello.is.pepuli.tollo tollis tetuli: quod præteritum in uſu non eſt:ſed compoſitum ab eo quod eſt ſubſtollo ſubſtulli. Terentius referente diomede huc inquit tetulliſſem pedem.& Catullus ad ortalum.ſi reditum tetulit is aut in tempore longo. Percello duplex habet præteritum perculſi & perculi.Terentius in andria.Perculſit ilico animũ.Vergilius.v.æñ.Perculit & fulua

moribundum extendit arena. & quemadmodū percello fecit perculi: ita etiam ex analógia excello.is.exculi debuit facere. nam excellui ab eo est præteritum quod excelleo es. Cicero in epistolis ad filium. quare effice & ela bora ut excelleas. Sallo.is.salli. Luciilius apud Priscianū sallere murenas mercem in frigidaria ferre. Reperitur etiā per quartam. ut apud Celsum libro secūdo de medicina. Pisces inquit qui salem non patiunt: solidi ue saliuntur. Vello.is.uelli uel uulsi. Vergil. in buco. Cinthius aurem uellit & admonuit pastorē. Lucanus in.iiii. castrorū siccas de cespite uulserat herbas. Psallo.is.psalli. Bassus calliope princeps sapienti psallerat ore. Mo tibi mittit ui. diuisas. quod uerba finita in mo. mittunt præteritum in.ui. syllabas. ut uomo.is.uomui. gemo.is.gemui. tremo.is.tremui. fremo.is. fremui. Quattuor tamē uerba quæ sequuntur mittunt præteritū in psi. como.is.cōpsi. demo demis dēpsi. sumo sumis sumpsi. promo promis prompsi.

Premo tamen facit in præterito pressi. cuius cōposita ī præsenti mutant e.in.i. ut comprimo.is.cōpressi. imprimo imprimis impressi. reprimo.is.repressi. Emo emis facit in præterito emi. sed ab eo composita mutant.e.in.i. in præsenti. ut redimo redimis redemi. perimo.is. peremi. adimo. is. ademi. dirimo.is.diremi. quod euphoniæ causa.r. mediam accepit: quēadmodum redimo & adimo.d. litteram receperunt. Cœmo.is.cœmi. nō mutauit.e.in.i.

Mo tibi mittit ui. diuisas. Sed dabis in. psi.
Quattuor hæc como. cū demo. sumoqꝫ ꝓmo
S. duplici pressi p̄mo dat. sed emo facit emi.
Pono dat posui. gigno genui. ceciniqꝫ
Dat cano. sed per. ui. quæ cōponūtur ab illo.
Temnoqꝫ dat tempsi. sino siui. cernoqꝫ creui
Et sperno spreui. sed sterno mittit in. aui.
De lino dic liui. uel lini. dic quoqꝫ leui.
In po. pauca dabis mittentia præteritū in psi.
Sed strepo dat strepui. de rūpo fit tibi rupi.

Pono.is.posui. quod in no. desinentia reperiuntur pauca uerba: quæ quia non possunt sub regulam colligi: singulorum præterita explicātur. Itaqꝫ dicit quod pono ponis. facit in præterito posui: pro quo antiquiores posiui dixerūt. Plautus apud Priscianū in uidularia. Vitulum sequestrum posiuimus. & Apuleius in hermogora cibatum quem iucundū esse uobis animaduerterāt: eum apposiuerunt. Gigno.is.genui quod ueteres geno.is.genui declinabāt. Varro in andabata. sed quod hæc aliquid genunt. & Lucretius in.iiii. totum posse extra corpus durare geniqꝫ pro gigni posuit in infinitiuo. Cano canis cecini. cuius composita mutant.a. in.i. mittuntqꝫ præteritū in.ui. syllabas. ut concino.is.concinui. præcino.is.præcinui. occino.is.occinui. quod Salustius in primo historiarū ita cōposuit: ut.a. in.i. nō mutaret. iussu inquit metelli cornicines occanuere. Temno.is.tempsi. cuius compositum contēno.is.contempsi. magis est in usu. Sino sinis siui. Terentius in adelphis. quia non siuit egestas. Diomedes etiā sini in præterito posse facere dicit auctoritate Publii: qui de uita sua scribens inquit: quod si me inuitum abire sinisset: melius tamē ut ait dicimus siui: quemadmodum Varro complexionū iii. ad mortem non siui me producens. Compositum quoqꝫ ab eo desino.is.desiui. facit nō desini. Cerno cernis creui. Plautus in cistellaria. Cum ego te amaui mea antiphila: & mihi amicam esse creui: pro eo quod est uidi.

Sperno spernis spreui. Sterno sternis straui. Lino linis triplex habet præteritū lini. liui. leui. sed lini uel liui raro sunt in usu. ut apud Varronem de re rustica cum obliuerit uasa. Leui uero potius ab eo simplici nascitur quod non est in usu. leo les leui a quo sūt deleo deles deleui. releo reles releui. dicimus quoqꝫ a lino linis. relino relinis releui. ut apud Terentium in heauton. Releui dolia omnia. simplex etiam protulit Horatius in primo carminū. Conditum leui datus in theatro cum tibi plausus.

In po. pauca dabis. quod huius coniugationis uerba in po. desinentia pauca sunt mittentia præteritum in. psi. ut Carpo carpis carpsi. cuius composita mutant.a. in.e. ut decerpo decerpis decerpsi. concerpo concerpis concerpsi. discerpo discerpis discerpsi. repo repis repsi. serpo serpis serpsi. scalpo scalpis scalpsi. a quo est compositum exculpo exculpis exculpsi. Clepo clepis quod raro inuenitur clepsi fecit in præterito: Strepo.is.strepui. atqꝫ rūpo.is.rupi. alium in modum ꝗ superiora ꝑteritū misēre.

Dat uerro uerri. uel uersi. dat gero gessi.
Mittis ab uro ussi. de curro mitte cucurri.
Quæro quæsiui. tero triui. dat sero seui.
Cuius cõpositũ per. ui. mittatur &. eui.
So. tibi dat siui. Tria dant si. uiso. capesso.
Atq; facesso. sed de pinso pinsuit exit.
Xi duo dant plecto cũ flecto. Sed duo dãt xi.
Siue xui. necto cũ pecto. quod dat & iui.
De mitto misi. de uerto ponito uerti.
Stertuit a sterto. meto messuit atq; petiui
A peto. sed sisto stiti mittit steteratq;.
Nexo præteritũ per. ui. dat texoq; iunges.

Dat uerro uerri. in ro uerba desinentia cum nõ possint in unam quandã regulam cõtrahi: eorum præterita singulatim explicauimus. Nam uerro secundũ Seruiũ uersi secundũ Carisium uerri facit: quod magis usu probatur. Licinius. hisce etiam reliquias auerrerunt. & Publius celas inquit seruorũ conuerri. Gero. is. gessi. uro. is. ussi. s. duplex in præterito acceperunt. Curro. is. primam geminans syllabã cucurri fecit. Verg. ii. æñ. Gelidusq; perima cucurrit ossa tremor. fecisse etiam cecurri auctor est Gellius libro. vii. noctium. dicitq; probum annotasse uerba Aelii tuberonis ad Oppium scribentis. si generalis species ocecurrit pro eo quod ẽ occurrit. Quæro. is. quæsiui: cuius composita mutãt æ. dipbthongon in. i. longum. ut conquiro. is. conquisiui acquiro. is. acquisiui. requiro requiris requisiui. Tero. is. triui. Sero. is. seui. antiquiores serui quoq; per. ui. diuisas dixerunt. ut Ennius. Quam tãto studio seruit. sed composita a sero seris cum retinent simplicis significationem faciunt in eui. ut consero. is. conseui. insero. is. inseui. assero. is. asseui. Horatius primo sermo. Nunqua tibi uitiorum inseuerit olim natura. Quod si mutãt simplicis significationẽ in ui. syllabas mittunt præteritum. ut consero. is. conserui. insero. is. inserui. assero. is. asserui. So tibi dat siui. quod uerba huius coniugationis in so desinentia mittunt præteritũ in. iui. ut accerso. is. accersiui. lacesso. is. lacessiui. quæso. is. quæsiui. pro eo quod est rogo: a quo iam non extat aliud ꝙ quæso & quæsumus. Salustius in pri. histo. Curionem inquit quæsiui uti adolescẽtior & populi suffragiis integer ætati concederet mamerti. In si tamen mittunt præteritũ tria uerba secundũ Diomedẽ & Carisium. uiso. is. uisi. capesso. is. capessi. facesso. is. facessi Cicero in diuinatione. ne innocenti periculũ facesseris freqũetior tamen usus habet ut uerba huiusmodi mittant præteritũ in. iui. ut Cicero apud Augustinũ in secundo libro de ciuitate dei. æschines inquit cũ adulescens tragœdias actitasset: remp. capessiuit. Salustius apud Priscianũ in. ii. historiarũ. diuersa solet uti rebus perditis capessiuit. Idem in. iiii. legiones pridie in mõte positas lacessiuit. Et Cicero pro roscio. accersiuit inquit aliquẽ. Pinso. is. in præterito pinsui debere facere Probus auctoritate Pomponii affirmat dicentis. neq; molis molui. neq; palatis pinsui. Xi duo dant plecto. Cum uerba huius cõiugationis desinẽtia in. to. nõ possint sub una regula cõprehendi oĩa aut plæraq; ex illis: explicat singulorũ præterita dicens: quod in. xi. mittunt præteritũ hæc duo uerba plecto. is. plexi. flecto. is. flexi. Liuius andronicus apud Priscianũ. insolito plexi munere. Verg. ii. æñ. Nec prius amissã respexi animũ ue reflexi. Duo quoq; mittuut præteritũ in. xi. simul & in. xui. necto. is. nexi uel nexui. Salustius in pri. historiarũ. Nexuit inquit catenæ modo. Vergil. v. æñ. Et paribus palmas amborũ inexuit armis. Propertius. At tibi qui nostro nexisti rætia lecto. Pecto is. pexi. uel pexui. Mœcenas in octauia pexui capillũ naturæ muneribus gratũ. facit quoq; capro auctore pectiui: á quo Columela fecit supinũ pectitũ sed penultima breui ut suis locis dicemus. Mitto. is. misi. Verto. is. uerti. In. ui. syllabas duo mittunt præterita. sterto stertui. Persius. postquã destertuit esse meonides quintus. Meto. is. messui. quod in præterito. s. duplex accepit. Cato apud Priscianũ. In campo inquit tiburti: ubi ordeum demessui. Peto. is. petiui. Sed sisto stiti mittit. hoc uerbũ sisto. is. aut actiuũ est facitq; in præterito stiti: aut absolutũ neutrũ facitq; steti: quemadmodũ & sto. as. cui simile est genere & significatione. ab hoc cõposita mittunt præteritum. e. mutata in. i. ut obsisto. is. obstiti. resisto. is. restiti. cõsisto. is. cõstiti. insisto. is. institi: quẽadmodũ & cõposita a sto. as. ut obsto. as. obstiti. resto. as. restiti. consto: as.

cõſtiti.inſto.as.inſtiti. Quo piaculo mihi ſatiſfacere poſſũt:qui pro eo quod ego ſcripſi ſiſto ſtiti:pro ſtiti ſtatui ſuppoſuerunt:forte illa ratione ducti ꝙ legerant apud priſcianum ſiſto quãdo actiuam habet ſignificationẽ in præterito deficere:itaqꝫ ut uerbi defectum reſarcirent:a ſtatuo.is.præteritum ſtatui mutuati ſunt.Itaqꝫ mihi accidit tale quiddam hoc in loco:quale narratur a Gellio accidiſſe.M.Catoni cũ peruerſis quibuſdam ſuorum operum emẽdatoribus.Nam ego cum ſteti hoc in loco ſcripſerim:id quod in archetypis cõmentariis meis adhuc monſtrare poſſum:audaculi iſti emendatores pro ſtiti ſtatui poſuerũt.Verba Gelii ex libro.ii.noctiũ atticarũ huiuſmodi ſũt In libro ueteri.M.Catonis qui inſcribitur contra tiberium exulem ſcriptum quidem ſic erat.quod ſi uadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſes.recte inquit ille ſtitiſſes ſcripſit: ſed falſi emẽdatores.e.ſcripto per libros ſtetiſſes fecerunt.tanq̃ ſtitiſſes uanũ & nihili uerbũ eſſet.quin potius ipſi nequã & nihili ſunt: qui ignorant ſtitiſſes dictũ a Catone:quoniã ſiſteretur uadimoniũ non ſtaretur. Nexo præteritum.ꝙ duo uerba reperiuntur finita in.xo.mittentia præteritũ in.ui.diuiſas.nexo.is.nexui.z texo.is.texui.

De præteritis quartæ cõiugationis. quod uerba quartæ cõiugationis mittunt præteritũ in.iui.ſecũdæ perſonæ pñtis indicatiui modi.s.finali mntata in.ui.ut audio.is.audiui.munio.is.muniui.inſanio.is.inſaniui.ſcio ſcis ſciui.nutrio.is. nutriui. Deinde dicit quod duo tãtũ uerba mittunt præteritũ in.xi.ſancio.is.ſanxi. Horatius.ii.epiſto.tabulas peccare uetantes:quas biſquinqꝫ uiri ſanxerũt. Vincio.is.uinxi.pro eo quod eſt uinculo aſtringere. Duo quoqꝫ dicit repperiri uerba huius cõiugationis mittentia præteritũ in.ui.ſyllabas. ſalio ſalis ſalui. Ouidius.pri.faſtorũ. Per flammas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos.cuius cõpoſita mutãt.a. in i.ut inſilio.is.inſilui.deſilio.is.deſilui. proſilio.is.proſilui. Lucanus in.iiii.Inſiluit ſolo nociturus põdere. Vergilius.v.æñ. Haud mora proſiluere oẽs. Idẽ in.xi.portis regina ſub ipſis deſiluit. Amicio.is.Diomede auctore amicui quoqꝫ facit. ut brutus ĩ laudatiõe Appii claudi. toga inquit ꝑtexta amicuit. apud Actiũ quoqꝫ lectũ eſt ab amicio is.amixi in ꝑterito. Sepio.is.ſepſi.haurio.is.hauſi. Vergilius primo.æñ. at uenus obſcuro gradiẽteſ aere ſepſit.Idẽ in.iiii. & uocem his auribus hauſi. ſed hæc oĩa uerba ex proportione uerborũ quartæ cõiugationis mittunt aliquãdo præteritũ in.iui.ut ſancio.is.ſanciui.uincio.is.uinciui. ſalio.is.ſaliui.amicio.is. amiciui. Pomponius ſecũdus.ſancierat ius utile ciuitati.pro ſanciuerat.Papinius.ix.theba.excuſſi ſalierunt cuſpide dentes.pro ſaliuerunt.Vergil.iii.geor.Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.pro ſaliuere.Varro quoqꝫ ad Ciceronẽ:cũ idem quoqꝫ haurierit pro hauriuerit dixit.Eſaiæ.cap.v.Hieronymo interprete.ſepiuit eam & lapides exegit. Deinde dicit quod quinqꝫ uerba quæ uno uerſu cõplectitur mittunt præterita in ſi.ea ſunt fulcio.is.fulſi.Ouidius ĩ epiſtola deianiræ. hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas.Phocas tamen hoc uerbum in.xi.dicit exire fulxi. Sarcio.is.ſarſi.farcio.is.farſi.cuius cõpoſita mutant.a.in.e.ut refercio.is.referſi.differcio.is.differſi.Cicero ſecũdo thuſculanarũ.cuius uerbis etiã oĩa referſerũt. Raucio.is.rauſi.Cicero primo de oratore æſopum etiam ſi paulo irrauſerit:explodi Sentio.is.ſenſi.Venio.is.præter morem uerborũ quartæ coniugationis fecit præteritũ ueni. Deinde dicit quod apario.is.cõpoſita mittunt præteritum in.ui.ſyllabas.ut aperio.is.aperui.operio.is.operui.cooperio.is.cooperui.duo tamen a pario cõpoſita miſerunt præterita in.eri.

De præteritis quartæ cõiugationis.

Vartæ ꝑteritũ prope ſemꝑ mittit in.iui.
In.xi.prætereunt duo ſãcio uincio tantũ.
Dat ſalio ſalui.micui facis ex amicire.
Sepio dat ſepſi.ſed ab haurio mittit' hauſi.
Quorũ præteritũ plærũqꝫ reponis in.iui.
Fulcio.ſarcio.farcio.raucio.ſentio dant ſi.
Et uenio ueni.Sed quæ pario tibi format:
Præteritũ per ui.diuiſas mittere debent.
Cõperio dat eri.cui iungitur & reperire.

De ſupinis uerborũ.Cap.v.

PRæteritis in.bi.tũ iũcta pone ſupinũ.
In.ci.finitis.ctum debeſ ponere ſemꝑ.
Dat parſi parſum.in.itũ. ſed mitte peperci.

comperio cõperis cõperi.reperio reperis repperi. De supinis uerborũ.cap.vi

Tota coniugationis difficultas uersatur in cognoscenda prima uerbi positione: dein
de præterito: tum demum supino. sed quia supina ex præteritis plærumq; nascuntur:
uisum est ex præteritorũ uaria terminatione supina omnium simul coniugationũ eli
cere: seruato litterarum ordine. Dicit igitur in primis: quod uerba quæ fecerũt præ
teritum in bi. mittunt supina in. itum. super. i. finalem præteriti addita. tum. ut bibo
bibis bibi. bibitum. glubo glubis glubi. glubitum. Lambo lambi. & scabo scabi. supi
pinis carent. In. ci. finitis. quod uerba quæ fecerunt præterita in. ci. mittũt su-
pina in. ctum. sunt autẽ duo præcipue facio facis feci factum. iacio iacis ieci iactum.
quorum composita in supinis mutant. a. in. e. si in prima compositione mutauerunt
a. in. i. ut perficio perficis perfeci. perfectum. inficio inficis infeci infectum. reficio
reficis refeci refectum. Ico icis. horum rationem sequens quia fecit in præterito ici.
in supino quoq; fecit ictum. At uero parco parcis. quia duplex habet præteritũ parsi
& peperci: a parsi facit parsum a peperci parcitum. Plinius libro. xxxiii. naturalis hi-
stori. Italiæ parcitum est: uetere interdicto patrum. Ex. di. præteritis. Quod
uerba quæ fecerunt præterita in. di. mittunt supina in sum. ita tamen quod uerba se-
cundæ coniugationis termina-
ta in deo. & tertiæ in dio uel in
do. mittunt supina deo uel dio
uel do mutata in sum. ut mor-
deo morsum. tondeo tonsum.
fodio fossum. sed hoc. s. gemina
uit ut statim dicemus. Scando
scansum. cado casum cædo cæ-
sum. Deinde dicit quod quin
q; uerba hic posita habent du-
plex. s. in supinis. ea sunt Sedeo
sessũ. fodio fossum. scindo sciss-
sum. findo fissum. pando passũ.
quorum tria posteriora amittũt
n. in supinis: quemadmodum &
duo quæ addit. fundo fusum. &
tundo tusum. quod euphoniæ

Ex di præteritis in sum. trãsmitte supina.
Dum deo præsentis. dio uel do in sũ uariat.
S. geminat sedeo sessum. fodio quoq; fossũ.
Scindoq; scissum. findoq; fissũ. pãdoq; passũ
N. tamẽ amittunt: cũ fundo tundoq; tusũ.
Dat tamẽ & tunsum. de tendo dicito tẽsum
Vel tentũ. sed edo dabit estũ mittit & esum.
Actum. mittit ago. cũ pando. tangoq; frango.
Dat fugitũ fugio. lego lectũ. pũgoq; pũctũ.

causa Seruius atq; Priscianus dicunt esse factum. Sed in compositiõe huius uerbi tun
do. n. semper exteritur. ut cõtundo contusum. retundo retusum. pertundo pertusum.
in simplicitate potius retinetur. ut apud Vergiliũ pri. æñ. suppliciter tristes & tunsæ
pectora palmis. Tendo. is. duplex habet supinũ tensum & tentũ. Lucanus in primo
& uarias ignis tenso dedit aere formas. Idem in. ii. tensisq; rudentibus actæ. Verg. in
priapeia. tentaq; ad exemplũ sit sua turba dei. In cõpositis quoq; utrumq; reperit. ut
ostẽdo. is. ostentũ uel ostẽsũ. prætendo p̃tentũ uel prætẽsũ. intẽdo intentũ uel intẽsũ
extẽdo extẽtũ uel extẽsum. Edo es. duplex habet etiã supinũ estũ & esum: quod ma-
gis in cõpositis apparet. ut comedo comestũ uel comesum. Cicero pro cluentio. Poti-
us comestũ q̃ epotũ in uenas atq; oẽs ptes corpis pmaneret. & Salustius referẽte Dio
mede: comesta inqt patrimonia. Iuuenalis. & cito rapturus de nobilitate comesa quod
superest. alia potius i esum q̃ in estum mittũt: ut ambedo ambesus. adedo adesus. exe-
do exesus. Vergil. in. iii. æñ. Ambesas subigat malis consumere mensas. Idem in. ix.
Et postibus hæsit adesis. Idem primo geor. Nigris exesa chelydris A do ponis
atum. quod hoc uerbum do das dedi facit in supino datum. & ab illo cõposita si sunt
primæ cõiugationis: habent etiam simplicis rationem. ut circundo. as. circundedi cir
cundatum. Sin uero sunt tertiæ mittunt supina in. itum. ut trado. is. tradidi traditũ.
uendo. is. uendidi uenditum. credo. is. credidi creditum. abscondo abscondis abscon-
di uel abscondidi. absconsum uel absconditum: sed quemadmodum Diomedes ait me
lius dicimus absconditum. Pedo. is. pepedi. aut caret supinis aut peditum facit. Ca-
tullus subtile ac leue peditum liboni est. Actum mittit ago. in gi tantum repe-
riuntur sex uerba facientia præteritum: quorum supina singulatim explicat. ea sunt
ago. is. egi actum. tango. is. tetigi tactum. pãgo. is. pegi. uel potius pago. is. pepigi. pa
ctum. frãgo. is. fregi fractũ: q̃ duo in supinis euphoniæ causa. n. lr̃am extriuerũt. sed

ab eis conposita etiam si in præsenti mutant a in.i.in supinis illud.a.retinent.ut ago is.egi actum.redigo.is.redegi redactũ.adigo.is.adegi adactum.tango.is.tetigi tactũ contingo.is.contigi contactũ.attingo.is.attigi attactũ.frango.is.fregi fractũ.infringo.is.infregi infractũ.perfringo.is.p̄fregi perfractũ. pango.is.pegi pactũ. impingo is.impegi impactũ.fugio quoq; quod inpræterito fecit fugi in supino fecit fugitum. Lego.is.legi.fecit lectũ.cõposita uero ab illo quæ mutant.e.in.i. retinent illud.e. ut colligo.is.collegi collectum.seligo.is.selegi selectũ.pungo.is.pupugi punctũ tam ab eo quod est pupugi q̃ ab eo quod punxi.

Dat fallo falsum.
Vello uulsum. pello pulsum.tolloq; latum.
Percello culsum dabit.excello quoq; celsũ.
Emptũ mittit emo.Venio uẽtũ.cano cantũ.
Et rũpo ruptũ.capio.cũ cœpio dant p̄tum.
De curro cursum.de uerro ponito uersum.
Dat pario paritũ uel partum. Compositũq;
Quod uenit a pario semper mittatur ĩ ertũ.

Dat fallo falsum. In li.præteritũ mittẽtia hæc fere reperiunt̃ mittentia præteritũ in sum.fallo.is.fefelli falsum.fallo.is.pro eo quod est salem infundere alicui rei:tertiæ coniugationis cũ ẽ fecit in p̄terito falli. atq; inde mittit ĩ supino falsum.hinc munius dixit.isthæc sum multo sale salsurus.& dicimus homines salsos & insulsos. Reperit̃ etiã quartæ cõiugationis & tunc facit in præterito saliui:& in supino salitum:quod frequentius reperit̃ q̃ salsum.Liuius andronicus saliturus isthæc inqt mittam salem. Cornelius seuerus. ad quem saliti pomiliones afferebãtur.Idem alio loco:distractos atq; salitos.Salustius apud Diomedem in quarto historiarũ.reliqua inquit cadauera salita.Itaq; cum tertiæ coniugationis est primam producit positione.l.duplicis:ut facile apparet ex Lucillii poetæ uersu illo.Sallere murenas.mercem in frigidaria ferre. Itaq; ea ratione.l.accepit duplex qua relligio & relliquiæ.Cum uero est quartæ quia nusquã in carmine reperitur per.l.simplex scribi debet salio.is.Diomedes putat salitus a sallo nõ a salio deduci scribit enĩ his uerbis.ueteres ambiguitatẽ appellatiõis uitantes & analogiã salitus sum dixerũt a sallo.is.nõ a salio.nos tamẽ cũ apud Celsum.li.ii.de medicina legerimus:pisces qui salẽ nõ patiuntur solidi ue saliunt̃.& apud Lucã Hieronymo interprete:quod si sal euanuerit:in quo salietur? utramq; uerbi positionem in utraq; cõiugatione posuimus.Rep̄it̃ etiã Salleo.es.secũdæ cõiugationis:apud fabianũ referente Diomede cũ caro sallet:diuturnior est inquit. Vello.is.duplex habet p̄teritũ uelli uel uulsi:sed ab utroq; misit supinũ uulsũ:pro quo antiquiores dicebãt uolsũ. Martialis.Sed mens est panniche uolsa tibi. Pello.is.pepuli pulsũ. Tollo.is.quod apud antiquiores ut diximus fecit tetuli:in supino debuit facere latũ.sed cũ in usu nõ sit:quẽadmodũ loco tetuli posuimus substuli:ita pro eo quod esse debuit latũ suffecimus sublatũ. Percello.is.duplex habet p̄teritũ perculi & perculsi:sed ab utroq; misit supinũ perculsũ.ut apud Vergiliũ.quarũ sacra fero ingenti perculsus amore. Excello.is. exculi excelsũ. nã cũ secũdæ cõiugatiõis est excelleo uix hẽre põt supinũ ex proportionis rõne. A psallo.is.psalli.supina nõ reperiunt̃:ideo eius nõ meminit hoc ĩ loco.

Emptũ mittit emo.quod unũ modo uerbũ rep̄it̃ quod facit p̄teritũ in.mi.emo.is. emi:facitq; in supino emptũ:cuius cõposita retinẽt.e.p̄teriti in supinis.ut redimo redemi redẽptũ.adimo ademi adeptũ. In.ni.duo tãtũ rep̄iunt̃ fecisse p̄teritũ.uenio.is. ueni quod fecit uẽtũ.& cano.is.cecini quod fecit cantũ. Et rũpo ruptũ.In.pi.tria uerba mittunt p̄terita.rũpo.is.rupi.quod facit ruptũ.capio.is.cepi.quod facit captũ. cœpio.is.cœpi:a quo tãtũ est in usu p̄teritũ cœpi & tẽpora q̃ formant̃ ab eo:facitq; in supino cœptũ. De curro cursũ.quod tria uerba q̃ hic ponunt̃ mittẽtia p̄teritũ ĩ ri.mittunt supina uariũ in modũ.nã curro.is.cucurri facit cursũ.uerro.is.uerri facit uerritũ uel uersum.sed ab eo quod est uersi uidetur esse uersum.ab eo quod uerri ueritum.Vergilius pri.æñ.Versa puluis inscribitur hasta.quod participiũ teste Seruio ibidẽ nõ auerto.is.sed auerro.is.deducitur:quẽadmodũ & Plautus dixit.inuentũ oĩa uersa.Apuleius ĩ apologia ꝓ magia ab eo quod ẽ cõuerro.is.cõuerri cõuerritũ dixit conuerritorem tumidæ gingiuulæ. Pario.is.quod ex deriuatis ab eo possumus itelligere.duplex habet supinum partum & paritum.nam a partu dicimus partus.a.um partus.us.parturio.is.ab eo quo est paritũ .Papinius.x.theba.dixit. atq; hosti ueniat

paritura marito. Cōposita uero a pario quæ omnia ut diximus quartæ sunt cōiugationis siue mutant præteritū in.ri. siue in rui. semper mittunt supina in ertum. ut cōperio.is.comperi compertū. reperio.is.repperi repertū. aperio.is.aperui apertū. opperio.is.opperui oppertū.

In si. præteritū plærunq; reponitur in sum.
S. geminat missum de mitto. cedoq; cessum.
Et cudo cussum. iubeo iussū. premo pressū.
Indulsi indultū dat & indulsū. gero gestū.
Tortū uł torsū dat torqueo. At uro dat ustū.
Sartio sartū. farcio fartū. fulcio fultum.
Haustū uł hausū dedit haurio. Cābio cāpsū.
Quod si præteritū dat psi. ptū pone supino.
Statum siue statū dat sto cum sisto. Sed illud
Quod sto cōponit: dat itū. quādoq; dat atū.
Quæ tibi dat sisto per itū mitere supina.
Vertoq; dat uersū. De.xi. ctum. mitte supina
N. tamē abiiciūt hæc pāgo. stringoq; fingo
Ringoq; cū meio. sūt q dicāt quoq; mingo.
Nexo. fluo figo. cū pecto. flectoq; dant xum.

In si præteritū. quod uerba faciētia præteritū in si. mittunt supina in sum. ut mulceo.es. mulsi mulsū. unde Cicero apud Priscianū permulsa atq; recreata. & Varro apud eundē capite permulso dixit. Salustius in.iii. histo. Postera inqut die liberalibus uerbis permulti sunt. Ludo.is. lusi lusum. lædo.is. læsi lesum. sentio.is. sensi sensū. raucio.is. rausi rausū. Lucilius. Rausuro tragicus qui carmia perdit oreste. Quinq; tamen uerba quæ hic ponutur geminās.s. in supinis. ea sūt mitto.is. misi missum. cedo.is. cessi cessum. cudo.is. cudi uel cussi ab utroq; præterito fecit in supino cussum. iubeo.es. iussi iussū. premo.is. pressi pressum. Indulgeo. es. indulsi ex proportiōe facit indulsum: sed & indultus dixit Marcellinus: tanquā licētia inquit crudelitati idulta. Gero.is. gessi gestū. Torqueo.es. torsi tortū uł torsum. Vro.is. ussi ustum. Sarcio sarcis sarsi sartū. unde sartores & sarta tecta dicunt. Farcio.is. farsi fartū. a quo fartus.a.um. & fartores dicti. Fulcio.is. fulsi fultum. Iuuenalis nos urbem colimus tenui tibicine fultā. Haurio.is. hausi uel hauriui. haustū uel hausum uel hauritū. Vergil. iiii. æn. Quæ bella exhausta canebat. Idē i eodē. supplicia hausurū scopulis & noie dido. sæpe uocaturū. Apuleius. ii. meta. Lagena inquit facilis hauritu. Idē in. iii. haurito plusculo uncto corporis mei mēbris perfricui. & in. iii. rorem rigentē hauritū ista cōfestim deferto urnula. Cābio.is. nusquā nisi in apuleio pro magia legi. operas inquit tuas cū uicinis cambias. eius præteritum referēte Prisciano carisius protulit campsi: quod ideo nō posuimus: quia nusquā iuenimus. Itaq; supinū hoc in loco extra ordinē posuimus: quoniā ab eo deriuat frequētatiuū campso.as. quo Ennius usus est. Leucatan inquit campsant. & iuniores ab eo fecerūt campsor.oris. Quod si præteritū. uerba illa q fecerūt præteritū in psi. mittunt supina in ptum. ut nubo.is. nupsi. nuptum. como.is. cōmpsi comptū. sorbeo.es. sorpsi sorptū. nā ab eo quod est sorbui sorbitū fit. unde est sorbitio & sorbiciūcula. Persius. sorbitio tollit quē dira cicutæ. Statū siue statū. In ti. tria tantū uerba mittūt præteritū. sto. steti. sisto. steti uel stiti. uerto uerti: quod sine cōtrouersia facit in supino uersum: quēadmodū & uerro.is. uerri. Sed sto steti facit statū prima indiferenti: quod significat cū dicit statū siue statū dat sto. nā in priori sta. producit. in posteriori sta. breuiat. In simplicitate tū semp status.a.um. breuiatur. staturus pducitur. In cōpositiōe si.a. mutatur in. i. breuiat. ut præsto præstitū. insto institū. si manet integra producit. ut præsto præstatū. insto instatū. sed de his libro. v. differemus. Nunc uero tantū dicamus quod a sto.as. cōposita mittūt supina in itum uel in atū. ut cōsto.as. cōstiti uel constatū. asto.as. astitū uel astatū. præsto.as. præstiti uel præstatū: a quo frequēter in libris digestorū legimus præstatio. Sisto.is. cum absolutū est eandē rationē sequitur in supino q sto stas cū quo uerbo præteritū & supinū habet cōmune. ut sisto.is. steti statū circūsisto.is. circūstiti circūstitum. uel circūstatum. assisto.is. astiti astitum. uł astatum. Sisto.is. stiti cum actiuū est: ego nō abnuerim habere supinū in atū: sed prima pducta: a quo est stator pro eo qui sistit aliquē corā ptore uł alio magistratu. sed de his suo loco disputabit. De.xi. ctū. mitte supina:

quod uerba quæ fecerũt præterita in.xi. mittũt supina in.ctum.ut lugeo.es.luxi.lu-
ctum.dico.is.dixi dictũ.uincio.is.uinxi uinctũ.sancio.is.sanxi sanctũ.nã ab eo quod
est sanciui sancitũ dicimus.Lucretius.quod porro nequeas sancitũ quandoquidẽ ex
tat. Quinq; tamen uerba que hic ponũtur amittunt.n.in supinis.ea sunt.pingo.is.
pinxi pictum.stringo.is.strinxi strictũ.fingo.is.finxi fictum. ringo.is.rinxi rictum.
quod etiam ringor.eris.declinatur.meio.is.minxi mictum:quod nõnulli mingo.is.
declinauerũt:sed quẽadmodũ supra dixi ego nusquã legi. Deinde dicit quod altera
quinq; uerba quæ fecerunt præterita in.xi.mittunt supina in.xum.ea sunt. necto.is.
ne xi.uel nexui.nexum.siue eni sit a necto nexi uel nexui.siue a nexo.as. uel nexo .is.
nexui semper facit in supino nexum. Fluo.is.fluxi fluxum.unde fluxas uestes & flu
xa corpora dicimus.& fluxus aquarũ.Antiquiores quoq; auctore Prisciano fluctum a
fluo.is.dixerunt:unde est adhuc fluctus.us.& murena flucta. Figo.is.fixi fixũ.quã
quã scaurus apud Diomedẽ sagitta cõfictus dixerit. Pecto.is.pexi pexum.nã a pecti
ui pectitũ fecit:ã pexui æque pexum. Flecto.is.flexi flexũ. Plexi quoq; ab eo quod
est plecto.is.quodq; sumus pene obliti plexum in supino facit. Catullus hos in distin
ctis plexos tulit ipse corollis:hinc est ab amplector amplexus ã cõplector cõplexus.

Mittit.itum.quod uerba facientia præteritũ in.ui.syllabas. mittunt supina in
itum.penultima breui.ut domo.as.domui domitũ.quãquã ab eo quod est domatum.
Tibullus libro.iiii.dixit.Te duce nõ alias cõuersus terga domator.& domatio nomẽ
participiale Valla formauit.

Mittit ítum.quod ui.díuisas præteritũ dat.
Sed necui nectũ:fricui frictum. seco sectum.
Censeo censum.misceo mixtum. torreo tostũ.
Et doceo doctũ.teneo tentum.pateoq;
Dat passum.careo cariturus.dat quoq; cassus.
Si præsens dat.uo.disiunctas:exit in utum.
Sed ruitũ semper ruo dat: quæ ducis ab illo.
Dãt tibi semp.utũ.rapio raptũ.meto messũ.
Consulo consultũ.colo cultũ:excelloq; celsum
Deq; alo dic alitũ.dat & altũ.ast occulo cultũ.
Pinso pistus.texoq; textus.nectoq; nexus.
Pectoq; dat pexus.& pectitus.& tamẽ entũ.
Quod cano cõponit:Pario & sero mittit ĩ ertũ
Amicui dat.ctum.dat amixi.datq; amiciui.

Sono.as.sonui sonitum: etsi ab
eo quod est sonatu Horatius di-
xit.magna sonaturũ des nomis
huius honorẽ. sicut a tono.as.
tonatum. Idem in epodo dixit.
Si quos eois intonata fluctibus
hyems ad hoc uertit mare. Ne
co tamen cũ duplex habeat præ
teritum necui & necaui. ab eo
quod est necui facit nectum. ab
eo quod necaui necatũ. Sed iter
nectus & necatus nõ est illa dif
ferẽtia:quã putauit Priscianus:
ut necatus sit ferro.nectus uero
alia ui perẽptus.sed potius ne-
catus est omnino extinctus: ut
Cicero ueneno necatus dixit.&
Quintilianus fame necatus.ne-
ctus uero quasi exanimatus &
mortuo similis.Cicero.ii.thus-
cula.enectus siti tantalus.& Horatius primo episto.bos est enectus arando. Frico
as.fricui frictum.Iuuenalis.Si prurit frictus ocelli angulus.ab eo tamen quod est fri-
catum.Plinius libro.viii.dixit pantheras per carnes fricatas aconito uenantur barba
ri.Celsus libro.vi.ante oleo perfricatus.& Macer.urticæ foliis reuocatur uulua frica
ta. Seco secas secui sectum.Vergilius primo geor.Via secta per ãbas. Apuleius pri
mo meta.A secatu dixit impetu teli.præsecata gula. Censeo censes censui censum.
quod secundũ analogiam fecit etiam censitum. Misceo misces miscui mixtum. per
x.quod etiam in marmoribus antiquis per.s.mistum legimus. Torreo.es.torrui to-
stum. doceo doces docui doctum. Teneo tenes tenui tentum. pateo pates patui
passum:quod etiam a pando pandis.& patior.eris. supinum est commune. Vergilius
primo eneidos. Crinibus iliades passis peplumq; ferebant: quod a pando uel a pateo
esse potest. Careo cares carui caritum uel cassum.sed a caritu formatur participiũ
futuri in.rus.cariturus.Iuuenalis. Cariturus turture magno mulorũq; iubis.a cassu
formatur participium præteriti cassus. Vergilius secũdo eneidos. Nunc cassum lumi
ne lugẽt. Si præsens dat uo disiũctas. quod uerba tertiæ cõiugatiõis desinẽtia
in uo.uocales:mittunt supina in.utum.ut nuo.is.nui nutum.suo.is.sui sutum. acuo

ſs.acuī acutum.arguo.ſs.argui argutum.Plautus ſn pſeudolo.Argutus ſnquit malo-rū facinorū.Saluſtius tū apud Priſcianū in.ii.hiſto.Arguiturus q̄ii ab arguitu dixit. multi inquit ex bithinia uolentes occurrere falſum filiū arguituri. Ruo.is.rui ſemper facit ruitum in ſupino.Lucanus in.iiii.Ruituraq; ſemper ſtat moles. ab illo uero cōpoſita oīa exeunt in.utum.ut obruo.is.obrui obrutū. diruo.is. dirui dirutū. eruo ſs.erui erutum. Rapio.is.rapui facit raptum.Meto.is.meſſui meſſum per.s.duplex facit ſupinū. Cōſulo.is.cōſului conſultū.Occulo.is.occului occultū. Excello.is. excellui ſiue exculi excelſum. Alo.is.alui alitū facit per regulam aliquando:ſed frequētius altus reperiē.Saluſtius in ingurtha.Omnē inquit ætatem arpini altus.reperitur etiam altor & altrix ab altu formata.Vergil.iii.æn.Et terrā altricem diri excera mur ulyſſi. Occulo.is.occului occultū.Pinſo.is.pinſui piſtum.a quo eſt piſtor.oris.

Texo.is.texui textū.Necto.is.nexi uel nexui nexum. Pexo.is.pexi uel pexui pexū Nam ab eo quod eſt pectiui pectitū exit.Columela libro.xiii.Præparatæ ſint & pectitæ lanæ.Idem etiā de cura hortorū.uerum ubi iam puro diſcrimine pectita tellus.ſed quia penultimā breuiauit:poteſt uideri ductum ab eo quod eſt pecto.is.pectui: quod nullus unquā poſuit. Cōpoſita uero a cano.is.mittūt ſupina in. entum.ut occino ſs.occinui occentum.concino.is.concinui concentum.accino.is.accinui accentum.

A pario.is. compoſita tam illa quæ fecerūt in.ri. præteritum de quibus paulo ante diximus:q̄ illa quæ in rui.de quibus nunc agimus:mittunt ſupina in ertum.ut aperio.is.aperui apertum.operio.is.operui opertum. A fero.is.quoq; compoſita q̄ mutant ſimplicis ſignificationē:quæq; diximus facere præteritum in ui ſyllabas: mittūt ſupina in ertum.ut diſſero.is.diſſerui diſſertum.aſſero.is.aſſerui aſſertum.cōſero.is. conſerui conſertum. In ui.præterito ui ſemper uertitur in tum. quod uerba facientia præteritum in.ui.ſyllabam:mittunt ſupina ui mutata in tum.ut amo amas amaui amatū. moueo.es. moui. motum.cupio.is.cupiui.cupitū audio.is.audiui auditū. Excipiuntur uero pauca uerba mittentia ſupinum aliter.ea ſūt poto.as.potaui.quod facit potum. Vergilius in bucolicis.huc ipſi potū ueniēt per prata iuuenci. & ibidē.& potū paſtas age tityre & iter agēdū. Lucanus in.v. poture te nile grues.Terentius tamē proportionē ſecutus dixit in phormione.Nā apud me potaturus eſt. Lauo.as.laui lotum uel lautum propter eam affinitatē quæ eſt inter au &.o. uel lauatum.Terētius in eunucho. abeunt lauatum. Ouidius. iii. faſtorum.Sacra lauaturas mane petebat aquas.Horatius.aſt ubi me feſſum ſol acrior ite lauatū admonuit.quod nimis licenter dici putat Seruius.iii.geor. Caueo. es. caui cautū. faueo. es. faui fautum.ab illo ē cautus & cautio.ab hoc fautor.quamquam Plautus in amphitryone regulam ſecutus dixit fauitor Adoleo uel adoleſco adolui uel adoleui adultus. Paſco paſcis paui paſtum. quod ſolum in ſupino.s.retinuit. Agnoſco.is.agnoui agnitū. cognoſco.is. cognoui cognitū.Iuuenalis.Agnitus accipies.iubet a p̄cone uocari. Lucanus ī.iii.calida mihi cognitus axis ægypto.Saluſtius tamen regulā ſecutus in ſecūdo hiſtoriarū dixit.neq; inermes ex prælio uiros quenq̄ agnoturū. Sero.is ſeui ſatum:cuius cōpoſita retinētia ſimplicis ſignificationē quæ fecerunt præterita in eui.mittunt ſupina in.itum.ca

In ui.præterito ui ſemper uertitur in tum.
Poto dat potū.lauo lotū. & uterq; dat atum.
Et caueo cautū.faueo fautū.ſed adultum
Mittitur ex adolet.de paſco mittito paſtū.
Dāt gnitus.agnoſco cognoſcoq;.dat ſero ſa-
Inſitus inſeui.cōſeui conſitus.atq; (tum.
Dat utum ſoluo cū uoluo:ueneo uenum.
Et ſalio ſaltum mittit ſepelire ſepultum.

De ſupinis uerborū deponētiū.cap.vi.

DEponētiū & cōmuniū uerborū ſupina fiunt ex proportiōe uocis actiuæ.ut lætor aris.læto.as.lætaui lætatum.uereor.eris.uereo.es.uerui.ueritum. fungor.eris.fūgo.is. funxi functum.Pauca tamen quæ ſequūtur alitter mittunt ſupina.

Reor reris.ratum.Miſereor.eris.miſertū.
Fateor.eris.faſſum. Gradior.eris.greſſum.

sunt insero.is.inseui insitum.consero.is.conseui consitum. Vergilius.ii.geor. Mutatam ꝑ insita mala ferre pyrum. Cicero quoqꝫ in uerrem ab eo quod est obsero.is obseui dixit: ut cum obsitum leontinum agrum uidisses. & ab assero.is.asseui assitum.

De facientibus præterita in ui: paulo ante diximus mittere præteritum in ertum. Soluo.is.solui.& uoluo.is.uolui.fecere supina solutum & uolutum.u.consonante in uocalem mutata & extrita.i.atqꝫ ex horum proportiõe caluo.is.debuit facere caluтum: nisi quod in usu nõ est. Veneo.is.ueniui uenũ pro eo quod esse debuit uenitũ. nunquã reperitur coniunctum aut compositũ cum hoc uerbo do das dedi. dicimusqꝫ uenundo.as.uenundedi. Sepelio.is.sepeliui sepultum. Vergil.ii.æñ. Inuadũt urbẽ somno uinoqꝫ sepultam. Cato proportionem secutus dixit. mortuus est.sepelitus est.

De supinis uerborũ deponentiũ & cõmunium.cap.vi. Quoniam in capite superiori exposuit regulas supinorũ deductas a præteritis uerboru actiue uocis: hoc in loco ostendit qua ratione a uerbis deponẽtibus & cõmunibus formari debeant supina. Itaqꝫ dicit imprimis quod si uolumus scire supinum alicuius uerbi ¡deponentis aut cõmunis: debemus ex analógia fingere uocem illius uerbi actiuam.& per regulas superius traditas formare supina. ut ecce lætor.aris.ex proportione debuit facere in præterito lætaui.faciet igit̃ in supino lætatũ.per illã regulã. in.ai præterito ui semper uertitur in tum. Præterea uereor.eris.ex proportione debuit facere in præterito uerui.ergo in supino faciet ueritum per illam regulam mittit itum quod ui. diuisas præteritũ dat. Fungor.eris.ex proportione debuit facere in præterito funxi. faciet igitur in supino functum: per illam regulam.de.xi.ctum.mitte supina. Quædam tamen uerba nõ seruant regulas atqꝫ proportionẽ. ut Reor reris.quod debuit facere rui atqꝫ in supino ritum: fecit tamen ratũ. Vergil.ii.æñ. Nos abiisse rati & uento petiisse mycenas. Misereor.eris.quod debuit facere in præterito miserui.& in supino miseritum fecit tamen misertum. Fateor.eris.debuit facere in præterito fatui.& in supino fatitũ: & fecit fassum. Gradior.eris.ex proportiõe huius uerbi fodio.is.debuit facere gradi in præterito.& in supino grassum & fecit gressum. Patior.eris.fecit passum secutus proportionẽ huius uerbi quatio.is.quassi quassum: potius q̃ huius potior potiris: quod fecit potitus. Loquor.eris.ex proportione huius uerbi linquo.is. debuit facere loctum & ĩteriecta u: fecit locutũ. Eadẽ quoqꝫ ratione a sequor.eris.fecimus secucum.q.mutata in.c.propter affinitatẽ utriusqꝫ littere. Fruor eris.debuit facere in præterito frui & in supino frutum: & ĩtersecta.c.fecit fructum.quẽadmodũ struo.is.struxi structũ. Cicero in hortẽsio amœnitate sũma fructus est. Vulpianus tamẽ fruiturus dixit ĩ pticipio futuri tpis significatiõis actiuæ. Labor eris. debuit facere in p̃terito lapsi: & in supino laptũ: sicut scribo scripsi scriptũ: & fecit lapsum. Cõminiscor.eris.debuit facere cõminiui cõminitũ: & fecit cõmẽtũ. Proficiscor.eris. debuit facere ꝓficiui.itũ.& fecit ꝓfectũ. Nanciscor.er[.debuit facere nanciui nancitũ: & fecit nactũ. Paciscor.eris.debuit facere paciui.itũ.& fecit pactũ. Adipiscor.eris debuit facere adipiui adipitũ.& fecit adeptũ. Vlciscor.eris.debuit facere ulciui.itũ. & fecit ultũ. Obliuiscor.er[.debuit facere obliuiui.itũ.& fecit oblitũ. Expgiscor.er[. debuit facere expgiui.itũ.& fecit experrectũ.quãquã Lucillius penultía breui expergitus dixit.e sonino pueros cum mane expergitus clamas. Defeciscor.eris.quo uerbo usus est. Terentius in phormione: neqꝫ defeciscar usqꝫ adeo experirier: idem quoqꝫ participium fecit defessus dicens: defessus sum iam ambulandũ: cum ex proportione debuerit facere deficiui defecitum. Queror quereris potius secutum est proportionẽ horum uerborũ gero gestũ & uro ustum: q̃ huius uerbi quæro quæsitũ: itaqꝫ diximus questum. Vtor.eris.sic fecit usum: sicut uerto uerti uersum.& nitor.eris.nisum uł nixum: sicut uerto uerti uersum.& flecto flexi flexum. Amplector & cõplector ideo amplexum & cõplexum fecerunt: quia illorum simplex plecto.is.plexi. & plexũ fecit.

Patior.eris.passum. Loquor.eris.locutum.
Sequor.eris.secutũ.fruor.eris.fructũ ł fruitũ
Labor.eris.lapsum.Cõminiscor.eris.cõmẽtũ.
Proficiscor.eris.ꝓfectũ.nanciscor.eris.nactũ
Paciscor.eris.pactũ.Adipiscor.eris.adeptum.
Vlciscor.eris.ultum. Obliuiscor.eris.oblitũ.

Expgiſcor.eris.exprectū. Defeciſcor.eris.de-
Queror.eris.queſtū.Vtor.eris.uſum. (feſſū.
Nitor.eris.niſū.ł nixū.Cōplector.eris.ↄplexū
Amplector.eris.āplexū.tueror.eris.tutꝰł tui-
Tuor.eris.tutꝰł tuitꝰ.Ordior.iris.orſū. (tus
Experior.riris.expertū. Metior.iris.mēſum.
Morior.eris.uel iris.mortuus.moriturus.
Orior.eris.uel.iris.ortus.oriturus.
Naſcor.eris.natus.naſciturus.

De uerbis carētibus ſupino.Cap.vii.

Ctiua uerba ſupinis carentia ſūt hæc.
Arceo.es.arcui.Vrgeo.es.urſi.
Timeo.es.timui.Metuo.is.metui.Luo.is.lui
Reſpuo.is.reſpui.Liguo.is.linxi. Linquo.is.
liqui.Caluo.is.calui.Lambo.is.lambi. Scabo
ſcabis.ſcabi.Cōpeſco.is.ↄpeſcui. Diſpeſco.is.
diſpeſcui.Diſco.is.didici.Scando.is.ſcandi.
Ango.is.anxi. Ambigo.is. ambegi. Tollo.is.
tetuli.Pſallo.is.pſalli.Cerno.is.creui.

Tueor.eris.pro eo quod ē defendere tutum tuor.eris.pro eo quod eſt cernere tuitum facit: habentq; idem infinitiuū teſtibuſ Marcello atq; priſciano:hoc eſt tueri.ſed ab eo quod ē tueor manifeſtū eſt exiri tuere.Ouidius de arte.Nō minor eſt uirtus.q̄ querere parta tueri:ab eo uero quod ē tuor.eris.infinitiuus ē tui. Pomponius apud Marcellum incœpi inquit contui.Turpilius apud eundem. Oculi longa intercapedine appetūt cupide contui. Sed & in aliis modis & tēporibus tuor pro aſpicio fere ſemp tertiæ cōiugatiōis repitur.Papinius ī achilleide. Nāq; modo īfēſos utero mihi cōtuor enſes. Seneca ī hippolyto. hippolyte tales intuor uultus tuoſ: nō intueor ut in omnibus legitur libris:quod ratio carminis iambici reformidat.& apud Terentiū in heauton. Hic adoleſcens qui intuitur nos. Lucretius libro.iiii. Cū tuimur miſceri abſynthia tangit amaror. Idē in eodē contuimur miras ſimulachraq; luce carentū.Ergo quantū ego ſuſpicor:tueor pro defendo ſemper eſt ſecūde cōiugationis.tuor pro cerno ſemp eſt tertiæ.ſupina uero habēt mutua.nā a tueor tueris tutus tutor & tuitio reperit.Macrobius.ii.ſatur.Si tacere talia uis uideri tuitiōe pudoris.atq; e diuerſo atuor.eris.dicimus intuitus & obtutus. Vergil.pri.æñ. Dum ſtupet obtutuq; manet defixus in uno. Ordior.iris. debuit facere ordiui orditū: & fecit orſum. Experior.iris.debuit facere experiui experitū:& fecit expertū. Metior iris.debuit facere metiui metitū:& fecit mēſum:unde eſt mēſor & menſura. Morior eris.uel moriris.quod tā tertiæ q̄ quartæ cōiugatiōis reperit:habetq; ſupinū moritū ā quo eſt participiū futuri tpis moriturus.mortuus uero pro eo quod eſſe debuit moritus participiū eſt aut nomē potius pro participio tpis p̄teriti. Eodē modo orior oreris uel oriris:tertiæ & quarte coniugatiōis reperitur: habetq; ſupinū oritū:ā quo eſt oriturus participiū tpis futuri.& ortū a quo eſt ortus participiū tpis p̄teriti. Naſcor quoq; ſupinū habet naſcitū ā quo eſt participiū futuri tpis naſciturus. & natū a quo eſt participiū præteriti tpis natus.

De uerbis carētibus ſupinis.cap.vii.

Sūt q̄dā uerba a quibus ſupina in uſu nō reperiunt.qualia ſūt ex actiuis Arceo.es. arcui. quod ex proportiōe debuit facere arcitum:ſed nō eſt in uſu:niſi in cōpoſitis ab illo ut coerceo.es.coercui.coercitū.exerceo.es.exercui exercitū.Vrgeo.es.urſi.quod debuit facere urſū.timeo.es.timui.quod timitū.metuo.is. metui. quod metutū. luo.is.lui. quod lutū.reſpuo.is.reſpui.quod reſputū.Linguo.is.linxi quod linctū:quāquā apud Celſū linctus.us.legimus.Linquo.is.liqui.quod debuit facere lictū:ſed nō reperitur niſi in cōpoſitiōe.ut delinquo.is.deliqui delictū.relinquo.in.reliqui relictū. derelinquo.is.dereliqui derelictū.Caluo.is.calui.quod ex proportiōe atq; Priſciani auctoritate debuit facere calutū.Lambo.is.lambi.quod lambitū.Scabo.is.quod ſcabitū.Cōpeſco.is.compeſcui.diſpeſco.is.diſpeſcui.quæ uerba Priſcianus ex ratione proportionis dicit facere compeſcitum & diſpeſcitum.quemadmodum diſco diſcis didici diſcitum.& Poſco poſcis popoſci poſcitum:ſed in uſu non ſunt. Scando ſcandis ſcandi.quod debuit facere ſcanſum a quo ē ſcanſilis.& ab eo cōpoſita aſcēdo.is.aſcēſum.

descendo.is.descensum.conscendo.is.conscensum.ango.is.anxi.quod debuit facere
anctum:sed quemadmodũ inquit Diomedes in uoce passiua tẽpora deficientia circũ-
loquimur per anxius.a.um.loco pticipii & per hoc uerbũ sum.es.fui.ambigo.is. am-
begi quod debuit facere ambactũ.tollo.is.tetuli.quod debuit facere latum.sed nõ re
peritur nisi in compositione sublatũ.psallo.is.psalli.quod psalsum.& cerno.is.creui.
quod cretũ:sed in hac significatione nõ reperit. Neutra supinis carentia.sunt
mico.as.micui.& ab eo cõpositũ emico.as.emicui.dimico tamen ut diximus alio loco
dimicatũ facit in supinis.Aestuo.as.æstuaui.á quo quasi ab actiuo æstuatũ.fecit Hie-
ronymus in fine ecclesiastici.in medio inquit ignis nõ sum æstuatus. Ardeo.es. arsi.

Neutra supinis carentia sũt. Mico.as.micui.
Aestuo.as.æstuaui.ardeo ardes.arsi.Strideo
strides stridi.Algeo.es.alsi.Fulgeo.es. fulsi.
Turgeo.es.tursi.Lugeo.es.luxi.Frigeo.es.fri
xi.Cõniueo.es.cõnixi.Cõquinisco.is.cõquexi
Sido.is.sidi. Rudo.is.rudi. Dego.is.degi.
Satago satagis.sategi. Sterto stertis stertui.
Obedio obedis obediui. Et uerba secũdæ
cõiugationis mittẽtia præteritum in ui. sylla
bas.ut rubeo.es.rubui.Palleo.es.pallui. Pau-
ca tamẽ huius ordinis habẽt supina hæc fere
Placeo.es.placui placitũ.noceo.es.nocui.itũ.
Valeo.es.ualui.ualitum. Doleo.es.dolui.itũ.
Calceo.es. calui calitũ. Soleo.es.solui.solitũ.
Pateo.es.patui passum.
Deponẽtia uerba supinis carentia sunt
Reminiscor.eris.Vescor.eris. Medeor.eris.
Opperior.iris.Liquor.eris.Liceor.eris.

quod ex proportiõe diximus fe
cisse arsum. algeo.es.alsi. quod
alsum.fulgeo.es.fulsi quod ful-
sũ. turgeo.es.tursi quod tursũ.
Strideo.es.uel strido.is. stridi.
Cõniueo.es.cõnixi.quod debu
it facere connictũ. Cõquinisco
cõquexi. quod uerbũ fuit apud
antiquos significabatq; caput i-
clinare & quasi cõniuere.Pom-
ponius ad eũ conquexi. interim
mulieres cõspiciũt. Sido.is.sidi
quod uerbũ supina a sedeo. es.
mutuatur:uł potius caret illis.
Rudo.is.rudi.quod debuit face
re rusum. Dego.is. degi. quod
dactũ.Satago.is.sategi.quod sa
tactum: quia composita ab ago
is.egi.actum.Sterto.is. stertui.
quod stertitũ. Obedio.is.obedi
ui.quod obeditũ a quo Plinius
libro.xvii.naturalis histo.obedi
turus dixit.ramo inquit oleæ q̃
maxime sequaci atq; obedituro
Et uerba neutra secundæ cõ-
iugationis facientia præteritũ
in ui.syllabas:q̃ debuerãt mitte
re supina in itum. ut hebeo.es.
hebui.flacceo.es.flaccui.studeo.es.studui.uigeo.es.uigui. oleo.es.olui. ab eo tamen
Persius fecit oletum.ut suo loco diximus.tumeo.es.tumui.seneo.es.senui.a quo anti
quiores senectus.a.um.participiũ fecerũt.Pauca tamen huius ordinis uerba habent
supina.ea fere sunt.Placeo.es.placui placitũ:a quo sunt participia placitus pro placẽs
& placiturus.noceo.es.nocui nocitũ.á quo ẽ nociturus.Iuuenalis.nocitura togæ.no-
citura petuntur militiæ. Valeo.es.ualui ualitũ.a quo teste Prisciano ualiturus fecit
Cicero.A doleo.es.dolui dolitum reperitur doliturus.& a caleo.es.calui caliturus.a
soleo.es.tantum solitus.a.um.reperitur.neq; enim usquam lectum est solens aut soli
turus.Hoc uerbum pateo.es.patui.ut aliis in locis diximus cõmune habet supinum
cum pando.is.& patior.eris.Illud hic quoq; notandum est hoc uerbũ fio.fis.neq; ha-
bere supina neq; parcicipia.neq; enim usquam reperitur fiens neq; fiendus ut inquit
Diomedes.nam factus.a.um.atq; faciendus.a.um.a facio facis feci mutuatum est.
Deponẽtia supinis carentia sunt.Reminiscor.eris.quod debuit facere reminitũ.&
Vescor.eris.quod debuit facere uetũ.& medeor.eris.quod debuit facere meditũ. op-
perior.iris.quod debuit facere opperitũ:quorũ circũloquia ut inquit Diomedes ali-
unde supplent.reminiscor.eris.recordatus sum.uescor.eris.pastus sum.medeor. eris
medicatus sum.opperior.iris.oppertus sum.liquor.eris.quod debuit facere lictũ: in
circũloquiis dicimus liquefactus sum uel fui.liquefactus erã uel fuerã & cætera. Li-
ceor. eris.quod debuit facere licitũ.quod cũ in usu nõ sit:ab eo tamẽ factũ est licitor

aris.eiuſdem prope ſignificatiōis uerbum:per quod ſupplentur circumloquia ſui pri
mitiui. Carent etiam ſupinis omnia uerba præteritis carentia:nam cum ſupi-
na ex præteritis quoddammodo pendeant:merito deficientibus præteritis deficient
etiam ſupina. Ea ſunt aio.is.quod ādico.is.præteritum mutuatur. Furio.is.quod ſup
pletur ab inſanio inſaniui. Sido.is.quod Priſcianus præterito dicit carere: mutuatur
illud tamen ut putat a ſedeo ſedi.atq; conſequenter ſupinū ut paulo ante dicebamus.

Carent etiam ſupinis omnia uerba præteritis carētia.ut Aio ais. Furio.is. Sido.is. Ferio.is Siſto.is. Quatio.is. Gliſco.is. Et uerba quæ dicuntur inchoatiua.

De uarietate quadā in uerbis.cap.viii.

Erba diuerſis cōiugationibus declinata ſūt. Lauo.as. Lauo.is. Arto.as.artio.is. Sono.as.ſono.is. Denſo.as.dēſeo.es. Cōpoſita a cubo.as.ut accubo.as.accumbo.is. Procubo.as.procumbo.is. Nexo nexas. nexo.is. Strideo.es.ſtrido.is. Fulgeo.es.fulgo fulgis Tergeo.es.tergo.is. Claudeo.es. claudo.is. Conniueo.es.conniuo.is. Caueo.es.cauo. is. Ferueo.es.feruo.is. Oleo.es.olo.is. Rideo.es Rido.is. Excelleo.es.excello.is. Cieo.es.cio. cis. Pario.is.parere.pario.is.parirę.

ferio.is.quod a percutio mutua
tur præteritum percuſſi. Siſto ſi
ſtis. quod p̄terito carere aucto-
res ſunt phocas & Priſcianus:
Nos tamē Gellii & Catonis au-
ctoritate perſuaſi cum actiuum
eſt:ſtiti facere diximus: & in ſu
pino ſtatum:cum abſolutum ſte
ti. & æquæ ſtatum in ſupino.
Quatio.is.præterito carere di-
xit Phocas: quod ex analógia
qnaſſi & quaſſum facere ex cō-
poſiti. manifeſtum eſt. dicimus
enim concutio.is.concuſſi con
cuſſū.percutio.is.percuſſi per-
cuſſum. Præteritis etiam caret
ut ſupra dictum eſt:hoc uerbū
gliſco.is.& uerba inchoatiua q̄
ex cōſequenti ſupina nō habēt.

De uarietate quadam
uerborum.cap.viii. Etſi de hac
uerborū uarietate ſparſim per
ſingulas coniugationes aliquid
perſtrinximus.uiſum tamen eſt
hoc in loco ſimul de omnibus huiuſmodi uerbis dicere. Ponit igitur imprimis uer-
ba primæ atq; aliarum coniugationū. Lauo.as.lauo.is.per tertiam. Vergilius.iii.æn̄.
fluidum lauit inde cruorem. Idem in.x. Lauit improba teter ora cruor. præſentis enī
indicatiui eſſe utrobiq; ex quātitate ſyllabæ deprehendimus.nam in præſenti prima
breuiatur.in præterito producitur. Arto.as.artio.is.iui.quartæ coniugatiōis. Næ
uius apud Marcellum. Artiuit linguam in palatum. cœpit labia ſuggere. Idem apud
eundem.conatus inquit artiuit mater. Sono.as. ſono.is.per tertiam. Lucretius.in
caligare oculos.ſonere aures. Idem alio loco littora lata ſonunt. Denſo.as.denſeo.es.
per ſecundam. Vergilius.x.æn̄.. Extremi addenſent acies. ſic enim legendum eſſe Pri
ſcianus teſtatur. Idem primo geor.denſet erāt quæ rara modo:quæ denſa relaxat. Cō
poſita a cubo.as.quod aliis in locis diximus per primam & tertiam declinātur: habēt
q; præteritū cōmune.ut incubo.as. incumbo.is.accubo.as. accumbo.is. procubo.as.
procumbo.is.recubo.as.recumbo.is.dicimus tamen ſecubo.as.& nō ſecumbo.is.atq;
ē diuerſo ſuccumbo.is.& nō ſuccubo.as. Nexo.as.& nexo.is. Vergilius.v.æn̄.nexan
tem nodis:ſeq; in ſua membra plicantem. Liuius andronicus apud Priſcianum: Nexe
bant multa interflexu nodorum dubio. Deinde ponit uerba ſecundæ & tertiæ con
iugationis. Strideo.es.ſtrido.is.de quo in ſecūda coniugatiōe diximus. Fulgeo.es.
fulgo.is. Vergilius.v.æn̄. Ductores auro effulgent. Idem in.viii.auroq; effulgere flu-
ctus. Tergeo.es.tergo.is. Iuuenalis. Vaſa aſpera tergeat alter. Horatius.q̄ gallina ter
gere palatum:de tertia coniugatione nō ſuccurrit mihi exemplum:atq; idcirco de in
duſtria Horatii uerſum illum imitati quodam in loco diximus Si placare famem tibi
uentris oluſcula poſſent:nō tua ſordidior tergeret ora cibus. Claudeo.es. claudo.is.
pro eo quod eſt claudico.as. Cæcilius.aut ubi uos ſitis:ibi conſilium claudeat. Saluſti
us.iii.hiſtoriarū. Coniuratione claudit pro eo quod claudicat. Conniueo.es. cōniuo.
is. Caluus.cum grauis ingenti conniuere pupula ſomno. Perſius.uæ niſi conniues.
Ferueo.es.feruo.is. Vergilius primo æn̄. Feruet opus redolentq; thymo fragrantia

mella. Idem in.viii.feruere leucaten.auroq; effulgere fluctus. Lucillius quoq; apud
Quintilianum libro primo oratoriarum institutionum. Feruit aqua & feruet: feruit
nunc feruet ad annum. Caueo caues.cauo cauis.nam tertiæ cõiugationis etiam fu
isse supra notauimus: cum de uerbis in uo syllabam desinentibus dictum est. Oleo
oles.olo olis. Plautus in cornicula apud Diomedem.olunt ædes arabicas. Excelleo
excelles.excello.is.de quo in secundæ coniugationis uerborum præteritis diximus.
Rideo rides.rido ridis.Brutus de patientia apud Diomedem.Irridunt horum lachry
mas. Cieo.es.cio.cis.quemad
modum in superioribus dictũ
est: tam secundæ q̃ quartæ con=
iugationis reperitur: in compo
sitione uero tãtũ quartæ.quod
etiam de pario paris & suis cõ=
positis dicẽdum est.nam per ter
tiam dixit Terentius in phor=
mione.Nec parere hæc iam diu
per ætatem potest: & per quar=
tam Ennius oua parire solet.ge
nus pennis condecoratũ. cuius
composita omnia sũt quartæ cõ
iugationis. Cupio cupis cum
plærumq; tertiæ reperiatur: Lu
cretius in primo dixit.Portarũ
claustra cupiret. Atq; ẽ diuerso
cum uenio uenis per quartam
prope semper reperiatur: Enni
us apud Marcellum dixit.senex
sum: & mortem occupem prius

Potior.eris.potior.iris.semp prope potiri.
Orior.eris.uel orior.iris. in ĩfinitiuo oriri.
Morior.eris.ul' morior.iris.ĩ ĩfinitiuo mori
Complura alia uerba reperiuntur diuersarũ
coniugationum: sed diuersi generis & diuer
sæ significationis.ut albo albas.albeo albes.
Duro duras.dureo dures.
Liquo.as.liqueo.es.liquesco.is. liquor. eris
Miseror miseraris.misereor misereris.
Medico medicas.medicor medicaris.
Tueor tueris. tutus uel tuitus. tuor tueris.
tutus uel tuitus.

q̃ euenat: quasi per tertiam eueno euenis declinetur. Sedulius quoq; in paschali secũ=
dam personam præsentis indicatiui modi numeri singularis quæ in quarta coniuga=
tione semper in fine producitur: per inde ac si esset tertiæ: breuiauit dicens: peruenis
ad christum.: non christus peruenit ad te. Potior.eris.uel potior potiris.tertiæ con
iugationis plærumq; reperitur.non nunquam etiam quartæ maxime in infinitiuo.
Vergilius tertio eneidos.Polydorum obtruncat & auro ui potitur. Ouidius.xiii.me
tamorpho.Tuq; tuis armis: nos te poteremur achille.Næuius apud Priscianum fæcũ
de penetrat penitus thalomoq; potitur.Lucillius apud eundem. Deficit alma ceres:
nec plebes pane potitur.in infinitiuo non poti sed potiri semper facit. Morior mo
reris.& morior moriris. Lucanus in quarto. Non gratis moritur: iugulo qui prouo=
cat ensem.Vergilius secundo eneidos. nunc morere.Ennius .Nunc est ille dies: cum
gloria maxima sese nobis ostendat: seu uiuimus si morimur. Ternetius in eunucho.
Risu emoriri oẽs. frequentius tamen in infinitiuo mori q̃ moriri reperitur. Orior
oreris.orior oriris. Vergilius secundo eneidos. Nostrorum obruimur: oriturq; mi=
serrima cædes.cuius infinitiuum semper reperies quartæ coniugationis oriri.
Complura alia uerba repetiuntur diuersarum coniugationum: sed diuersi generis
& significationis: ut albo albas primæ coniugationis actiuum est.albeo albes secun=
dæ neutrum.eodem modo nigro nigras.nigreo.es.duro duras.dureo.es.atq; etiã ter=
tiæ albesco albescis.nigresco nigrescis.duresco durescis. Liquo liquas per primam
actiuum est.Persius.Vatum & plorabile siquid eliquat.Vergilius in moreto.Forami
nibusq; liquatur emundata ceres. Liqueo liques per secundam.& liquesco liquescis.
per tertiam neutra sunt absoluta. Liquor liqueris deponens est absolutum. Miseror
miseraris per primam.& misereor misereris: per secũdam: præterea medico medicas.
siue medicor medicaris per primam.& medeor mederis per secundam sola constructi
one & coniugatione differunt: sed de cõstructione suo loco dicetur. Tueor tueris.
pro eo quod est defendo.Tuor tueris.pro eo quod cerno: coniugatione & significati=
one differunt: ut supra diximus.

Variȩ significatiōis & cōiugatiōis uerba.
Mando mandas mādaui. mādo mādis mandi.
Fundo fundas fundaui. fundo fundis fudi.
Dico dicas dicaui. dico dicis dixi.
Prædico. as. aui. prædico prædicis prædixi.
Volo uolas uolaui. uolo uis uolui.
Lego legas legaui. lego legis legi.
Sero seras seraui. sero seris serui uel seui.
Educo educas educaui. educo educis eduxi.
Appello. as. aui. appello appellis appuli.
Cōpello. as. aui. cōpello cōpellis compuli.
Eadē præterita á diuersis instātibus.
Aceo aces acui. acuo acuis acui.
Frigeo friges frixi. frigo frigis frixi.
Luceo luces luxi. lugeo luges luxi.
Fulgeo fulges fulsi. fulcio fulcis fulsi.
Cerno cernis creui. cresco crescis creui.
Paueo paues paui pasco pascis paui.
Pendeo pendes pepēdi. pendo pendis pepēdi.
Fero fers tuli. tollo tollis tetuli uel tuli.
Sto stas steti. sisto sistis absolutum steti.
Præterita duplicia ab eodē uerbo.
Plico. as. plicui. uł. aui. Neco. as. necui uł. aui.
Sorbeo. es. sorbui ł psi. Sapio. is. sapui ł sapiui
Parco. is. peperci uł psi. Pāgo. is. pepigi. ł pāxi
Pūgo. is. pupugi ł pūxi. Vello. is. uelli ł uulsi.
Lino. is. lini uł liui uł leui. Sino. is. sini ł siui.
Verro. is. uerri ł uersi. Necto. is. nexui ł nexi.
Pecto. is. pexui uł pexi. uł pectiui siue pectui.
Sācio. is. sāxi ł sāciui. Vincio. is. uīxi ł uinciui
Salio. is. salui ł saliui. Amicio. is. amicui. ł iui.
Sepio. is. sepsi ł sepiui. Haurio. is. hausi ł. riui.
Eadem supina a diuersis uerbis.
Verro. is. uersum. uerto. is. uersum.
Pateo. es. pando pandis. patior. eris. passum.
Supina duplicia ab eodem uerbo.
Torq̄o. es. tortū uł torsū. Tēdo. is. tētū uł tēsū
Abscōdo. is. abscōditū uł sū. Alo. is. alitū ł altū
Figo. is. fictū uł fixū. Nitor. eris. nisū uł nixū

Variæ significationis. Sunt quædam uerba: quæ cum eandem habeant positionem: coniugatione mutata mutant etiā significationem. ut mando mandas mandaui: quod est propemodum cōmendare. mando mādis mandi. quod est dentibus conficere: cum illud sit primæ coniugationis: hoc uero tertiæ. Eodē modo fundo fūdas. pro eo quod est fundamentum facere. fundo fundis. pro eo quod spargere. Dico. as. pro eo quod appropriare siue cōsecrare. dico. is. pro eo quod artificiose loqui. Prædico as. pro eo quod est laudo. p̄dico is. ꝑ eo quod ante dicere siue diuinare. Volo. as. ad aues ptinet uolo uis ad hoīes atq; deos imortales. Lego. as. ē mittere legatū aliquo. siue testamēto aliq̄d post mortē alicui relinq̄re. Lego. is. est colligere. furari. & libros legere. Sero. as. est claustra adhibere. sero. is. est semen spargere Educo. as. pro eo. quod est nutrire. educo. is. pro eo quod est extra uel sursum duco. Appello as. & cōpello. as. pro eo quod est alloquor siue uoco: cōposita uerba á pello. as. quod in usu nō est At uero apello. is. & cōpello. is. cōposita sunt ápello. is. pepuli: significatq; illud applicare: hoc uero cogere siue adunare. Eadem præterita. est & alia in uerbis consideratio: quod quædam sunt præterita a diuersis uerborum positionibus deriuata: ut aceo. es. pro eo quod est acidum esse: & acuo. is. pro eo quod est acutum facere: idem atq; cōmune habent præteritū: atq; eodē modo de reliquis uerbis q̄ hic ponuntur. Præterita duplicia ab eodē uerbo. Sunt ē cōtrario quædā uerba duplex habentia præteritū. ut plico. as. plicui uel plicaui. & ab eis cōposita ut explico. as. explicui uel explicaui. sed de his copiosius ī capite præteritorū disputatū est.
Eadem supina a diuersis uerbis ut Verro. is. & uerto. is. quod utrumq; facit in supino uersū. & pateo. es. patui. pādo is. pandi. patior. eris. quæ omnia cōmune habent supinū passum. Supina duplicia.

e diuerso sunt quædam uerba quæ duplicia supina habẽt: ut torqueo.es.tortũ uel torsum. Sed de his omnibus in capite præteritorũ & supinorũ plenius dictum est. nũc tantum uoluimus lectorem admonere quemadmodũ in uerbis diuersitates huiusmodi reperiantur.

De cõpositione uerborũ cũ præpositiõibus.

Præpositiones cum ueniunt in compositionẽ cum uerbis: aut corrũpuntur uerbi integritate manente. aut ipsis manentibus integris uerba corrumpuntur. aut inuicem præpositiones & uerba corrumpunt & corrumpuntur. aut utraq; manent integra. Sed quemadmodũ corrumpantur præpositiones: in ea parte quæ est de orthographia differitur: nũc quemadmodum uerba corrumpantur dicemus: monentes imprimis.

De compositione uerborum Cap.x. Præpositiones componuntur cum reliquis omnibus fere orationis partibus: sed cum uerbis frequẽtissime. Itaq; uisum est hoc in loco pauca de compositione uerborum & aliarum partium orationis cum præpositionibus annotare. Cum igitur præpositiones ueniunt in compositionẽ cum uerbis: aut corrumpuntur uerbi integritate manente. ut appono.is. apposui. quod cum ex ad præpositione & pono.is componatur: corrumpitur ad.d.mutata in.p. ipso uerbo manente integro. aut corrumpuntnr uerba ipsis præpositionibus manentibus integris. ut perficio.is.pfeci. quod ex per præpositione & facio.is. conponitur: uerbum corrumpitur.a.mutata in.i. præpositiõe integra manente. aut præpositiones simul & uerba corrumpuntur. ut efficio.is. quod componitur ab ex præpositione & facio is. corrumpitur ex.x.mutata in f. & facio uerbum.a.mutata in i. aut præpositiones simul & uerba manent integra ut deamo.as. quod ex de præpositione & amo.as.cõponitur. Sed quamquã de præpositionũ corruptiõe in ea parte quæ est de orthogtaphia copiosius disputetur: ne hoc a nobis intactum oĩno relinquatur: libuit pauca delibare: prius tamẽ de ꝓpositionibus: deinde de uerbis differemus. Igiẽ ꝓpositiões in.b.desinẽtes sũt.ab.ob.sub. Sed si cõponaẽ ab.cũ dictiõe ĩcipiẽti ã uocali exili uľ aspirata ĩtegra manet. ut abactor.oris.aberro.as.abigo.is.abominor.aris abundo.as.abhorreo.es. Cum incipiẽtibus a.b.nõ cõponitur. nam abbreuio & si cũ b.ab aliquibus scribatur: ex ad: nõ ex ab.cõponitur: quod etiam de adbibo dicendum est. Cum incipientibus ã.c.abs cõponitur. ut abscedo.is.abscido.is.abscõdo.is. Cũ incipientibus a.d.manet integra. ut abdico.as.abdo.is.abduco.is. Cum incipientibus ab.f.partim manet integra. ut abfui.abfuturus.abfore. partim.b.mutatur in.u. uocalem. ut aufero aufugio. Cum incipiẽtibus ã.g.nõ cõponitur. Cum ĩcipiẽtibus ab.l.manet integra. ut ablacto.ablego.abluo. Cum incipiẽtibus ab.m.nõ cõponitur præterq̃ cũ hoc noĩe matertera: dicimusq; abmatertera. Cũ incipiẽtibus ab.n.manet integra: ut abnego.abnepos.abnuo. Cũ incipiẽtibus a.p.nõ cõponitur præterq̃ cum hoc noĩe patruus. dicimusq; abpatruus: cum duobus uerbis.b.mutaẽ in.s.porto.as.& pello.is. dicimusq; asporto.as.aspello.is. Cũ incipientibus ab.r.b.aliquãdo mutaẽ in r. ut arreptus.a.um.arripio. aliquãdo manet ĩtegra. ut abrado. abrogo.abrumpo. Cũ incipiẽtibus ab.s.integra manet: ut absumo. absorbeo. Cũ incipiẽtibus a.t.abs.componitur. ut abstraho.abstergo.abstineo. Cũ incipiẽtibus ab.x.uel a.z.nõ cõponitur. Cum incipiẽtibus ab.i.cõsonante manet integra. ut abiuro.abiudico. Cum incipientibus ab.u.consonãte nõ cõponitur ab: sed.a. ut auoco.as.auerto.is.

Ob præpositio in cõpositione quandoq; mauet integra. quandoq; transit in consonantẽ quæ sequitur. quandoq; abiicit.b. Cum incipiẽtibus ã uocali manet integra: ut obaudio.oberro.obitus.oborior.obumbro. Cum incipiẽtibus ã.b.manet integra. ut obbibo.is. Cum incipiẽtibus a.c.recipit.s.mediam aliquando. ut obscurus: quod ex ob & carus cõponitur. obscœnus quod ex ob & cœnum. obsoleo: quod ex ob & oleo. aliquãdo.b. mutatur in.c. ut occumbo.is.occurro.is.occido.is.óccido.is. Cum incipientibus a.d. manet integra. ut obdo.is. Cum incipientibus ab.f.b.mutatur in.f. ut officio.is.ex ob & facio. offendo.is: ex ob & fendo: quod uerbum nõ est in usu. dicimus tamen ab

obſum obes obfui in præterito. Cum incipiẽtibus á.g.b.mutatur in ipſam.ut oggã-
nio.is:ex ob & gannio. Cum incipientibus ab.l.manet integra. ut oblatus. oblecto.
obligo:obloquor.obluctor. Cum incipientibus.ab.m.partim.manet integra.ut ob-
murmuro.partim.b.obteritur ut omitto.omuteſco.ſunt qui ſcribant per.b.obmuteſ
co. Cum incipientibus ab.n.manet integra.ut obnitor.eris.obnubo.is.obnoxius.
Cum incipientibus á.p.b.mutatur in ipſam.ut oppono.is.oppugno.as.Cum icipiẽ-
tibus a.q.nõ componitur.Cum incipientibus ab.r.manet integra.ut obrado.is.obre
po.is.obruo.is. Cum incipientibus.ab.s.manet integra.ut obſideo.obſto.obſtupeo.
obſtrepo. Cum incipientibus a.t.manet integra.ut obtineo.obthuro.obtempero.in
quibus auctore Quintiliano potius.p.q̃.b.ſonat.unde ſunt qui putent per.p.ſcriben
da eſſe.Cum incipientibus ab.i.uel.i.conſonãtibus manet integra.ut obiuro.as.ob-
iurgo.as.obiicio.is.obuerto.is.obuio.as.Cum incipiẽtibus ab.x.&.z.nõ componit.

Sub præpoſitio in compoſitione aliquando manet integra.aliquando.b.muta-
tur in conſonantẽ quæ ſequitur.Cum incipiẽtibus a uocali manet integra.ut ſubau-
dio.is.ſubeo.is.ſuborno.as. Cum incipientibus a.b.manet integra.ut ſubbibo.is.
ſublandior.iris. Cum incipientibus a.c.tranſit.b.in.c.ut ſuccurro.is. ſuccumbo.is.
Cum incipientibus a.d.manet integra.ut ſubdo.is.ſubduco.is. Cum incipientibus
ab.f.tranſit.b.in.f.ut ſuffero.rs.ſufficio.is.ſuffundo.is.Cum incipientibus á.g.tran
ſit etiam in ipſam.ut ſuggero.is.Cum incipientibus.ab.l.manet integra. ut ſubleuo
as.ſubligo.as.ſubluo.is. Cum incipientibus ab.m.d.tranſit in ipſam.ut ſũmitto.is.
ſumminiſtro.as.ſummoueo.es.Cum incipientibus ab.n.manet integra.ut ſubnecto
is.ſubnitor.eris.Cum incipientibus a.p.b.mutatur in ipſam.ut ſuppono.is. ſuppri-
mo.is.ſupputo.as.Cum incipientibus a.q.non cõponitur. Cum incipientibus ab.r.
manet integra.ut ſubrado.ſubrepo.ſubruo.is. Cum incipientibus ab.s.manet inte-
gra.ut ſubſano.as.ſubſideo.es.ſubſum.es. aliquando abiicit.ſ.ut ſuſpiro.as.a ſub &
ſpiro.niſi forte a ſurſum cõponitur:quemadmodũ & ſuſpicio.is.Cum incipientibus
á.t.manet integra.ut ſubtexo.is.ſubticeo.es.ſubtraho.is.cum hoc uerbo teneo.s.ac-
cipit loco.b.ut ſuſtineo: niſi mauis a ſurſum & teneo compoſitũ eſſe. cum incipienti
bus ab.i.&.u.conſonãtibus manet integra.ut ſubiungo.is. cum incipientibus ab.x.
&.z.non cõponitur.

Ad præpoſitio in compoſitione aliquando manet integra.
quandoq; tranſit in conſonantẽ quæ ſequitur.quandoq; penitus exteritur.cum dictio
nibus a uocali exili uel aſpirata incipientibus manet integra.ut adamo.as.adeo. is.
adoro.as.aduro.is.adhæreo.es.adhortor.aris. cum incipientibus a.b.manet integra
ut adbibo.is.adbreuio.as.cum incipiẽtibus á.c.tranſit in ipſam.ut accurro.is.accom
modo.as.cum incipientibus a.d.manet integra.ut addico.is.addo.is.adduco.is. cum
incipientibus ab.f.tranſit in ipſam.ut afficio.is.affero.rs. cum incipientibus á.g.trã
ſit in ipſam.ut aggero.is.aggrego.as.cum incipientibus agn.d.penitus expungitur.
ut agnoſco.is.agnitus.agnatus. cum incipiẽtibus ab.l.tranſit in ipſam.ut alleuo.as.
allido.is. alludo.is.adlubeſco.is.quo uerbo frequẽter utitur Apuleius atq; nõ nũquã
Martianus capella:cum antiquitate.d.quoq; retinuit. cum incipientibus ab.m.inte-
grum manet.ut admitto.is.admoueo.es.admurmuro.as.cũ incipientibus ab.n.d.trã
ſit in ipſum.ut annitor.eris.annoto.as.annumero.as.cum incipientibus á.p.tranſit
in ipſum.ut apparo.as.appeto.is.Aperio.is.quod ex ad & pario cõponitur:d.extriuit
atq; primã breuiat.cum incipientibus á.q.d. tranſit in.c.ut acquiro.is.acquieſco.is.
cum icipiẽtibus ab.r.d.uertitur in ipſum. ut arrideo.es.arrogo.as.cum incipiẽtibus
ab.s.d.tranſit in ipſum.ut aſſumo.is.aſſimulo.as. Quod ſi cõponatur cum dictioni-
bus ab.ſc.& ſp.incipiẽtibus.d.penitus exteritur.ut aſcendo.is.aſciſco.is. aſpicio.is.
aſpergo.is.aſpernor.aris.cum incipiẽtibus a.t.in ipſum uertitur.ut attero.is. attin-
go.is.attono.as.cum incipientibus ab.i.&.u.cõſonantibus integra manet.ut adiuuo
as.aduerto.is.aduoco.as.

Dis & di præpoſtiones inſeparabiles cõponũtur.ali-
quando integræ manentes:aliquando.s.mutata in ſequentẽ conſonantẽ.cum dictio-
nibus á.c.p.q.ſ.t.incipientibus cõponitur dis.ut diſcalcio.diſcedo.diſputo:diſpicio.
diſquiro.diſſono.diſſuo.diſturbo.diſtraho.cum incipientibus a.d.g.l.m.r.di compo-
nitur.ut diduco.is. digero.is.diluo.is.dimitto.is. diruo.is. cum incipientibus ab.f.
s.mutatur in f.ut diffido.is.diffundo.is.cum incipientibus ab.i.conſonãte diſ.com-
ponitur.ut diſiungo.is.diſiicio.is.cum incipientibus ab.u.cõſonante di cõponitur.

ut diuerto.is.diuendo.is.   Ex præpositio in compositione aliquãdo manet integra.aliquando.x.mutatur in consonantē quæ subsequitur.aliquãdo.x.exteritur.integra manet cum dictionibus incipientibus a uocali exili uel aspirata.ut exaudio.is.exero.is.exigo.is.exoro.as.exudo.as.exhaurio.is.exheredo.as.exhibeo.es.exhorreo.es.integra quoq; manet cum dictionibus incipientibus a.c.ut excrucio.as. excurro.is.a p.ut expello.is.expungo.is.a.q.ut exquiro.is.& a.t.ut extendo.is.extrudo.is.cum incipientibus ab.f.x.mutatur in ipsum.ut efficio.is.effugio.is.cum incipientibus á reliquis cõsonantibus.e.componitur.ut ebulio:is.edico.is.egero.is.eluo.is. emitto.is.enumero.as:erudo.is.euadio.is.cum incipientibus ab.s.integra manet:sed exteritur s.ne duo.s.inculcentur alterum.quod.x. habet implicitum. alterum ipsius dictionis cum qua componitur. ut exanio.as.exequor.eris.exicco.as. exudo.as.   Reliquæ oēs præpositiones cum in cõpositionem ueniunt:fere integræ manent:nisi quod & in & con cum dictionibus a.b.m.p.incipientibus compositæ.n.mutant in.m.ut imbuo.is.immitto.is.imputo.as.combibo.is commuto.as.computo.as.   Con etiam cum dictionibus a uocali incipientibus composita exterit.n.litteram præterq̄ in hoc uerbo comedo quod ex con & edo componitur.n.mutata in.m.& in hoc uerbo cõburo:in quo b.est assumpta post.m.nam ex con & uro componitur.sicut amburo ex an & uro.cum dictionibus ab.r.incipientibus.n.mutatur in.r.ut corrigo.is.corruo.is.   Aliquãdo etiam detrahitur littera.ut demo.is.quod a de & emo cõponitur.debeo.es. quod a de & habeo.præbeo a præ & habeo.dego.is.quod a de & ago.cogo.is.quod a con & ago.a rego.is.surgo.is.porgo.is. pergo.is.aliquãdo additur littera.ut redamo.as. quod a re & amo.redigo.is.quod a re & ago.redimo.is.quod a re & emo. Deinde notat:præpositiones in compositione cum uerbis aliquando augere uerbi significationem.ut deamo.as.i.ualde amo.demereor.eris.pro ualde mereor. aliquãdo minuere. ut dedoceo.es.quod est falsum ostendere quod aliis docuit.deficio.is. ab eo quod factum est diminui.aliquando in totum mutare.ut mico.as.significat splendere:dimico.as. ferro decertare.emico.as.cum pro exilio accipitur.Vergilius in.vi.Iuuenũ manus emicat ardens littus in hesperium.

De uerbis mutantibus.a.in e.superiori parte diximus quēadmodum præpositiones in cõpositione cũ uerbis corrumpuntur:nunc dicit quod etiã uerba in compositiõe corrumpuntur. ut lacto.as .quod ē lac præbere componitur cum ab: dicimusq; ablacto.as.quod est depellere atq; a lacte remouere:sed ĩ illa cõpositione nihil ĩmutatũ est.Lacto.as.per translationē est blandiciis delinire:unde est illud salamonis Hieronymo ĩterprete:fili mi ne te lactauerint peccatores.ab hoc uerbo in hac significatione componũtur oblecto as.& delecto.as.pro eo quod est uoluptatibus demulcere. Eodē modo de reliquis uerbis q̄ hic ponuntur:quæ cum in compositionem ueniunt:nõ semper mutant litteras alias in alias:ut mãdo.as. demando.as.remãdo.as.commendo.as.hallo.as.exhallo as. anhello. as.apto. as. adapto as. ĩeptio.is. tracto. as. ꝑtracto as. retracto.as. detracto.as. ob-

Præpositiones in compositione aliquãdo augere uerbi significationem:ut amo.as. deamo.as.aliquãdo minuere.ut doceo.es.dedoceo.es.aliquando in totum mutare. ut mico micas.dimico dimicas.

De uerbis mutantibus.a.in.e.

Lacto.as.aui.delecto.as.oblecto.as.
Mando.as.aui.cõmendo.as.cõmendaui.
Patro.as.aui.perpetro.as.aui.impetro.as.aui.
Hallo.as.aui.anhello.as.anhellaui.
Sacro.as.aui.cõsecro.as.aui.execror.aris.
Damno.as.aui.cõdēno.as.aui.indēno.as.aui.
Apto.as.aui.ineptio.is.uel ineptior.iris.
Tracto.as.detrecto.as.obtrecto.as.ɔtrecto.as
Arceo.es.cui.coerceo.es.exerceo.es.abercco.es
Pario.is.peperi.cõperio.is.repio.is.opio.is.
Pasco.is.paui.compesco.is.dispesco.is.
Scãdo.is.scãdi.ascēdo.is.descēdo.is.ɔscēdo.is
Parco.is.parsi ul' peperci.deperco.is. depersi.

trecto.as.Spargo.is.dispargo.is. uel dispergo.is.:conspargo.is.uel conspergo.is. respargo.is.uel respergo.is.pasco.is.depasco.is.compasco.is.uel compesco.is.dispesco is.quod est quasi apastu arcere.itaq; compescere & dispescere si originem unde deriuãtur aspicias:proprie est pecudes a pastione prohibere:sed per translationem accipiuntur pro eo quod est frenare.

De mutantibus.a.uel.ae.in.i.ut amico amicas.inimico inimicas. quæ compositio prius facta esse uidetur in amicus & inimicus: sed nihil refert. Maneo manes.cum

Fatisco.is.caret p̃terito.á quo defetiscor.eris.
Spargo.is.dispergo.is.cõspergo.is. asꝑgo.is.
Carpo.is.psi.decerpo.is.ɔcerpo.is.discerpo.is
Paciscor.eris.pactus.depeciscor.eris. depectꝰ
Partior.iris.partitꝰ.íꝑtior.iris.disꝑtior.iris.
Gradior.eris.gressꝰ.ɔgredior.eris. digredior
Patior.eris.passꝰ.ꝑpetior.eris.ꝑpessꝰ. (eris
Farcio.is.farsi. cõfercio.is. refercio.is.differcio differcis.

De mutantibus.a.uel.æ.in.i.

Amico.as.amicaui.inimico.as.inimicaui.
Maneo.es.si.emineo.es.ímineo.es.ꝑmineo.es
Taceo.es.cui.cõticeo.es.reticeo.es.obticeo.es
Placeo.es.cui.displiceo.es.ɔplaceo nõ mutat a
Habeo.es.bui.cohibeo.es.adhibeo.es.ꝓhibeo
Lateo.es.latui.deliteo.es.delitui. (ꝓhibes.
Fateor fateris fassus.confiteor confiteris.
Profiteor profiteris.diffiteor diffiteris.
Iacio iacis ieci.proiicio proiicis.reiicio.is.
Obiicio obiicis.abiicio abiicis.
Facio facis feci.proficio proficis.reficio.is.
Officio officis.afficio.afficis.
Sapio.is.ui.desipio.is.resipio.is.ł resipisco.is
Rapio.is.ui.diripio.is.corripio.is.arripio.is
Capio.is.cepi.cõcipio.is.accipio.is.recipio.is
Cado.is.cécidi.õccido.is.recido.is.incido.is.
Cædo.is.cecidi.cõcido. is.recido.is.ícido. is.
Lædo.is læsi.collido.is.allido.is.illido.is.
Quæro.is.siui.cõquiro.is.disq̃ro.is.req̃ro.is.
Ago agis egi.redigo redigis adigo adigis.
Prodigo prodigis.exigo exigis.
Frãgo.is.gi.cõfringo.is.ꝑfrigo.is.ĩfringo.is.
Tãgo.is.tetigi.attigo.is.ꝑtingo.is.ɔtingo. is
Pãgo.is.pepigi uł pegi.ĩpingo.is. ɔpingo. is.
Cano.is.cecini.cõcino.is. p̃cino.is.accino.is.
Salio.is.salui.desilio.is.assilio.is.resilio.is.

his præpositionibus per.re.cõnon mutat a.in.i. ut permaneo ꝑmanes.remaneo remanes. cõmaneo cõmanes. cum his præpositionibus.e.in.pro. præ.mutat.a.in.i.ut emineo. immineo promineo. præmineo. dicimus tamen emaneo.es. & immaneo es. Placeo places.compositũ cũ dis.mutat.a.i.i.ut displiceo.es. cum con uero non mutat. ut cõplaceo.es. Facio facis.compositum cum præpositionibus mutat.a.in.i.ut afficio afficis.conficio cõficis.cum alio uerbo nihil mutat. ut tepefacio.is. calefacio.is.frigefacio frigefacis ꝓ eo quod est facere aliquam rem tepere. calere.frigere. nisi mauis a nominibus & uerbo composita esse.ut sit calefacio.frigefacio.tepefacio. calidum.frigidum.tepidum facio.Cum quibusdam nominibus compositũ mutat.a.in.i. sed mutat coniugationem atq; exterit suum.i. ut amplifico.as.magnifico magnificas. candifico candificas. fortifico fortificas.pro eo quod est amplum.magnum.candidũ.fortem facio. Cado cadis cecidi.& cædo cedis cecidi in" compositis suis eandem habent litteraturam:differunt tamen accẽtu.nam a cado cõposita breuiant.ci.a cædo cedis producunt eandem.ut õccido õccidis õccidi. penultima breui a cado.is. occido.is. occidi.penultĩa lõga á cædo cædis. Ago agis egi cũ per compositum nihil mutat.ut perago peragis peregi.cum reliquis præpositionibus mutat.a in.i. De mutantibus au.in.e.ut audio audis.obedio obẽdis.nam ex ob & audio componitur.reperitur etiam obaudio obaudis.sed in contraria significatione ei quod est obedio.

Defrudo.as.pro eo quod est diminuo: unde est uinum defrutū dictum quod fit decoctione defrudatum.i. diminutum.

De mutantibus.a.in.u.

Scalpo scalpis.a quo sunt exculpo & insculpo.nā sculpo & sculptile quod in aliquibus libris legimus: mendū esse suspicamur: pro exculpo. & exculptile. aut pro suis simplicibus scalpo & scalptile.

De mutātibus e.in.i.

Sedeo sedes.cū super cōpositum nihil mutat: dicimusq; supsedeo.es. supersedi.cum reliquis mutat.e.in.i.Lego legis. cum per & re.nihil mutat.dicimusq; perlego perlegis perlegi. relego relegis relegi.cum reliquis mutat.e.in.i.

De quibusdam aliis uerborū cōsiderationibus. Reperiuntur adhuc in uerbis aliæ cōmunes considerationes. qualis est illa: quod si in prima positione: hoc est in prima persona aut secunda præsentis idicatiui modi reperitur.a. etiam si in præterito mutetur: in supino quoq; redditur.ut sto stas steti statū.do das dedi datum. facio facis feci factum.iacio iacis ieci iactum.capio capis cepi captum.pario paris peperi partum.cado cadis cecidi casum. ago agis egi actum. frango frangis fregi fractnm. pango pangis pepigi pactum. fallo fallis fefelli falsum. cano canis cecini cātum.Gradior tamen in supino.a.mutauit in.e. dicimusq; gressus non grassus.

Si in compositione. alia consideratio est quod in compositione uerbum mutat.a.in.i.aliquādo in præterito manet.e.simplicis. ut iacio iacis ieci. coniicio is.conieci. proiicio.is. proieci. facio facis feci.conficio cōficis confeci.proficio.is.profeci. capio capis cepi.concipio cōcipis concepi.recipio recipis recepi. frango frangis fregi.confringo confringis confregi.ago agis egi.exigo exigis exegi. cogo cogis coegi.pango pangis pepigi uel pegi.compingo cōpingis compegi.impingo impingis impegi.tango tangis tetigi.& cado cadis cecidi.sequuntur in præterito regulam geminantium primas syllabas. In supinis uero quandoq; retinent.a.simplicis: ut frango fractum. infringo infractum. perfringo perfractum. tango tactum.

De mutantibus au.in.e.o.u.

Plaudo plaudis plausi.complodo complodis.
Explodo explodis.displodo displodis.
Claudo claudis clausi.includo includis.
Excludo excludis.recludo recludis.
Fraudo fraudas fraudaui.defrudo.as.

De mutantibus.a.in.u.

Quatio quatis quassi.concutio cōcutis.discutio discutis.excutio excutis.
Salto.as.aui.īsulto.as.resulto.as. assulto. as.
Calco.as.aui.īculco.as.pculco.as.exculco.as.
Scalpo.is.scalpsi.exculpo.is.insculpo.is.
Capio.is.cepi.occupo.as.aui.

De mutantibus.e.in.i.

Teneo tenes tenui. contineo contines. pertineo pertines. retineo retines.
Sedeo sedes sedi.resideo resides.consideo consides.desideo desides.
Rego.is.rexi.corrigo.is.dirigo.is.erigo.is.
Lego.is.legi.colligo.is.diligo. is.itelligo. is.
Emo.is.emi.adimo.is.redimo.is.perimo.is.
Premo premis pressi.reprimo reprimis.comprimo cōprimis.imprimo imprimis.

De mutantibus.u.in.e.

Iuro iuras iuraui.peiero peieras peieraui.deiero deieras deieraui.

De quibusdā uerboꝝ cōsideratiōib⁹ aliis.

Si in prima uerbi positione fuerit.a. etiam si in præterito mutetur: semper manet in supinis.ut do das dedi statum.sto stas steti statum.pario paris peperi partum.tango tāgis tetigi tactum.fallo.is.fefelli falsum.

Si in compositione uerbi:a.mutatur in.i.aliquando in præterito manet.e.simplicis: & a in supinis. ut frango fregi fractum. infringo infregi infractum. aliquando.a.uertitur in.e.ut facio feci factū.inficio īfeci infectū.

contingo contactum. sutingo intactum. pango pactum. impingo impactum. compingo compactum. ago actum. redigo redactum. adigo adactum. cado casum. occido occasum. recido recasum. Quandoq; a. uertitur in. e. ut iacio iactum. conicio cōiectum proicio proiectum. facio factum. conficio confectum. proficio profectum. rapio raptum. corripio correptum. diripio direptum. capio captum. cōcipio conceptum. cano cantum. concino concentum. accino accentum. fateor fassum. profiteor professum. cōfiteor cōfessū.

Sunt uerba quæ in compositione mutant cōiugationē. ut do das dedi. reddo. is. reddidi. Cubo cubas cubui. incūbo incūbis incubui Facio facis feci. amplifico. as. amplificaui. Sapio sapis sapere. resipio resipis resipire.

Sunt etiam quæ mutant genus in compositione. ut eo is. quod est neutrum. prætereo. is. adeo. is. & fere omnia composita ab illo: quæ sunt actiua. Facio facis. quod non habet facior faceris. Perficio perficis. habet perficior. eris. & uersificor. aris. quod est deponēs.

Sunt quæ reperiuntur tantum in compositione. ut Pello. as. appello. as. compello. as. Clino clinas. inclino inclinas. reclino reclinas. declino declinas. Cuso cusas. accuso accusas. recuso. recusas. incuso incusas. Sipo sipas. Dissipo dissipas. frigero frigeras. refrigero refrigeras. Fragor fragaris. refragor. aris. Suffragor. aris. Pleo. es. impleo. es. compleo es. depleo. Leo. les. deleo. es. releo. es. spicio spicis. despicio. is. conspicio. is. respicio. is. Licio. is. elicio. is. pellicio. is. allicio. is. illicio illicis. Fendo. is. offendo. is. defēdo. is. Pedio pedis. impedio impedis. compedio cōpedis. præpedio præpedis.

Sunt uerba quæ in compositione. alia consideratio est quod quædam uerba sunt: quæ composita mutant coniugationem sui simplicis. sed de hoc in principio capitis quod ē de præteritis dictum est. Sunt quæ mutant genus. alia consideratio est: quod quædam sunt uerba q̄ composita mutāt genus sui simplicis. & ponit exempla de compositis ab eo. is. & facio facis.

Sunt quæ reperiuntur. alia consideratio est quod sunt quædam uerba quæ tantum in compositiōe. ut apello apellas. & cōpello compellas ā pello pellas componūtur: quod uerbum nō est in usu. & eodem modo de reliquis uerbis quæ hic explicāt.

Aelii Antonii Nebrissensis grammatici introductionum latinarum liber tertius: qui est de erotymatis. hoc est interrogatiōibus: quibus pueri de omnibus grammaticæ partibus interrogandi sunt. De erotymatis grāmaticæ. Cap. primū.

Dic mihi: quam artem profiteris? Grammaticam.

Quid est grammatica? Scientia recte loquendi recteq; scribendi ex doctissimorum uirorū usu atq; auctoritate collecta.

Dic mihi quam artem profiteris? Postea quam libris superioribus instituti sunt a nobis pueri in declinatione nominis & uerbi: in qua uelut in quibusdā cardinibus tota prope res litteraria uersatur: iam paulatim quasi manu ducendi sunt per omnes artis grammaticæ partes: ut a præceptoribus interrogati sciant respondere quid de quaq; re sentiant. Nam & hoc contra dialogorum rationem fecimus: in quibus rerū de quibus disputatur: minus eruditi doctiores interrogare consueuerunt: illisq; assentiuntur: nos uero præceptorem induximus percontantē quid de interrogatis discipulus sentiat. Tum quia illud ipsum Quintilianus oratoriarū institutionū libro primo iubet præceptores facere ut crebro pueros interrogent iis de rebus: crebrasq; ab illis operas exigāt: tum quia ĩ hac re longe difficilius est interrogare quā respōdere: tum etiam quia prouectiores iam aliquanto discipulos ĩterrogamus. Dicit igitur præceptor discipulum ĩterterrogans: quam artem profiteris? i. discis. Nam si ad præceptorem referas: profiteri ē docere. si ad discipulum: ē discere. Cui discipulus respondet grāmaticam. subaudi profiteor. Et eadē ratione sunt interrogata & responsa quæ sequunt. Quid est grammatica? Quæstio an aliqua res sit: quemadmodū inquit Aristoteles: reliquas oēs quæstiones præcedere debet: sequens uero est quid res est. Sed quia nemo ē ut Quintilianus de rhetorice ait: adeo non ab eruditione modo sed ab hominis sensu remotus: ut fabricandi & texendi & ē luto uasa fingendi artem putet: grāmaticen uero existimet sine arte uenire posse. Reliqua est illa quæstio quid sit grammatica. quæ quia de substantia grāmatices inquirit: diffinitione demonstrandum est: quod quæritur. Grammatica est scientia recte loquendi: & quia ut Quintilianus ait scribendi ratio cum loquendo coniuncta est: ut rem magis explicaret: subiunxit. recteq; scribendi. Ex doctissimorum uirorum usu. hoc adiecimus ad illorum temeritatē coarguendam: qui putant in hoc aliud esse artem: aliud usum consuetudinemq;. Dicunt enĩ aliquid ex arte posse dici: quod usus reformidet. Atq; e diuerso aliqd ex usu posse dici: quod ars repudiet. Nos tamen asseueramus: nil posse dici ex arte: quod usu probari non possit. Non enim ut Quintilianus ait: cum primum fingerentur homines analógia missa cælo formam loquendi dedit: sed inuenta est: postquam loquebantur: & notatum in sermone quid quoquo modo caderet: itaq; non ratione nititur: sed exemplo. An propterea homo facit in genitiuo hominis: quia nos ita dicere ars docuit: an potius hoc in artem reductum est: quod usus frequentior doctissimorum in sermone latino uirorum hoc habet? Nam quo tempore Ennius poeta dixit Vulturis in siluis miserum mandebat homonem: nequis putet ex arte fuisse dictum: tam usus fuit illius sæculo dicere homo homonis: q̄ nostro homo hominis: sed quemadmodum diximus alio loco: Priscus ille usus ab eruditiori sæculo est explosus: ut uel inde omnes intelligant totā hanc rationem usu constare: quem penes arbitrium uis est & norma loquēdi. Sed de quo usu intelligamus subiungit: doctissimorū uirorū. Nā indoctorū potius abusus q̄ usus appellandus est. Atq; ut pulchre Quintilianus ait Cōsuetudo nō ex eo accipiēda est: quod plures faciūt: nā hæc ratio periculosa esset nō modo in sermone: uerūetiā in uita hūana: sed ex eo quod optimus atq; sapientissimus quisq; exequit: ut sit cōsuetudo sermonis eruditorū: quēadmodū uiuēdi cōsensus bonorū. Sed dicet quispiā: si res litteraria usu cōstat: quid mihi ars conferet? Hoc loco repetendū nobis

est quod scripsimus in principio illius artis in qua sermonem hispanum sub regulas atq; præcepta contraximus: Artem licet sit collecta ex usu doctissimorum uirorum: prohibere tamen apud homines probati usus imperitos ne ab usus irrepere possit: ut latinum sermonem corrumpat. Nam quia usus loquendi multo indiget tempore: neq; facile nisi ab iis qui sunt in tenera ætate comparari potest: excogitata est ars: quæ non modo sit utilis latinæ linguæ imperitis. uerumetiam peritis. imperitis inquam: ut per ea ipsa præcepta in usum illum facilius deducātur. Peritis uero: ut ea quæ sūt prope infinita: & sparsim ex longo usu sciunt: sub paucis regulis atq; præceptis complectantur. Vnde dicitur grammatica? Sequens quæstio est unde dicitur grāmatica. hæc quæstio cum ad omnes qui aliqua de re disputāt pertinere possit ut inquirant unde id dicatur de quo disputant: tum maxime ad grāmaticum: cuius officium est demōstrare unde cuiusq; dictiōis origo sit: si modo aliunde dicatur. A grammatis græce respōdet: quod est a litteris latine. ut sit grammatica scientia uel ars litteraria. non ut indocti dicebant a gramma littera & tica scientia grammaticam esse dictam. nam in grammatica tica non plus addit: q̃ ut Cicero ait in topicis timus in finitimus. legimus. æditimus. aut ensis in hispalensis. cordubensis. italicensis. neq; enim in illis dictionibus timus & ensis aliud sunt: q̃ productiones nominum deriuatorum a fine lege æde hispali corduba italica. Sed homies græcarum litterarum ignari occasionem errandi habuerunt: ex eo quod inueniebant pro grāmatica interpretatum in latinum sermonem: sciētia uel ars litteraria. pro dialectica scientia uel ars disputatiua. pro rhetorica scientia uel ars oratoria. Nā scientiarum nomina quæ sunt græca plærumq; a latinis in hūc modum uerti consueuerūt. ut politice. resp. œconomice res familiaris. georgice res rustica: & eodem modo grammatice res litteraria. Quotuplex est grāmatica? quasi uelit dicere: grāmatica in genere accepta in quot partes siue species diuiditur? Huic quæstioni respondet ex Quintiliani auctoritate: qui oratoriarum institutionū libro primo his uerbis inquit. Et finitæ quidem sunt partes duæ: quas hæc professio pollicetur. idest ratio loquēdi: & ennarratio auctorum: quarum illam methodicen: hanc historicen uocant. Idē quoq; Diomedes grāmaticus sentit aliis tamen uerbis dicens. Grāmaticæ partes sunt duæ: altera quæ uocatur exegetice: altera horistice. nam tota grāmatica consistit præcipue intellectu poetarum scriptorum & historiarum prompta expositione: & recte loquendi sciētia. Quam ergo grāmatices partem Quintilianus uocat historicen idest narratiuam: quoniā historeo græce interpretatur narro: hanc eandem Diomedes exegeticen nominat: quæ æque narratiua interpretat. Quam rursus Quintilianus methodicen appellat idest doctrinalem: quoniā methodus doctrina interpretatur? eā ipsam Diomedes uocat horisticen. i. diffinitiuam: quia horizo græce est latine diffinio: siue determino. Ergo recte dixit historicen siue exegeticen uersari in enarrandis exponēdisq; auctoribus: ad quorum imitationē post artis præcepta se debēt pueri cōponere. Methodicen uero siue horisticen uersari circa eadem ipsa artis præcepta: quæ ut diximus ex optimo auctorum usu collecta sunt. Quot sunt partes præceptiuæ grāmaticæ? Omissa altera grāmatices parte: quam diximus historicen siue exegeticē: quæ non est huius cōsiderationis: rursus interrogat quot sūt partes Methodices siue ho-

Vnde dicitur grammatica? A grammatis hoc est a litteris: quasi scientia litteraria.

Quotuplex est grammatica? Quintiliano auctore duplex. Historice quæ in enarrādis auctoribus uersatur: ad imitationem proposita. Et methodice quæ artis præcepta continet.

Quot sunt partes præceptiuæ grammaticæ? Quattuor. Orthográphia cui respondet littera? Prosódia cui respondet syllaba. Etymológia cui respondet dictio. Sintaxis cui respondet partium orationis constructio.

riſtices: hoc eſt præceptiuæ grammaticæ. Et reſpõdet eſſe quattuor illius partes. Quæ uero illæ ſint: & quæ cuiq; ſubiecta materies enumerat. Nam orthographia diſputat de littera. Proſodia de ſyllaba. Etymologia de dictione. Syntaxis de partium ſiue dictionum inter ſe conſtructione. Ex quo Ioannis paſtranæ conuincitur erratum: atq; artis dialecticæ ignorantia: qui in principio illius operis: quod in perniciem ſermonis latini caſſo labore compoſuit: ſcripſit partes orationis eſſe quattuor: quas nos partes grammatices eſſe diximus. litteram. ſyllabam. dictionem. orationem. Aliud eſt enim grammatica: aliud oratio. illius partes ſunt conſiderare de litteris: quod eſt minimum in oratione. aut de ſyllabis quæ litteris conſtant: aut de dictionibus quæ ſyllabis conficiuntur: aut de oratione quæ ex dictionibus conſtruitur. huius uero partes ſunt partes: in quas oratio ipſa diuiditur. Quemadmodum aliud eſt rhetorica: aliud oratio quod eſt opus rhetorices. Nam partes rhetoricæ ſunt inuentio. diſpoſitio. elocutio. memoria. pronunciatio. Orationis uero. exordium. narratio. partitio. confirmatio: confutatio. cõcluſio. Quemadmodum enim nulla eſt pars orationis rhetoricæ in qua non ſit inuentio. diſpoſitio. elocutio. memoria. pronunciatio: eadem quoq; ratione nulla eſt pars orationis grammaticæ: in qua non conſideremus: quibus litteris ſcribenda ſit. quo accentu quæq; ſyllaba enuncianda: quid dictio ſignificet: & quæ habeat accidentia: & qua ratione in conſtructionem orationis ueniat. Non recte igitur paſtrana: confudit partes orationis cum partibus grãmatices. Quemadmodũ dialectici diffiniunt: & uſurpatur a Cicerone in ſecundo libro de finibus bonorum & malorum: uitioſum eſt in diuidendo partem in genere numerare: quod hic noſter facit: qui litteram quæ pars ſyllabæ eſt: & ſyllabam quæ pars dictionis: & dictionem quæ pars orationis ſub uno genere hoc eſt oratione ex æquo diuidit: quod eſt ut Ciceronis uerbis utar: non partiri ſed frangere: non aliter quam ſi quis animalis corpus diuidat in caput. oculum. & pupulam: cũ pupula pars oculi ſit. oculus capitis. caput uero totius corporis. De erotymatis orthográphiæ. Totum artis grãmaticæ negotiũ Quintiliano auctore in duobus maxime conſiſtit: in recte loquendi recteq; ſcribendi ratione. Recte loquendi regulas continet proſodia. etymológia. ſyntaxis. Recte ſcribẽdi uero ea quam græci orthographiam uocant: & a qua potiſſimũ tota grammatice nomen aſſumpſit. Quærit igitur in primis. Quid eſt orthográphia. Cui reſpondet. Scientia docens quibus litteris quæq; dictio ſcribenda ſit. Breuius & fortaſſe melius dixiſſet ſcientia recte ſcribendi. Cuius ratio ut inquit fabius nõ in hoc poſita eſt ut nouerimus: quibus quæq; ſyllaba litteris cõſtet: ſed tota eius artis ſubtilitaſ uerſatur circa rectam ſcriptionem dictionũ græcarum: atq; etiam latinarũ: quæ non ſunt in uſu frequenti. & q̃ diphthõgo: quæ uocalibus aſpiratis aut cõſonantibus: quæ per y. pſilon ſcribantur. Nam ſi Ariſtotele auctore uirtus & ars circa difficile uerſantur: hic labor hic tota difficultas orthographiæ uerſatur. Quæ etſi conſuetudini ſeruit: ideoq; ſæpe mutata eſt: quemadmodum ait Quintilianus: illam tamen ſcribendi rationem ſequemur: in quam doctiſſimus quiſq; conſentit. Atq; ubi illi inter ſe uarii ſunt: in quod plures illorum conueniunt. Rurſus quærit unde dicitur orthográphia? & quia græca dictio atq; compoſita eſt: Reſpondet: quod ab orthos quod interpretatur rectum: & grapho quod eſt ſcribo componitur: ut ſit quod ipſa orthográphiæ diffinitio explicat ſcientia recte ſcribendi. Quid eſt littera? Quia ut diximus Orthográphia circa litreras quaſi circa ſubiectam materiã uerſaẽ: iterũ q̃rit: quid ẽ littera? Memineris aũt litteras ab elemẽtis auctore Priſciano diſtare: quod lr̃æ

De erotymatis orthográphiæ. Cap. ii.

Quid eſt orthográphia? Scientia docẽs quibus litteris quæq; dictio ſcribenda ſit.

Vnde dicitur orthográphia? Ab orthos quod eſt rectum. & grapho ſcribo: quaſi ſcientia recte ſcribendi.

Quid eſt littera? Vox quæ ſcribi poteſt indiuidua.

sunt ductus siue caracteres qui scribuntur. Elementa uero sunt pronunciatiões ipsæ quæ scribuntur. confundunt tamē auctores hanc differentiā alterū pro altero accipientes. Respondet uero ex diffinitione Prisciani dicens. Littera est uox indiuidua quæ scribi potest. hic litteram pro elemento accipit. sed quia ut inquit Fabius sic quidq; scribendum est: quemadmodum sonat: quia hic est usus litterarum ut custodiāt uoces: & uelut depositum legentibus reddāt. quod de littera prolata dicimus: de scripta quoq; est intelligendum. Recte igitur Priscianus diffiniuit: Littera est uox quæ scribi potest indiuidua. Si enim scribi non potest: quales sunt uolucrum uoces: & mugigitus boum: & gemitus hominū: quas Priscianus illitteratas uocat: illa non recte appellabitur littera. Indiuidua autem subiecit: quia ut alia diffinitione Priscianus ostēdit: Littera est minima pars uocis compositæ: minimū aūt est quod amplius diuidi nō potest: cuiusmodi est littera. Ex quo infertur psi litterā apud græcos: &. x. apud græcos & latinos non esse litteras: quandoquidem altera in. ps. altera in. cs. uel. gs. diuiditur: sed potius dicendum est utramq; figuram binarum litterarum esse compendium. Vnde dicitur littera? Respondet ex Prisciani uerbis: litterā dici alituris. Verba Prisciani sunt. dicitur autem littera: quasi legitera: eo quod legendi iter præbeat: uel alituris ut quibusdam placet: quod plærumq; antiqui in ceratis tabulis scribere solebāt: & postea delere. Ideo autem ex hac ratione. t. geminauit: quia litura primam syllabam breuiat: quæ in littera longa est. ergo hic de littera scriptili respōdet. Quot sūt litteræ in usu? hic quoq; de numero litterarū quæ scribuntur inquirit. Neq; enim recte duo & uiginti respōdisset: cum apud latinos sex & uiginti sint pronūciationes litterarū distinctæ: & totidē cōsequenter debeant esse litteræ: quemadmodum paulo post dicemus: & exactius disputatum est in repetitione quam de litteris habuimus: & in opere illo quod de sermonis hispani grammatica fecimus: quibus in locis deductum est octo esse uocales apud latinos & duo de uiginti consonantes. Ergo figuræ litterarum quæ scribuntur duæ sunt & uiginti: &. h. quæ & si quantum ad figuram littera sit: atq; in ordine litterarum ponatur: non est elementum: quia non sonum sed tātum spiritum siue flatum habet: unde & illam flatilem plures dixerunt. quæ cum additur his litteris. c. p. t. quodammodo sonum illarū alterare uidetur: et aliud genus litteræ efficere: quod quia in uocalibus &. r. littera non apparet: græci. c. p. t. aspiratis diuersos caracteres dederunt. r. uero non dederunt: quia aspiratio illi nō cohæret: sed potius uocali quæ sequitur: uocalibus uero quia in illis non eminet: atq; ideo græci uocalibus aspiratis apices aspirationem designātes imponunt. Quot sunt genera litterarum. ac si dicat litteræ in quot partes siue species diuiduntur: ut littera sit genus. & quærat de eius partibus siue speciebus ut dicunt dialectici: quod tamē Cicero dicere reformidat. Respondetq; duo esse genera alterum uocalium: alterum cōsonantium. Quærit deinde. Quid est uocalis? Respondet uero & quid sit: & unde dicatur. Est enī uocalis littera quæ per se & pura: idest nulli alteri litteræ admixta pronunciari potest. ut cum dico. a. sic sonat pura & impermixta: ut a nulla undiq; alia littera feriatur. Ex qua diffinitione originem uocalis ostendit dicens: Quod uocalis ex eo dicitur quod per se ipsam uocem habeat. Postea de numero uocalium inquirit dicens. Quot sunt uocales. Respondet autem esse sex. A. E. I. O. V. Y psilon. Ex quo facile apparet quæstionem hanc de uocalibus esse quæ scribuntur.

Vnde dicitur littera? Alituris: quod antiqui tabulis ceratis scribere solebant & postea delere

Quot sunt litteræ in usu apud latinos? Duæ & uiginti: &. h. quæ non est littera sed aspirationis nota.

Quot sunt genera litterarū? Duo. quædā enī sunt uocales: quædam uero consonantes.

Quid est uocalis? Littera quæ per se & pura pronunciari potest: unde & uocalis dicitur quod per se ipsam uocem habeat.

Quot ſunt uocales? Sex.a.e.i.o.u.ypſilon.

Quid eſt conſonans? Littera quæ niſi feriat uocalem pronunciari non poteſt: unde & cōſonans dicatur: quod cū uocalibus ſonet.

Quot ſunt conſonantes? Sedecim reliquæ a uocalibus.

Quot ſunt ſpecies conſonantium? Duæ. nouē mutæ.b.c.d.e.g.k.p.q.t. Et ſeptem ſemiuocales.l.m.n.r.ſ.x.z.

ſcribuntur.nam quæ a tempeſtatis noſtræ hominibus enunciantur: quinq; ſunt tantum: quæ uero ab antiquioribus: octo.a.e.i.o.u.y.pſilon. & duæ alie uocales: altera quæ ſonat iter.e.i.altera iter.i.u.quē admodum in repetione ſuperius memorata ſatis copioſe deduximus.. Illud tamen interim nō eſt diſſimulandum: uocales illas omnes in eadem gutturis parte formari: ſed oris labiorumq; diſtorſionem facere illarum diuerſitatem: ut ex eo uel facile intelligi poſſit: cum innumeræ ſint oris labiorumq; figuræ: infinitas quoq; eſſe poſſe uocales: ne dum octo illas quas ſupra memorauimus: differentias tamen illarum non ſentiri .Nam quemadmodum in arcu cæleſti: qui ut Vergilius ait. Mille trahit uarios aduerſo ſole colores: oculi non percipiunt niſi tres tantum: & in quo ut Ouidius ait: niteant cum mille colores: Tranſitus ipſe tameu ſpectantia lumina fallit: Vſq; adeo quod tangit idem eſt: tamen ultima diſtant: eodem modo cum aures noſtræ tantum uocales quinq; ſentiant: ratio tamen intelligit tot eſſe: quot poſſunt eſſe oris diuerſitates. Nam & mathematici dicunt quantitatem continuam non habere finem in diuidēdo. Quid eſt conſonans? & reſpondet eſſe litteram: quæ per ſe non poteſt enunciari: niſi uocalem feriat: ut ſi uelis pronunciare.b.non poſſis efficere niſi uocalem ſequenteu aut præcedentem feriat: poteſt tamen & ſequentem media altera conſonante ferire. Ex hac conſonantis diffinitione infert originem unde dicitur: quia ab eo quod cum uocalibus ſonet. Quot ſunt conſonantes? quia de numero quæſiuit: reſpondet eſſe ſedecim reliquas a ſex uocalibus: cum tamen ſint aliquanto plures: quemadmodum ē ueſtigio deducemus. Quot ſunt ſpecies conſonantium? Quærit adhuc an conſonas quæ erat litteræ ſpecies: poſſit in partes diuidi? Et dicit eſſe duas adhuc conſonantium ſpecies: alteram mutarum: alteram ſemiuocalium. Sed cum dixit nouem eſſe mutas: & ſeptem ſemiuocales: manifeſtum eſt de ſimplicibus litterarum figuris reſpondiſſe. nam pronunciationes ut diximus duo de uiginti ſunt: duodecim mutarum & ſex ſemiuocalium: quod ſic probari poteſt. Ait plinius libro naturalis hiſtoriæ ſeptimo: Latinos habere uim omniū litterarū: quas græci habent: nam dictiones græce cum litteratura in latinum ſermonem tranſferre placuit. Illi namq; nouem habent mutas in triplici differentia poſitas. p.c.t. ſubtiles. ph.ch.th. craſſas. b.g.d. medias. quarum ſubtiles & medias habent latini: habent quoq; & ſpiſſas ſed tantum in dictionibus græcis. ut philoſophia. chorus. thalamus. quas quia figuras non habemus: per ſubtiles aſpiratione addita repræſentamus: cum tamē diuerſæ omnino ſint ab illis: multoq; magis in pronunciatione diſtent: quam ab illis quas diximus eſſe medias. Cum ergo diuerſitas litterarum non in figuris: ſed in pronunciatione ſit: manifeſtum eſt ph.ch.th. alterius eſſe generis: quam. p.c.t. cum non aſpirantur. Habent præterea latini tres mutas quas ignorant græci. f.i.u. conſonantes. ut enim alio in loco probauimus: inter. f. & ph. tanta eſt differentia: ut inter duas litteras eiuſdem generis nulla maior eſſe poſſit. f. uero mutam eſſe omnes grāmatici teſtantur. a qua nō multum in pronūciatione differt. u. conſonans: quod antiquiores digama æolicum apellabant. I. conſonans quem habeat ſonum fateor me ignorare. nā quemadmodum compertum habeo nō eum eſſe: quem hiſpani proferunt: quemq; ego contenderim nō aliunde q̄ a pœnis hiſpaniam accepiſſe: ita ſuſpicor proxime accedere ad ſonū. i. uocalis: niſi quod. i. ſibi ipſi inſidet: reliquaſq; uocales frangit. Sed interim reiiciamus illam in numerum mutarum. Colligamuſq; duodecim eſſe mutas. tres græcorum proprias. ch. ph. th. tres latinorum. f. i. & . u. conſonantes. ſex communes græcis & latinis. b.c.d.g.p.t. Nam. k. q. ocioſæ ſunt: cum eundem ſonum

habeãt: quem habet.c.neq; figurarũ diuerſitas debeat numerum augere litterarum. Sed tamen eſſe ſemiuocales diximus: cum reliqui omnes grammatici græci & latini dixerunt eſſe ſeptem: & quem fecimus reſpondentem diſcipulum ſeptem quoq; eſſe dixit. Sed hi omnes de figuris loquuntur litterarum. nos uero de illarum ui poteſtateq; diſſerimus. cuius ratio conuincit.x.non eſſe litteram: ſed ut ſupra memorauimus duarum litterarum compendium: quarum altera hoc eſt.c.uel.g.ad mutas: altera hoc eſt.s.ad ſemiuocales referenda eſt. Quare dicuntur mutæ? Cui quæſtioni reſpõdet mutas ideo dici nõ quia illæ partes uocis nõ ſint: ſed quia cõparatione uocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent. Quod exemplo Priſcianus oſtendit ſic: quemadmodum informis dicitur mulier: nõ quæ caret forma: ſed quia ẽ male formata: ſic etiã muta dicitur: nõ quia omnino caret uoce: ſed quod exiguam partẽ uocis habeat. Immo uero poſſem ego dicere mutas idcirco appellatas: quod per ſe nulla ratione poſſint enunciari: cum in ea oris parte formentur: quã nullo modo poſſit uocis eſſe iter. Nã p.b.ph.ore clauſo labriſq; preſſis effingitur.t.d.th.lingua inter dentes compreſſa priori parte.c.g.ch.ipſius arteriæ faucibus clauſis.f.uero &.u.cõſonãs priomobus dẽtibus inferiori labro impreſſis: niſi quod.f.ut Quintilianus ait per dentium diſcrimina extrorſum efflat.y.uero ſpiritu quoddammodo attracto.i.uero conſonans quam habeat uocem iam confeſſi ſumus nos ignorare. Cum igitur omnibus in his locis tea ſit oris figura: ut nulla ratione uox exire poſſit: quia per ſe non poſſunt enunciari niſi uigore dum taxat uocalium: merito dicũtur mutæ: quippe quæ nullam per ſe uocem habeant. Quare dicuntur ſemiuocales? Reſpondet ideo ſic appellatas: quod in ſonoritate proxime ad uocales accedãt. Nam ut ait Priſcianus ſic appellatæ ſunt: quia plenam uocem non habeant: ut ſemiuiros appellamus: non quod dimidiam partem habẽt uirorum: ſed quia pleni uiri non ſunt. Cur autem magis quam mutæ: minus autem quam uocales ſonent: Ratio eſt: quia in ea oris parte figuraq; formãtur: in qua hoc effici poſſit. Nam ore faucibuſq; ſemi adapertis lingua ad palatum cælumq; ipſum illiſa ſemiuocales enunciãtur. præterquam.m.quæ & ipſa potius inter mutas enumerari deberet: propterea quod in pronunciatione ad.b.proxime accedat: niſi quod labiis clauſis.m.quoddammodo per nares efflatur. Quod accidunt litteræ? Poſtea quam dixit: quid eſt littera: atq; illam in partes diuiſit: quærit quot ſũt illius accidentiæ. Reſpondetq; eſſe quinq;. Nomen eſt quo unaqueq; appellatur. Figura qua deſcribitur. Poteſtas. qua pronunciatur. Cognatio: quam cum alia habet littera. Ordo: quo cum alia littera ſyllabicatur. Quid eſt nomen in littera? Vocabulum inquit quo unaquæq; appellatur: ut quam græci uocant alpha hebrei aleph. pœni alipha: nos ipſius uocis nomine appellamus. a magna profecto utilitate illorum qui ex litteris incipiunt ſyllabas coniungere. Nam græcis hebreis & pœnis euaneſcunt poteſtates litterarum: cum in ſyllabicando illas longo circuitu nominum ſuorum appellant: ex quo fit ut hac una in re multo plus latini triduo proficiãt: q̃ illi mẽſe. Quid eſt figura in littera? Deſcriptio inquit ſiue linearum ductus certis lineamentis & caracteribus terminata: quod exemplo declarat: ut.l.longa.i.breuis.o.rotunda & cõpoſita ex longa & rotunda.b.d.p.ex breuibus.m.n.& eode modo de reliquis. Illud modo memineris lineamentorũ uarietatẽ nõ facere diuerſitatẽ litterarũ.

Quare dicũtur mutæ? Quia cõparatione uocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent.

Quare dicũtur ſemiuocales? Quia in ſonoritate proxime ad uocales accedant.

Quot accidunt litteræ? Quinq;. Nomẽ. Figura. Poteſtas. Cognatio. Ordo.

Quid eſt nomen in littera? Vocabulum quo unaquæq; appellatur ad aliarum litterarum diſcretionem.

Quid eſt figura in littera? Eius deſcriptio certis lineamentis terminata. puta longa. breuis. rotunda.

Quid eſt poteſtas in littera? Ipſa reſpondet litteræ pronunciatio. Nam quemadmodũ litterarum diuerſi ductus atq; tractus nõ diuerſificant litteram: ita e diuerſo ſi una litteræ figura plures ſoni repreſentẽtur. plures quoq; litteras illam unam eſſe intelligemus. Quid eſt cognatio in littera. hanc litteræ accidentiã Quintilianus præcepit ut pueri ſciant. Scribit enim his uerbis. Quare diſcat puer quid in litteris proprium: quid commune: quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex ſcãno fiat ſcabellum neq; has modo nouerit mutationes: quas afferunt declinatio aut præpoſitio: ſed & que rectis caſibus ætate tranſierunt. Quibus in uerbis quattuor modos mutationis litterarũ in alias litteras tangit. deriuationis cũ dicit: cur ex ſcamno fiat ſcabellũ. quia propter eam cognationem quæ eſt. m. cum. b. declinatiõis: ut cum ſubdit ſecat ſecuit. præpoſitiõis: per quã intelligimus cõpoſitionẽ: quia præpoſitiões plærumq; ueniunt in cõpoſitionem: ut cum ſubdit cado excido De interpretatione ſiluit: tamẽ adiecit alium modũ cognatiõis cum dicit: quæ rectis caſibus: i. manente prima nominis poſitione. ætate. i. temporis uetuſtate tranſierunt. i. aliæ litteræ in alias mutatæ ſunt. ut Valeſii & fuſii: in ualerios & furios. s. mutata in. r. Ergo a lida leda. i. mutata eſt in. e. a tego toga. e. mutata eſt in. o. ab amicus inimicus. a. mutata eſt in. i. a facio feci. a. mutata in. e. propter eam quã diximus litterarũ cognationẽ: cuius cõſideratio: quia latiſſime patet: ſatis erit in præſentiarũ pueros admonuiſſe cognationis litterarũ: ne poſtea mirentur cur aliæ in alias tranſeant. Quid eſt ordo in littera. Accidit præterea litteræ ordo. nõ quẽadmodum Iſidorus ait: quod. a. ponitur ante. b. &. b. ante. c. &. c. ante. d. quoniam ille ordo litterarũ eſt quæ ſcribũtur: nihilq; ad grãmaticũ pertinet: ſed quærit de ordine litterarũ enũciatarũ cũ in unã ſyllabã colligunt. Ideo reſpondet ordinẽ in littera eſſe rationẽ quæ demonſtrat: quæ prœponi: quæ ſubſequi debeat: non in ſcriptura: ſed in pronunciatione. Sed quia litteræ aut ſũt uocales aut cõſonãtes: quærit primo de ordine uocaliũ dicens. Quis eſt ordo in uocalibus? Quia tamen uocales in ſyllabam coire nõ poſſunt niſi diphthongo. Reſpondet quod cum in diphthongon coeũt: quædam ſemper præponũtur: quædam ſemper poſtponuntur: quædam aliquãdo præponuntur aliquãdo poſtponũtur. Cum enim apud latinos ſex in uſu diphthõgi ſint. ae. au. ei. eu. yi. oe. facile colligit. a. o. i. præpoſitiuas eſſe. i. u. poſtpoſitiuas. e. uero cõmunẽ. nam in. ei. præponitur. in. ae. poſtponitur. Quid eſt diphthongus? Occaſione habita ex eo quod diphthongi meminit: querit rurſus? quid eſt diphthongus? Cui reſpondet eſt conglutinatio. i. conſtricta quædam & ferruminata cõiunctio duarum uocalium: nam tres Quintiliano auctore nunquã poſſunt coire in ſermone græco aut latino: cum tamen in hiſpano frequenter coeant: quemdmodum alio loco probauimus. Quod ſi quis obiecerit has particulas. quae. quæro. uæ. uæcordia dicimus in priorbus illis. u. nõ eſſe uocalem: ſed uocalem liquidam. in poſterioribus uero: eſſe cõſonantẽ. quod enim Horatius in primo carminũ dixit. Nunc mare nunc ſiluæ: ubi. u. ex ratione carminis uocalis eſt: dicimus factã eſſe illic ſolutionẽ: ut. u. iam nõ ptineat

Quid eſt poteſtas ĩ littera? ipſa lr̃e pnũciatio propter quã & figuræ & noĩa ſunt inuenta.

Quid eſt cognatio in littera? Quædam affinitas: qua alia in aliam cõmutatur. aut per interpretationẽ ut a lida leda. aut per deriuationem ut a tego toga. aut per compoſitionẽ: ut ab amicus inimicus. aut per declinationẽ ut a facio feci.

Quid eſt ordo in littera? Ratio demõſtrans q̃ pręponi: q̃ ſubſequi debeat in pronũtiatiõe.

Quid eſt ordo in uocalibus? Quod cũ in diphthongon coeunt: quędam ſemper præponuntur. ut a. o. y. quædã ſemper poſtponũtur. ut i. u. quædam aliquãdo præponuntur: aliquãdo poſtponuntur. ut. e.

Quid eſt diphthongus? Conglutinatio duarũ uocaliũ in eadẽ ſyllaba ſuã uim retinentiũ.

Vnde dicitur diphthõgus? A dis quod eſt bis: & phthongus ſonus: quaſi duplex ſonus.

ad diphthongon quæ sequitur: sed per se ipsam syllabam efficiat. Et subiungit deinde in eadem syllaba suam uim retinẽtium. quod si uerum est idq; omnes grãmatici antiqui & iuniores fatentur: ego nõ uideo cur tãta iniuria debeat fieri uocalibus illis quæ exteruntur: ut omnino illas supprimamus. Quod si Quintilianus & cum illo omnes qui de orthographia scripserunt: recte dixisse putantur: cum aiunt sic scribendum esse ut pronunciamus: atq; e diuerso sic pronũciandũ ut scribimus: ego nõ intelligo quid ad rem pertineat diphthongos scribere: si proferendæ nõ sunt: aut si in eadem syllaba suam uim retinent: cur ambæ illæ uocales enunciari non debeant? Quod uero quidam dicunt: illud suam uim retinẽtium debere intelligi quantum ad syllabæ quantitatẽ: ridiculũ est: cum uel ex ipsa diphthongi deriuatione facile appareat utrãq; uocalem debere enunciari. Dicitur enĩ diphthongus ut statim subiungit: a dis græce quod est bis latine & phthongus sonus: quasi duplex sonus. Sed quid ego hac de re sentiam in sequẽti erotymate declarabo. Quot sunt diphthongi? Sex diphthõgi sunt in usu apud latinos. ae. au. ei. eu. yi. oe. quorum tres ei. eu. yi. in dictionibus tãtum græcis reperiuntur. Relique tres. ae. au. oe. in græcis pariter & latinis. Sed quem

Quot sunt diphthõgi quibus utuntur latini? Sex. ae. ubi supprimitur. a. & profertur. e. ut musæ. au. ubi profertur. a. & rapitur. u. ut audio. ei. ubi supprimitur. e. & profertur. i. ut penthei. eu ubi profertur. e. & rapitur. u. ut pentheus. yi. ubi utraq; uocalis in. i. longum profertur. ut harpyia. oe. ubi supprimitur. o. & profertur. e. ut poema.

Quis est ordo in consonantibus? Quod plures quã tres nõ possunt præcedere uocalem: nec plures q̃ totidem succedere. ut scrobs. stirps. Et quod si sequens syllaba incipiat a uocali: necesse est præcedentẽ in uocalẽ desinere. Quodq; si præcedens syllaba in consonantem desinit: necesse est sequentẽ a consonante incipere. Quodq; non est necesse si sequens sillaba a consonante inceperit: præcedentẽ quoq; in cõsonantẽ desinere. Quæ regulæ sunt ueræ in dictionibus simplicibus non tamen in compositis.

admodum uocales in diphthongis pronunciari debeant: significauimus in hũc modum: ut in ae. ei. oe. priores uocales supprimantur: idest paululũ quiddã atq; obscurum sonent: quomodo Ouidius primo meta. dixit. supprimit ex tẽplo uocẽ: sequentes uero uocales plene enunciẽtur. In reliquis uero tribus. au. eu. yi. priores uocales enuncientur integræ. sequentes uero rapiãtur. i. raptim proferant. ut iter supprimere & rapere faciamus differentiã quantũ ad hunc pertinet locũ: quod supprimere sit minus q̃ rapere: quẽadmodũ & rapere minus est quã pronunciare: siue enunciare: siue proferre. Quod uero in. yi. diphthongo diximus utrãq; uocalẽ in. i. longum proferri: uolebamus significare: quod cum. y. subtilis sonus sit nobis incognitus: i. uero latini oĩbus notus: utraq; uocalis in sonum nobis cognitum cõfundebatur: quẽadmodum ut diximus. y. græci expressa pronunciatio ab hominibus nostri sæculi nõ percipiat. Quis est ordo in cõsonantibus? hæc quæstio per quam utilis est tum librariis: tum ĩcipiẽtibus primas litteras in syllabã cõiungere: tum deniq; ipsi pronunciationi cuius causa & libri scribuntur & litteras legimus. Librariis inquã & reliquis scriptoribus: quod cum in fine linearũ dictiones longuisculas diuidere necesse est: nesciunt quas cõsonantes in sequentẽ lineam transferãt: quas relinquant. in quẽ errorẽ ne augustus cæsar ĩcurreret: cõsueuit lineas cũ dictionibus finire. Scribit enĩ Tranquillus in uita illius his uerbis. Notaui & in chirographo eius illa præcipue nõ diuidere uerba: nec ab extrema parte uersuum abundãtes litteras in alterũ traffert: sed ibidem statim subiicit circumducitq;. Hoc quoq; obseruamus hodie fieri ab hebræis & pœnis: quod Suetonius dicit Augustũ obseruasse. Prodest etiã pueris illorumq; pædagogis: ut in syllabicando sciant: quas cõsonãtes præcedẽti uocali. quas in sequenti cõiungere debeant. Cõfert

quoq; ad pronunciationem: ut in proferendo sciamus quæ consonãs cui uocali adhæreat. Quod plures quã tres. Ponit primo huius negocii regulas quasdam generales. deinde subiũgit particulares. Prima igitur regula est: quod in eadem syllaba nũquã possunt præcedere uocalem plus q̃ tres consonantes. ut scribo. stratum. scrobs. nec rursus possunt subsequi uocalem plus q̃ totidẽ ut stirps. Et quod si sequẽs syllaba. Secunda regula est: quod si in dictione plurium syllabarum sequẽs syllaba incipit a uocali: necesse est precedẽtem in uocalem desinere. ut deus. tuus. Ratio aũt huius est: quia aut inter duas uocales nihil est medium. aut est una consonans. aut duæ. aut plures. si nihil est medium: habet locum secunda regula. Si fuerit media una tantum consonans: habet locum quarta regula: quoniam illa semper pertinet ad uocalẽ sequentem præterq̃ in dictionibus compositis: ut statim differemus. Si uero plures fuerint consonantes: aut pertinent ad sequentem syllabam omnes ut scriptus. rescribo. aut quædam etiam pertinent ad præcedentem. ut forte. perscribo. quo in casu habet locum tertia regula. Sed quando consonantes pertinent ad uocalem præcedẽtem quando ad sequentem statim explicabimus. Dicit tamen regulas superiores esse ueras in dictionibus simplicibus: quoniã in compositis consonantes erũt illius uocalis: cuius fuerant ante compositionẽ. ut inimicus componitur ex in & amicus. quamuis enĩ consonans sit in medio duarum uocalium: deberetq; ex ratione regulæ superioris ad uocalem sequentẽ pertinere: ex hac limitatiõe nõ pertinet nisi ad præcedẽtem. eodẽ modo si fuerint plures consonãtes ut resto. rescribo: quæ cõponuntur ex sto & scribo cum hac præpositione re: manifestum est omnes illas consonãtes medias pertinere ad sequentes uocales.

De erotymatis prosódiæ. Cap. iii.

Quid est prosodia? Sciẽtia demonstrãs quo accentu quæq; dictionis syllaba proferatur.

Vnde dicitur prosódia? A pros quod est ad & ode cantus quasi accentus. hunc latini tum uoculationem. tum tenorem. tum tonum. interpretati sunt.

Quintilianus libro primo. Est etiam in diuidendis uerbis obseruatio mediam litteram consonantem priori an sequenti adiungas syllabæ. Aruspex enĩ quia aspectando pars eius posterior est. s. litterã tertiæ dabimus. abstemius quia ex abstinentia temeti cõposita uox est primæ relinquetur. Sed uideamus quando in dictionibus simplicibus consonantes mediæ pertinent ad uocalem sequẽtem: quando ad præcedentẽ: qua de re huiusmodi regulas dabimus: in quibus etiam ostendemus quæ cõsonantes ante quas esse possunt in principio & in fine dictionũ. B. potest ante. d. poni. ut bdelium. abdera. ante. l. ut blãdus. hybla. ante. r. ut breuis. fabrica. ante. s. ut absyrtus. C. potest poni ante. l. ut clarus. amyclas. ante. m. ut pyracmon. ãte. n. ut cnidos. aracne. ante. t. ut ctesiphon. doctus. ante. s. habet sonũ qui nunc per. x. representatur. D. potest poni ante. l. ut abodlas. ante. m. ut admetus. ante n. ut cidnus. ante. r. ut draco. cedrus. F. potest poni ante. l. ut flagellum. perflo. ante. r. ut frango. refringo. G. potest poni ante. l. ut gladius ægle. ante. m. ut agmen. ante. n. gnauus. ignis. ante. r. ut gratus. pigricia. L. ante nullam consonantem poni potest: sed ipsa postponitur. b. c. d. f. g. p. t. M. ante nullam consonantẽ poni potest præterq̃. n. ut mnemosyne. amnis. somnus. solemnis. contemno: pro quo imperiti huius rationis. p. interiecta scribebãt sompnus. solempnis. contempno. N. ante nullam consonantẽ ponitur: sed ipsa postponi potest aliis. P. potest poni. ante. l. ut placeo. duplico. ante. n. ut pneuma. spiritus. ante. r. ut pratũ. capra. ante. s. ut psalmus. scripsi. ante. t. ptolemæus. scriptus. Q. ante nullã consonantẽ poni potest: quia ipsa semper ponitur ante. u. liquidam. R. ante nullam consonantẽ ponitur: sed ipsam reliquæ præcedunt. S. potest poni ante. b. ut asbestos. ante. c. ut scribo. ascra. ante. l. ut slatarius. ante. m. ut smaragdus. ante. p. ut spacium. aspis. ante. q. ut squalor. ante. t. ut status. iste. T. poni potest ãte. l. ut tlepolemus. atlas. ante. n. ut. tmolus. ante. n. ut. ætna. X. ante nullam consonantem poni potest. De prosódiæ erotymatis. Secundũ partitionem grammatices qua superius usi sumus: hæc est secunda pars in qua quærit de prosódia & de syllaba: hoc est materia circa quam prosódia uersatur. Et principio quærit: quid est prosódia?

Scientia inquit demonstrans quo accentu quæq; dictionis syllaba proferatur. Nam in unaquaq; dictione ut paulo post dicemus: est una syllaba in qua est accentus prædominans acutus uel circūflexus: reliquæ omnes proferuntur accentu graui. Vnde dicitur prosodia? Respondet a pros præpositione græca quod est ad. & ode odes. quod interpretatur cantus: ut sit uerbum ex uerbo accentus: quē latini ut auctor est Gellius tum uoculationē. tum tenorem. tum tonum interpretati sunt. Nam quemadmodum ait Boetius in arte musica: poetarum carmen inter sermonē & cantilenam est: ac si uelit dicere. quod homo cum loquitur? & poeta cum in carmine quosdam flexus facit: & musicus cū cantus modulatur: omnes suo modo canunt. Igitur quia qui loquitur quasdam in dictionibus attolit uoces: quasdam deprimit: quasdam circunflectit: quodammodo uidetur canere: & huiusmodi modulatio est accentus hoc est quasi cantus.

Quid est syllaba? Ad diffinitionē Prisciani addit enunciata & indistanter: & tollit quod ille dixit consequens. Ait enim Syllaba est comprehensio litterarū consequens sub uno accentu & uno spiritu prolata. Comprehensio inquit litterarum: nam si una

Quid est syllaba? Comprehēsio litterarū enūciata: quæ uno accentu & uno spiritu indistanter profertur.

Vnde dicitur syllaba? A syllabin quod est cōprehendere.

Quot accidunt syllabæ? quattuor. tenor. spiritus. tempus. & litterarum numerus.

Quid est tenor in syllaba? modus quo aut eleuatur. aut deprimitur. aut eleuatnr simul & deprimitur.

Quot sunt tenores? Tres. Acutus. grauis & circūflexus. Acutus enim est quo syllaba eleuatur. Grauis: quo syllaba deprimit̄. Circūflexus: quo syllaba partim eleuatur. partim deprimitur.

Quid est spiritus in syllaba? qualitas quædā qua aspere uel leniter syllaba profertur.

Quid est tempus in syllaba? Duratio uel tractus in quo syllaba pronunciatur.

uocalis syllabā facit per seipsam non appellabitur proprie syllaba: cū etymologia & diffinitio syllabæ nō cōueniat illi: q̄ sunt syllaba est cōprehēsio litterarū enunciata inquit: quia syllabæ forma enūciatio est: nō scriptio & quod Priscianus addit cōsequens magna ex parte explicat syllabæ diffinitionē: quia si litteræ nō sint cōsequentes. i. non possint syllabicari: nō erit syllaba prolata sub uno accentu & uno spiritu: quia ut diximus q̄libet syllaba habet unū accentū qui ē forma illius syllabæ adiecimus aūt indistanter: quia oēs illæ lr̄æ colligēdæ sūt sub unū uocis ictum Vnde dicit̄ syllaba? Et quia originem habet græcam: dicit quod a syllabin græce: quod est cōprehēdere latine: ut sit quod ipsa diffinitio demōstrat: cōprehēsio lr̄arum.

Quot accidūt syllabæ? quattuor esse respondet syllabæ accidentias: quas enumerat. atq; iterum de singulis illarū quærit. Et primo. Quid est tenor in syllaba? Diximus supra quē accentū grāmaticorū uulgus appellat: tum uoculationē. tum tenorē tum tenor a uiris dictis fuisse uocatū. & respōdet esse modū siue modulationē: quo syllaba eleuat̄: cū profert̄ accentu acuto. aut deprimitur: cū profert̄ accentu graui. aut eleuatur & deprimitur cū profertur accētu circūflexo. simul aūt dixit: nō quod eodē tpe eleuatur & deprimit̄: sed quod prior pars durationis in syllaba eleuatur: posterior uero deprimitur: & ita fit quasi quidā flexus a sursum deorsū. Quot sunt tenores? Quia dixit quid tonus esset: quærit rursus de numero partiū illius. Respondetq; esse tres: & noīatim exprimit. quid unoquoq; illorū efficiatur. Sed quia hoc negociū ad quinti libri dispositionē pertinet: q̄ hoc loco cursim tetigimus: in illū reiicienda sunt: ubi copiosius disputabūtur. Quid est spiritus in syllaba? Ex quattuor syllabæ accidētibus: spiritus pertinet ad qualitatem. tenor & duratio ad quantitatē continuā. numerus litterarū ad quantitatē discretam. Itaq; respondet spiritum esse qualitatē qua syllaba aspere uel leniter profertur. Asperum enim & lene: quamquam sunt differentie tangibilium: transferuntur tamen ad

sonos qui perueniunt ad aures demulcendo aut exasperando sensum auditus.

Quotuplex est tẽpus in syllaba? duplex. quia aut habet unum tempus in quo profertur: & dicitur breuis. aut habet duo tempora: & dicitur longa.

Quid est numerus in syllaba? Comprehensio litterarum syllabam constituentium.

Quot possũt esse litteræ in syllaba? ut multũ sex. ut minimũ una. sed tũc proprie nõ dicitur syllaba. cũ plures lr̃as nõ cõprehẽdat.

De erotymatis etymologiæ. Cap. iiii.

Vid est etymologia? Scientia ostendẽs ueram dictionum originem: cum reliquis accidentibus.

Vnde dicitur etymologia? Ab etymon quod ẽ uerum & logos sermo: quasi ueriloquium: quod Cicero reformidans notationem appellat. Hæc ab Aristotele symbolum: a quibusdam originatio dicitur.

Quid est dictio? Minima pars orationis constructæ id est in ordine compositæ.

Quid est tempus in syllaba? hic de longitudine durationis in syllaba quærit: quem
admodum de tenore interrogans de syllabæ profunditate quærebat. & quia pars ma-
ior quinti libri est de hac re: hic tantũ dicit esse durationem siue tractum siue extensi
onem siue porrectionẽ in qua syllaba pronunciatur. Quotuplex est tempus in
syllaba? Quod est satis puero nondum in re scrupulosa erudito: respondet esse duo tẽ
pora breue & longum. libro tamen quinto dicturi sumus alios ista exquisitius distin-
xisse in quinq; temporũ diuersi
tates. hoc est unum. unum & se
mis. duo. duo & semis. tria.

Quid est numerus ĩ syllaba? hic de quantitate syllabæ discre
ta quærit. hoc ẽ quot litteris cõ
stat. Nam quemadmodũ littera
indiuidua est: ita syllaba in litte
ras diuiditur. Itaq; respondet ex
syllabæ diffinitione esse cõpre-
hensionẽ certi numeri litterarũ
ex quibus syllaba cõstituitur. &
rursus quærit de numero. Re-
spondetq; esse posse sex cũ pluri
mæ sũt: ut scrobs. stirps. possũt
esse una minus. ut trans. possũt
esse quattuor. ut tran. possũt eẽ
tres. ut tra. possunt esse duæ: ut
ra: ut minimum potest esse una.
ut. a. sed ut supra memoraui-
mus tunc proprie nõ dicit̃ sylla
ba: cum neq; diffinitio neq; ety-
mologia syllabæ illi conueniat.

Cap. iiii. Quid est etymo-
logia? Incipit inquirere de ter-
tia grãmatices pte: hoc ẽ de ety
mologia q̃ circa dictões singu-
las uersat̃. Etymologia pcipue
quærit de origine dictionũ un-
de sũt deductæ. ut an cælebs dicatur: quia cælestis: eo quod onere grauissimo uacet: ut
uult Gabinius: an ab eo ut putauit modestus: quia cælo saturnus genitalia abstulerit
hoc nomine appellatũ qui uxore careat: sed cõsiderat etiam de reliquis accidentibus
singularũ partium orationis: ut ad dictionũ substantiã pertineat: quid significent &
unde dicãtur: reliqua uero sint illarũ accidẽtia. Quomodo aũt etymologia quæ est ac
cidens dictionis: demonstret substantiã ipsam & accidentia illius: nihil ad grãmaticũ
pertinet: qui pinguiori minerua res huiusmodi cõsiderare debet. Vnde dicit̃
etymologia? Ab etymon quod ex græco interpretatur uerum & logos sermo: quasi sit
latine ueriloquium. hic locus ex Quintiliano sumptus est: qui libro primo institutio-
nũ oratoriarũ ait his uerbis. Etymologia quæ uerborũ originẽ inquirit a Cicerone
dicta est notatio: quia nomen eius apud Aristotelẽ inuenitur symbolũ quod est nota.
Nam uerbũ ex uerbo ductũ idest ueriloquium ipse Cicero qui finxit reformidat. sunt
qui uim potius intuiti originationẽ uocẽt. hæc Quintilianus. Quid est dictio?
Quia etymologia circa dictiones uersatur: quærit quid est dictio? Respondetq; ex Pri
sciani uerbis in hunc modũ diffinientis. Dictio ẽ pars minima orationis cõstructæ. i.
in ordine cõpositæ. Pars inquit Priscianus quantũ ad totum intelligendũ idest totius
sensus intellectũ: quia si dictio diuidatur: nõ ad totũ intelligẽdũ hæc fit diuisio: ut si
diuidas uires in. ui. & res. nihil ptes ille significãt: quãtũ ad totius rationẽ pertinet.
& quẽadmodũ una littera proprie nõ facit syllabã: cũ syllaba proprie sit cõprehensio
litterarũ: sic nec syllaba dictionẽ cũ debeat dictio cõstare syllabis: nec dictio orationẽ

que debet conſtare dictionibus: quæ ſunt partes orationis. poteſt tamen una littera facere nõ modo ſyllabam: ſed dictionẽ & orationẽ. ut ſi dixeris. i. in ſecunda imperatiui perſona ab hoc uerbo eo. is. iui. ſed non in quantum eſt littera. aut ſyllaba. aut dictio: ſed quatenus orationis habet uim.

Dictioní quot accidunt? quattuor. Significatio. Etymológia. Figura. Ordo.

Quíd ẽ ſignificatio in dictione? Illud quo breuiter oſtenditur: quid dictio ſignificet.

Quíd eſt etymologia? Dixi eſſe ſcientiam qua oſtenditur uera dictionum origo.

Quíd eſt figura in dictíone? forma qua dictio ſimplex a compoſita diſtinguitur.

Quid eſt ordo in dictíone? qualitas: qua ín oratione alia ſemper præponitur. alia ſemp poſtponitur. alia modo præponitur. modo poſtponitur.

Partes orationis quot ſunt? Octo. Nomẽ. Pronomen. Verbum. Participium. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quot ſunt partes orationis declinabiles? quattuor. Nomẽ. Pronomẽ. Verbũ. Participiũ.

Quot ſũt partes orõnis ídeclinabiles? quattuor. Præpoſitio. aduerbiũ. ĩteriectio. cõiũctio

Dictioni quot accidunt? ac ſi dicat dictionis ſic in genere acceptæ quot ſunt accidentiæ? Reſpondetq; eſſe quattuor. quas enumerat: & rurſus de ſingulis quærit: & primo de ſignificatione: quã dicit eſſe illud quo breuiter oſtenditur quid dictio ſignificet. hoc per diffinitionẽ maxime exprimitũ: ſed quod ad grãmaticã ſpectat: ſatis eſt digito ut aiunt quid quæq; dictio ſignificet oſtendere. quã partem aſſecuti ſumus ĩ octo codicibus quos de uocabulorũ ſignificatione ptim edidimus partim ſunt edẽdi. Quærit rurſus. Quid eſt etymologia? Etymológia hic proprie accipitur: pro illa ſcilicet grãmatices parte quæ oſtendit ueram dictionũ originẽ. & tunc pars ſiue ſpecies ẽ eius etymologiæ quam ſupra diffiniuimus: ad quã pertinet conſiderare nõ ſolũ dictionũ originem: ſed & ſignificationẽ & alias cuiuſq; dictionis accidentias.

Quid eſt figura? quamquã figura omnibus accidat oratiõis partibus: præcipue de illa diſſeremus in capite erotymatũ nominis & uerbi: quia numeroſior eſt illic figuræ diſputatio.

Quid eſt ordo? De ordine quoq; pauca diximus libro primo: nõ nihil etiam dicendũ eſt in fine huius tertii cum de ſyntaxi agemus. Nã totus liber quartus hac de re eſt. Dicit igitur quaſdã dictiones ſemper præponi. ut nomen uerbo. adiectiuo ſubſtantiuũ. relatiuo antecedens. præpoſitio dictioni quæ per caſus declinatur. uerbum aduerbio. Sed hic ordo nõ pro ſerie partiũ orationis accipitũ: ſed pro ordine quo in diſponẽdis clauſulæ cuiuſq; dictionibus utimur. Nam in ſerie orationis ſola præpoſitio & cõiunctio aliquãdo præponitur. ut ad apud. et. at. aliquando poſtponitur. ut tenus uerſus. que. quoq;. aliquãdo præponitur & poſtponitur ut contra. cum. ergo. itaq;. Interiectio & præponi & poſtponi poteſt: quia idcirco dicta eſt interiectio quia interponitur reliquis partibus oratiõis: quarũ ſeriem poteſt abrũpere.

Quot ſunt partes orationis. Quia dictio nihil aliud eſt quam pars orationis: quærit de numero partium orationis: ac ſi uelit dicere: quot ſũt genera dictionum ex quibus ueluti ex quibuſdam partibus integralibus oratio conſtruitur? Reſpõdet aũt eſſe octo: qui numerus Ariſtarcho primum placuit: quem deinde ſecuti ſunt græci & latini artis grammaticæ ſcriptores. Sed quemadmodum libro primo diximus: græci interiectionem aduerbio annumerant: articulum uero a pronomine diſtingunt: quẽ latini quia nõ agnoſcunt: in pronomẽ reiecerunt. Fuerunt tamen qui pauciores orationis partes q̃ octo poſuerunt: fuerunt etiam qui plures. Nam referente Quintiliano Ariſtoteles & theodectes uerba modo & nomina & coniunctiones tradiderunt: uidelicet quod in uerbis ſermonis formam: in nominibus materiam: in cõiuctionibus aũt eorum complexum iudicauerunt. Dialectici cæteras orationis partes a nomine & uerbo ſyncathegoremata uocant ideſt ſignificantia. Paulatim deinde a philoſophis auctus eſt numerus. Stoici nomini uerbo & coniunctioni pronomen & uocabulum

addiderunt: articulum pronomini annumerãtes. post adiectæ sunt præpositiones nominibus: appellatio deinde. & participium deinde mixtũ uerbo. Sed ut diximus Aristarchus octo partes orõnis posuit. Nomẽ. pronomen. articulũ. uerbũ. participiũ. præpositionem. aduerbiũ. coniunctionẽ. Palæmon uicentinus apud latinos item octo. nomen. pronomen. uerbum. participium. præpositionem. aduerbium. interiectionem. coniunctionem. hunc secuti sunt auctores grammaticæ: qui post illum fuere. Hic est ille palemõ: qui interrogatus quo distaret gutta ab stilla: gutta inquit stat: stilla cadit: quiqꝫ dixit Vergilium de se uaticinatum dixisse in bucolicis. Audiat hæc tantum uel qui uenit ecce palæmon: quippe multas in grammatica enodaturus erat quæstiones: quemadmodum ille iudex arbitrarius fuit inter damœtam & menalcam disceptãtes. Qui uocabulũ á nomine distinxerunt: nouẽ faciunt: qui rursus appellationem a uocabulo decem. ut nomen esset tantum id quod nos proprium diximus. ut Cæsar. Pompeius. Vocabulum quod significat rem corpoream uisu tactuqꝫ manifestam. ut aqua. lapis. Appellatio cui alterum deest. ut cælum. aer. uel utrumqꝫ ut deus. uirtus. Fuerũt qui adiicerent asseuerationem. ut heheu. quidam attractionem. i. contractionem. i. cũ aliquid per multa trahitur. ut uiritim. alii infinitum: quod quidam nomen infinitũ: quidam uerbum infinitum dixerunt. Sed nos appellationem & uocabulum ad nomẽ. asseuerationem ad interiectionem: attractionem ad aduerbium. infinitum ad uerbũ reduximus: gerundia uero & supina alias ab octo superioribus posuimus.

De erotymatis nominũ. Cap. v.

Vsa: quæ pars orationis est? Nomen

Quid est nomen? Pars orationis declinabilis corpus aut rem. proprie communiterue significãs.

Vnde dicitur nomen? Ab onoma græce quod latine interpretatur nomen.

Quotuplex est nomen? Duplex. substantiuũ & adiectiuum.

Quod est nomen substantiuum? quod substãtiam uel quasi substantiam significat. ut homo. albedo.

Quod est nomen adiectiuum? quod adiectum substantiuo significat in eo aliquod accidẽs ut homo bonus.

Musa quæ pars orationis est? Incipit de erotymatis nominum disserere. & cum interroganti musa quæ pars orationis ẽ: respondisset nomẽ subiicit rursus. Quid est nomen? Respondetqꝫ iam nõ tãquam rudis in arte ut primo libro: nomen est quod declinat per casus & non significat cum tempore. Sed nomẽ est pars orationis declinabilis. corpus aut rem proprie cõmuniterue significans. hæc enim diffinitio dialectica est constans ex genere & generis differentiis. declinabilis autem dicit ad differentiam ĩdeclinabilium: corpus aũt aut rem dixit ut sub hac diffinitiõe comprehẽdat uocabulum & appellationem: prorie cõmuniter ue significans: ut intelligamus nomen non tantum dici de proprio quod faciebãt qui uocabulum & appellationem a nomine distinguebant. Corpus aũt a re distixit perinde ac si corpus nõ sit res: quemadmodum & iuriscõsulti distingunt actionem in rem & in personã: quasi persona non sit res: sed hi rem accipiunt pro eo quod quisqꝫ possidet. in diffinitione uero nominis pro re intelligimus omne illud quod nõ est corpus. Nam omnis res aut est corporea aut incorporea: res corporea dicitur corpus: res incorporea quia non habet nomen: appellatur nomine sui generis: quod multis in locis fit: ut cum species caret nomine: generis nomen accipiat. Donatus in diffinitione adiecit cum casu. Diomedes cum casu sine tempore: ut distingueret nomẽ a uerbo & participio. Priscianus paulo obscurius sed tamen uerbis idem significantibus diffiniuit: nomen est pars orationis: quæ unicuiqꝫ subiectorũ corporũ seu rerũ cõmunem uel propriam qualitatẽ distribuit. Vnde dicitur nomen? Et respondet ducere originem ex græco. illi enim onoma. atos dicunt: a quo detracta. o. priori fecimus nomen. inis. Priscianus mauult a nemeo: quod est distribuo deducere: quod ipsum uerbũ in diffinitiõe nõis expressit. uel potest dici nomen ut ait Seruius ab eo quod res notas

efficiat. ut sit nomen quasi notamẽ media syllaba ut Diomedes inquit per syncopam subtracta. Quotuplex est nomen? Inquirit de quadã differẽtia quæ ad nominis distinctam cognitionem est necessaria. Respondetq́ esse duplex nomen substãtiuum & adiectiuũ. & subiungit substantiuũ esse: quod substantiam uel quasi substãtiã significat. ut homo. albedo. Adiectiuũ uero eẽ: quod adiectum substãtiuo significat in eo aliquod accidens. atq́ ideo adiectiuũ dicitur quod adiici solet noĩbus propriis aut appellatiuis substantiã significãtibus ad manifestandã eorum qualitatẽ uel quantitatẽ: quæ augeri uel minui sine substãtiæ cõsumptione possunt. ut bonus homo. arbor procerior. albedo intensa. nigredo remissa. Vides quemadmodũ puer iam dedignatus est respondere ex eo quod libro primo didicit. Nomen substantiuũ esse quod declinatur per unum articulũ uł per duos: adiectiuũ uero quod per tres diuersas terminatiões. Neq́ eni propterea est nomen substantiuũ uel adiectiuũ quia illo uel illo modo declinatur: sed declinatur sic uł sic quia est substantiuũ aut adiectiuũ. Nam quia adiectiuũ potest iungi noĩbus substantiuis quæ sunt aut masculina aut fœminina aut neutra: ideo est cõmune trium generum: declinaturq́ uel per tres articulos. uł per tres diuersas terminationes. Musa igitur quale nomen est? Respondetq́ esse substantiuũ & ex eo quod supra dixerat causam reddit: cur sit substantiuũ: quia inquit significat rem per se subsistentẽ obnoxiã q́ accidentibus. ut musa docta. pulchra. canora. Nomini quot accidunt? Cum nomĩs accidentias alii aliter enumerauerint. Respondet esse sex accidẽtias siue obseruatiões nominis ut ait Diomedes: qui cũ Donato numerat inter eas comparationem: silet speciem. Priscianus tollit cõparationẽ & addit speciem: qui qualitatem quasi proprietatem quandã in nominis diffinitionem reiecit. Quid est qualitas in nomine? Per qualitatem noĩs uoluerunt grãmatici significare illud per quod nomen proprium distinguitur a cõmuni siue appellatiuo. & rursus quærenti quid est nomẽ proprium: respõdet esse quod uni tantũ conuenit: idest quo res indiuidua demõstratur denominaturq́. ut calliope est nomẽ proprium: quia eo designamus unam ex nouem musis: hoc est principem illam sui chori. Sed est aduertendũ quattuor esse proprii nominis species prænomen. nomen. cognomen. agnomen. Prænomẽ est quod præpoĩtur nomini gentilicio. uel indifferẽtiæ causa: quod plures in eadem familia a uno nomine uocabãtur ut. P. scipio. L. Scio.. uel potius in signum nobilitatis aut honoris. ut Horatius. ii. sermo. Quinte puta aut publi. gaudẽt prænomine molles. unde & serui prænomina nõ habuerunt: ut colligimus ex Persii carmine. hic dama est nõ tressis agaso. & sequitur momento turbinis exit Marcus dama. hui Marco spondente recusas credere tu nummos. quin potius malemeretis de republica in notam ignominæ quamuis essent nobiles detrahebatur. ut. M. manlio qui capitolium defenderat: affectati regni crimine dãnato constitutũ: ne quis in illius familia Marci prænomen haberet: Scribunt aũt prænomina in compẽdiũ singulis. aut binis. aut ternis litteris. singulis si a uocali aut simplici consonante incipiant. ut. A. pro aulus. C. pro gaius. D. pro decius. L. pro lucius. M. pro marcus. P. pro publius. Q. pro quintus. T. pro titus. Binis. ut. cn. pro gneius. Sp. pro spurius: Ternis si a consonãte incipit prima prænominis syllaba & in consonantem desinit. ut Sex. pro sextus. tul. pro tullius. quod fit differẽtiæ causa: ne si primas tantũ litteras poneremus aliud posset intelligi. ut si pro tullio. t. poneremus quispiam legeret nõ tullius sed titus. Nomen proprium est uniuscuiusq́ proprium: ut Priscianus inquit. addit Diomedes esse gentiliciũ: idest quod originẽ gentis uel familiæ declarat. ut portius. Cornelius. Iulius. Et aduertendũ est nomen quod prius erat genus ad propiũ nomẽ & appellatiuũ: nunc est noĩs proprii species. Cognomen est

Musa igitur quale nomen est? Substantiuum significat enim rẽ per se subsistentem obnoxiamq́ accidentibus.

Nomini quot accidunt? Sex: qualitas: species genus: numer⁹: figura: casus cũ declinatiõe.

Quid ẽ qualitas in nomine? Accidẽs ꝑ quod proprium nomen a cõmuni distinguitur.

Quid est nomen proprium? Quod uni tantũ cõuenit; ut calliope uni ex nouem musis.

totius cognatiōis & familiæ cōmune. ut Scipio. Cicero. subiūgiturq; semp gētiliciis nominibus. Agnomē est quod ab aliquo euentu imponitur: ut aphricanus. ponticus isauricus. qui aphricam. pontū. isauros deuicit: deq; eis triumphauit. ut si dixeris. P. Cornelius. Scipio. Aphricanus. P. prænomē est ad. cn. differentiā. siue ad nobilitatis insigne monstrandū. Cornelius nomē propriū: quod originē corneliæ gentis ostēdit. Scipio cognomen: quod in ea familia sic omnes cognominabātur. quod in illo primo Scipione fuit agnomē: qui scipione idest baculo innitebat. Aphricanus aūt agnomē a deuicta aphrica. Eodē modo. M. portius Cato Censorius. M. tullius Cicero arpinas siue orator. Estq; illud animaduertendū noīa propria aliquādo poni pro appellatiuis: & e diuerso appellatiua pro ꝓpriis. ut uenus pro uenustate aut libidine. Bacchus pro uino. & cupido pro deo illo amorū præside. Donatus. fœlix. macer. & fere nullum est nomen propriū quod nō fuerit aliquādo appellatiuū: nisi quod in plerisq; originē nescimus. Estq; hoc mirum in hebraico sermone oīa proptia esse appellatiua: cū præsertim antiquior sit græco atq; latino. Ponūtur quoq; prænomia pro noībus propriis. & cognomina & agnomina pro se inuicem. Quod est nomen cōmune? Quærit de altero diuisionis mēbro quod est nomē cōmune: quod alii appellatiuū appellāt.

Quod est nomē cōmune? quod pluribus cōuenit ut musa: calliope: uraniæ: clio.
Quid est species in nomine? illud quo primitiuū nomen a deriuatiuo separatur.
Species nominum quot sunt? duæ. Primitiua quæ aliunde nō trahit: ut mons. Deriuatiua quæ aliunde deriuat: ut montanus a monte
Musa igitur cuius speciei est? deriuatiue speciei. dicitur enim a moso quod est inquiro.
Deriuatorium nominum quot sunt differentie? nouem. Patronymicum. possessiuum: denominatiuum: diminutiuum: cōparatiuum superlatiuū: uerbale: participale: aduerbiale
Quod est nomen patronymicum? quod significat filium uel filiam: nepotem uel neptem

dicitq; eē illud quod pluribus cōuenit. i. de pluribus dicitur: aut queādmodū dialectici dicūt de pluribus predicat: ut musa que dicitur de qualibet sororū: cōmune est calliope: uraniæ: clio: melpomone: homo cōmune ē cesari. pōpeio. marcello & reliqs ī diuiduis sub specie humana cōtentis. Quid est species in nomine? Inquirit de secūda nominis accidentia. i. de specie: & primo querit quid sit species in nomine. nam cū species multis modis dicat: quātū ad grāmaticū attiuet: species in nomine accipit pro illo quo primitiuum a deriuatiuo distinguit. Itaq; occasione inde accepta q̄rit de numero ut sic dixerim specierum: dicitq; esse duas: primitiuam & deriuatiuā: ut sit primitiua que nō trahit. i. deriuat aliunde: ut mons: schola. Deriuatiua que aliūde deriuat: ut montanus montuosus a monte: scholaris scholasticus ab schola. Sed cum nullum sit nomen non modo apud latinos: uerū etiam ut plato in cratylo deducit apud grecos: quod non aliunde ducatur: dicimus tamen illud nomen esse primitiuum siue ut Varro dicit primigenium: cuius deriuatio nō est in promptu: cū forte a græco uel osco uel opico uel deniq; alterius linguæ uel antiquioris uel Incognite uerbo deriuetur. Musa igitur cuius speciei est? musa aut primitiuum est: aut amoso quod ē interrogo uel inquiro deriuatur: ut sint musæ quasi inquisitrices rerum aut inuentrices. Deriuatorium nominum. i. nominū que aliunde deriuantur: quot sūt species siue differētiæ siue modi? Respondetq; esse nouem: quas primo enumerat: deinde prosequitur de singulis earum. Quod est nomen patronymicum? quærit de prima nominum deriuatorum specie: quod est patronymicum. dictum quia plærumq; a nominibus patrum formatur. Respondetq; esse illud quod significat filium uel filiam nepotem uel neptem uel aliquem ex posteris & ut sic dicam descendentibus ab illo: unde nomē patronymicnm formatur. ut æacides significat filium æaci hoc est peleum. uel nepotem hoc est achillem: uel aliquem ex posteris. ut pyrrhum achillis filium. & pyrrhum regem epirotarum: qui ab illo ducebat originem. formantur etiam patronymica a nominibus matrum. ut ab ilia iliades ro-

mulus.a maia maiades mercurius.a phyllira phyllirides chiron. Ouidius.xiiii.meta. Quas obiice firmo clauserat iliades. fit etiam a nominibus fratrum. ut Vergilius in bucolicis. Tum phaetontiades musco circũdat amaræ corticis.i.sorores phaetõtis. & Ouidius primo meta. Mala tanta phoronidos ultra.i.ius quæ fuit soror phoronei. & a filiis ut althea meleagris ab ibico dicta est: referẽte Diomede. fiunt præterea a nominibus principum. ut Cecropide & theside dicti sunt athenienses a cecrope primo urbis conditore: & a theseo illorum quoq; rege. Patronymica masculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo æ. mutata in des. ut æneas æneæ æneades.æ. maia maiæ maiades.æ. In nominibus secundæ declinationis fiunt a ge-

uel aliquem ex posteris illius a quo deriuatur: ut priamides filius: uel nepos: uel aliqs ex posteris priami.

Quod est nomẽ possessiuũ? quod cũ genitiuo sui principalis significat aliquid ex iis quæ possident: ut euandrius ensis ꝑ euãdri ensis

nitiuo addita des. ut æacus æaci æacides.æ. priamus.priami.priamides. Quæ tamẽ in eus diphthongon terminantur cum duplicem habeãt genitiuum in ei. alterũ solutas: & in ei diphthõgon alterum: formant ex se patronymicum ab hoc secũdo genitiuo addita des. ut prometheus promethei uel ꝑmethei promethides.æ. theseus thesei uel thesei thesides thesidæ. Ouidius pri.meta. Inde promethides placidis epimethida dictis. & Verg.ii.geor. Præmiaq; ingentes pagos & cõposita circum thesidæ posuere. In noĩbus tertiæ declinatiõis patronymica formãtur a datiuo addita des. ut nestor nestoris nestori nestorides. antenor antenoris antenori antenorides. Verg.vi.æñ. Tris antenorides cereri sacrũ polybeten. Sed hæc regula nõ est usquequaq; uera: nã auctores aliquãdo addunt aliquid. aliquãdo detrahunt. ut ab atlas.antis.anti. atlantiades. amphitryõ.onis.oni. ãphitryoniades. Ouidius. Risit atlãtiades & me mihi decipis ĩquit. Verg.viii.æñ. Amphitryoniadæ magno diuisq; ferebat. Ouidius I epl'a penelopes. siue meneciadẽ falsis cecidisse sub armis. Ab æneas quoq; fecit Vergilius ænides. viii. æñ. Sit satis ænide telis impune numanũ. Idem quoq; scipiades fecit pro scipionides dicens: duo fulmina belli scipiadas. & Horatius.ii.sermo. Virtus scipiadæ & mitis sapiẽtia læli. & Ouidius deucalides pro deucalionides. declinãturq; oĩa per primã noĩs declinationẽ. Patronymica fœminina fiũt a patronymicis masculinis ablata. de. ut priamides.æ. priamis.idis. æolides.æ. æolis.idis. Aliqñ tñ aliter exeũt. ut ab æneades.æ. æneis.idis. a thesides.æ. theseis theseidis. Papinius li.xii.theb. Viue ꝓcor nec tu diuinã æneida tenta. & Iuuenalis. Vexatus totiẽs rauci theseide codri. declinantur q; per tertiã noĩs declinationem. Reperiunt quoq; nomina fœminina patronymica terminata in.ne. per primã noĩs declinationẽ uariata. ut nerine filia nerei. adrastine filia adastri. acrisione filia acrisii. Vergilius in bucolicis. Nerine galathea thymo mihi dulcior hyblæ. Patronymica nõ sunt in usu apud eos qui in oratione soluta scribunt: sed tantũ apud poetas & raro quidẽ a noĩbus latinis. Na illa q̃ uidẽtur patronymica iustinus iusti filius. albinus albi filius. longinus longi filius: potius dicendum ẽ esse possessiua pro patronymicis: sicut e diuerso ponũtur patronymica pro possessiuis. ut Vergilii æneis. pro opere illo Vergilii. Quod est nomẽ possessiuum? Secunda species nominũ deriuatorũ est eorum quæ dicũtur a græcis ctetica. a latinis possessiua: dicta ut discipulus ex Prisciani uerbis respõdit: quod cũ genitiuo principali: idest illius noĩs unde deriuat: significat aliquid ex iis q̃ possidẽtur. Cũ eni genitiuus possessionẽ plærumq; significet: nomen quod dicitur possessiuũ: æquipollet genitiuo illi unde deducit. ut quod Vergilius.x.æñ.dixit. Nã tibi thymbre caput euãdrius abstulit ensis: perinde est ac si dixisset euandri ensis. Sunt etiã quædã nomina possessiuis similia: hoc ẽ quæ cum nõ sint possessiua: proprie tamen habent formam possessiuorũ. ut Quintilianus. Iulianus. Gentilia quoq; possessiuis similia sunt: ut Romanus. hispanus. Exeunt aũt huiusmodi possessiua siue gẽtilia in uarias termĩatiões. In eus. penultĩa breui. ut æthereus.a.ũ. nestoreus.a.ũ. tereus.a.ũ. In æus penultĩa. æ. diphthongo scripta. ut thebæus.a.um. achæus.a.um. actæus.a.um. quæ propria sunt græcorũ. In.ius. penultima breui. ut perseius.a.um. phineius.a.um. In.ius. penultĩa

longa: ut dius.a.um.chius.a.um.phthius.a.um.quæ & ipsa propria sunt græcorū. In
ous.quoq; græca sunt.ut argous.a.um.herous.a.um.myrtous.a.um. In.us.quacunq;
precedēte cōsonante.ut arabus.a.um.libycus.a.um.indus.a.um. Exeūt præterea no-
mina gentilia plærunq; in ensis.ut ab ithaca ithacensis.ab athenis atheniensis.a car-
thagine carthagīnēsis.Exeūt & in.as.ut a cesena cesenas.atis.ab arpino arpinas.atis.
a sasina sasinas.atis. Exeunt & in.er.is.e.uel.is.&.e.ut Campester cāpestris cāpestre.
siluester siluestris siluestre.equester equestris equestre:a campo.silua.equo.

Quod est nomen denominatiuum? quod a nomine deriuatur neq; denominatur ab aliqua speciali significatione: ut a iustus iusticia a sapiens sapientia.

Quod est nomen diminutiuum? quod significat diminutionem sui principalis: ut a rege regulus.

Quod est nomen comparatiuum? quod cum intellectu positiui uel aliquo participe sensus positiui significat magis aduerbium: ut iustior magis iustus: inferior magis infra.

Quod est nomē de nomīatiuū? Respōdet ex Prisciani uerbis. Denoīatiuū nomē est
quod a noīe deriuatur.& quia patronymica & possessiua de quibus supra diximus.di-
minutiua.cōparatiua & suplatiua de quibus īfra dicendū est:a noīe deriuātur: posset
q; aliquis illa ratione ductus ap
pellare denoīatiua: subdit neq;
denoīatur ab aliqua speciali si-
gnificatiōe. Nam patronymicū
ex eo dicitur quod a noīe patris
deriuat.possessiuū ex eo quod si
gnificat aliquid ex iis quæ possi
dentur.Diminutiuum quod si-
gnificat diminutionē sui prin-
cipalis.Cōparatiuū quod cū in-
tellectu positiui significit ma-
gis aduerbiū.Superlatiuū quod
oibus superponit. At uero de-
nominatiuū nō ab aliqua huius
modi speciali significatiōe: sed
tantū a generali appellat deno-
minatiuū:quia ut sæpe diximus
quotiēs species nomē nō habet:necesse est ut noīe generis appellet.Exeunt itaq; deno
minatiua in.a.ut a iustus iusticia.a prudēs prudentia.a cautus cautela.a cantus canti-
lena.Exeunt in.o.ut a capite capito.onis.a naso.naso.onis.a fronte fronto.onis. Ex-
eunt in.al.ut a ceruice ceruical.a tribuno tribunal.a puteus puteal. In.il.ut a pugil-
lus pugil.In.ium.ut a sole solariū.a rosa rosariū. In.etū.ut oliuetū ab oliua.coryletū
a corylo.In.bulū.ut a cunis cunabulū.a uesta uestibulū.In.ar.ut a lupa lupanar.a lacu
lacunar. In.er.ut ab olea oleaster.a pyro pyraster. In.as.ut a bonus bonitas.a probus
probitas. In.es.ut ab equus eques.a pes pedes..In is.ut a fide fidelis.a crudus crude-
lis.In.os.ut a lepus lepos.In.us.ut a tribus tribunus. In.ceus.a.um.& ī cius.mateciā
significat.ut triticeus.harundinaceus.cementicius.ex materia tritici.arūdinis. cemē
ti.In.eus.ut terreus.aureus.frondeus.arbuteus ex materia terræ auri.frōdis arbuti.
In osus.habitionē siue copiā significāt:ut animosus.saxosus.i.habēs animi uehemē-
tiam & copiā soxarū. Quod est diminutiuū? Ex prisciani propemodū uerbis re-
spondet:diminutiuū est quod diminutionē sui principalis siue primitiui demōstrat.
ut a rege regulus.a fratre fraterculus.Priscianus addit absolute:ad cōpatiuorū diffe
rētiā:quia cōpatiua aliquādo minuūt uim primitiui:sed nō absolute sed cōpatiue.Ex
eunt diminutiua in uarias terminatiōes:sed plærūq; in.ulus.ula.ulū.ut a frater fra-
terculus.a soror sororcula.a munus munusculū.a bellus. bellulus.a.ū.ā bimus.bimu
lus.a.um.Exeūt aliqn̄ in.io.ut ab hoīe homuncio.a sene senecio. Aliqn̄ in aster astra
astrū.q̄ proprie nō sunt diminutiua:sed imitationē quandā significātia.ut a pyro py
raster.a filia filiastra.a menta mētastrū.Exeūt & in.olus.a.um.ut a sergio sergiolus.
a corona corola.a pallio palliolū.Aliqn̄ in ellus.a.um.ut a cane catellus.a puera puel
la. a scāno scabellū.a tener.a.um.tenellus.a.um.Aliqn̄ in.illus.illa illū.ut a pugnus
pugillus.ab horeste horestilla.ā paruo pusillus.a.um.Aliqn̄ in.eus.ut ab equo equu-
leus.aliqn̄ in iscus.ut a pan paniscus.a petrus petriscus.a syro syriscus.sed hæc forma
est a noibus græcis.Sunt q̄dā q̄ cū formā diminutiuorū hēant.diminutiua nō sūt. ut
auūculus.i.cuniculus.i.musculus.i. p neruosa torositate.pediculus.i.cuculus.i.cicer
cula.æ.nouacula.æ.lēticula.æ.acicula:æ.auricla.æ.mētula.æ.fidicula.æ. cubiculū.i.
curriculū.i.ūbraculū.i:crepitaculū.i.q̄ uidet deducta ab auo.cūno.mure.pede.cicere

nouo.lente.acu.aure.mente.fide cubili.curru.umbiri.·cubitu. Quod est no-
men comparatiuum? Comparationem ut supra memorauimus Diomedes & Donatus
inter nominis accidentia numerant: nos autem plærosq grāmaticorū secuti compa-
rationē in speciei partes reiecimus illa persuasi ratione: quod non omnibus: sed cer-
ti cuisdā generis & significationis nominibus accidit comparatio. Cuius gradus cū
sint tres: hoc est positiuus. comparatiuus. & superlatiuus: omisso positiuo hoc est pri-
mo cōparationis gradu: á quo tanquam a prima positione reliqui duo formantur: tria
de quolibet illorum quærit. primum quæ sint comparatiua & superlatiua. secūdum á
quibus nominibus deriuantur. Tertium quomodo debeant formari. Cum quibus
casibus construantur libro quarto dicturi sumus. Igitur interroganti quod est nomē
comparatiuum: respondet nō quid est: sed quid significet dicēs: ex Prisciani uerbis.
Comparatiuum est: quod cum intellectu positiui. i. ultra illud quod significat nomen
positiuū: aut aliquo participe sensus positiui: idest quacunq alia parte orationis quæ
ponitur loco nominis positiui: puta uerbo participio. præpositione. aduerbio: a qbus
ut mox dicetur comparatiua possunt deriuari: significat aduerbium magis. ut fortior
magis fortis. Nam omnia comparatiua in magis & suum positiuum resolui possunt:
præterquā ipsum magis: quod cum sit comparatiui aduerbium ab eo quod est maior
& maius litterarū facta mutatione: non potest in aliquid aliud resolui. Quod uero
Laurētius ait comparatiua æque posse resolui in plus. uehemētius. & ualidius. ut for
tior plus fortis: uehementius fortis. ualidius fortis: nō inficior: sed ea ipsa rursus in

Comparatiua unde formantur? A nominibus
adiectiuis quæ possunt incrementum dimi
nutionemq suscipere. ut a bonus bona bonū
melior. & a uerbis. ut á detero deterior. & ab
aduerbiis & præpositionibus: ut á pridem
prior. ab ultra ulterior.

magis resoluunt. ut plus. i. mul
to magis. ualidus magis ualide.
uehementius magis uehemen-
ter: ipsum magis in aliud nō po
test: nam isto modo nullus in re
soluendo terminus occurreret.
Sed cum comparatiuus aliquid
addere uelit positiuo. quotiens
reperit absolutum: hoc est non
comparatū: aut idē ualet quod
positiuus dicente Quintiliano
primo istitutionū: utimur uul-
go comparatiuis pro positiuis: ut siquis se infirmiorem appellans: non dixit pro mi-
nus q infirmus. Aut etiā minus significat q positiuus: ut Priscianus exponens illud
Vergilii primo æn. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitētes. tristior inquit pro ex
parte tristis. Seruius pro tristis tantū hoc est pro positiuo exponit. Neq assentior ual-
læ: qui auidiuscule reprehendit Seruium & cum illo Varronem Pliniumq dicentes:
senior & iunior esse comparatiua per īminutionē: ut sit senior nondum aut non satis
senex. Iunior non satis iuuenis. Qui mihi rectius quam ualla sentire uidētur. Quoti
ens namq non exprimitur is: ad quem fit comparatio: quemadmodum supra memora
uimus: comparatiuum minus significat q positiuum aut tantundem. ut Vergilius. vi.
æn. de carone. Iam senior: sed cruda deo uiridisq senectus. Quid enim amplius desi-
deramus: cum ipse Vergilius exponat quid sit senior subiiciēs: sed cruda deo uiridis-
q senectus. hoc est non adulta aut præceps: sed uiridis & cruda hoc est incipiens.
Quod uero Laurētius affert ex Ouidio de tristibus. Sospite sic te sit natus quoq sos-
pes: & olim imperium regat hoc cum seniore senex. Non uidet homo auiditate carpē
di cæcus significationem hoc loco senioris augeri: quia fit comparatio senioris ad se
nem? Priscianus autē Seruius Varro & Plinius de absoluto nō de comparatiuo intel-
ligebant. Eadem quoq ratione comparatiuus ut mox dicetur: potest transcendere su-
perlatiuum: si illi superponatur. ut dixeris Hector fuit fortissimus: sed Achilles forti
or. Idem quoq dicendum est de eo quod affert ex Quintiliano de Isocrate. eoq iam se-
niore. octauum enim & nonagessimū compleuit annum. manifestum est enim compa
rari isocratem iam seniorē sibiipsi seni. ut si dicat senex: ad decem annos sum futurus
senior. Cicero in fine tertii officiorū. Vale mi Cicero. tibiq persuade esse te mihi ca
rissimū: sed multo fore cariorē: si talibus monumētis pceptisq lætabere. Cōpatiua

unde formantur? Respondetq; nõ passim ab omnibus partibus orationis formari: sed tantum a nominibus adiectiuis: quæ possunt incrementũ diminutionẽq; suscipe: aut quemadmodum aiunt Diomedes & Donatus: quæ qualitatem aut quantitatem significant. Nam quod ab ipse ipsa ipsum Plautus fecit ipsissimus: & qui a nerone neronior a lapide lapidior fecerunt: nimis licenter abusi sunt comparatiuo & superlatiuo. Ex quo infertur comparatiuũ nõ posse formari a nominibus quorum significatio nõ potest crescere: qualia sunt ingens. unicus. summus. imus. omnipotens: quamquã Macrobius dixit omnipotentissimus. Sunt quædam comparatiua & superlatiua sine positiuo. ut ocyor ocyssimus. Comparatiua quomodo formantur? Respondet quod cum nomina adiectiua ex quibus possunt comparatiua formari: aut sint primæ declinationis & secũdæ: aut etiam tertiæ: in illis prioribus formatur a genitiuo terminato in i. posterioribus a datiuo addita or. ã præpositione aduerbio & uerbo nullam certam rationem sequuntur. Quod est nomen superlatiuum? Quærit rursus tria eadem quæ de comparatiuo. Respondetq; primum ex Prisciani uerbis superlatiuũ esse: quod comparatum ad plures sui generis: quia comparatiuus etiam ad unum & ad res diuersorum generum potest comparari: omnibus superponitur i. omnes in significato superlatiui transcendit. ut Plato græcorum longe doctissimus. Plato enim cũ sit græcus ad reliquos omnes comparatus omnibus superponitur. neq; enim recte atq; latine diceretur Plato latinorum doctissimus: cum Plato latinus non fuerit. At uero per cõparatiuum recte dixeris græci doctiores sunt latinis. & Plato eloquentior Cicerone. & addit uel per se prolatum. i. non facta comparatione: sed absolute positum: significat quantum positiuum cum hoc aduerbio ualde ut Plato doctissimus. i. ualde doctus. quod inepte a Prisciano exponi Valla his uerbis ostendit. quid inquit absurdius: q̃ cum exponamus comparatiuum per cõparatiuum: exponere superlatiuum per positiuum? Sed quemadmodum hoc auidius: ita illud iustissime reprehendit quod Priscianus exponit, fortissimus græcorũ fuit achilles: idest super oẽs græcos fortis: esset enim super se fortis achilles: cũ sit græcus. Itaq; infert exponẽdũ fuisse potius achilles fuit græcorũ maxime fortis quãdoquidẽ fortior exponitur magis fortis. sed de graduum comparatione libro quarto quod reliquũ ẽ: dicturi sumus. Suplatiua unde formãtur. Ab eisdẽ respõdet noĩbus adiectiuis a q̃bus formãt cõpatiua hoc ẽ ab iis q̃ incremẽtũ diminutio

Comparatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis secundæ declinationis formãtur a genitiuo terminato in. i. addita. or. ut albus. albi. albior. In nominibus uero tertiæ declinationis a datiuo addita. or. ut fortis. forti. fortior. A nominibus habentibus uocalem ante. is. uel. us. comparatiua nõ formantur: sed supplentur ex hoc aduerbio magis & positiuo. ut tenuis magis tenuis. arduus magis arduus.

Quod est superlatiuum nomen.? quod ad plures sui generis comparatum omnibus superponitur. uel per se prolatum significat quãtum positiuum cum hoc aduerbio ualde. ut plato græcorũ doctissimus: & plato doctissimus idest ualde doctus.

Superlatiua unde formantur? Ab eisdem nominibus adiectiuis unde formantur comparatiua.

Superlatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis in. er. desinentibus superlatiua formantur addita. rimus. ut tener tenerrimus. Pauper pauperrimus. Alias uero aut positiua sunt secundæ declinationis: aut tertiæ. Si secũdæ declinatiõis. suplatiua

nemq; possunt recipere. *Superlatiua quomodo formantur?* & quemadmodum formentur satis explicite demonstrat. Regulæ tamen superiores quæ de comparatiuis & superlatiuis traditæ sunt: patiuntur ex parte aliquando exceptionem. ut in his. Bonusbona bonum: a quo debuit esse Bonior bonissimus: & dicimus Melior optimus. Malus mala malum: pro malior malissimus dicimus peior pessimus. Magnus magna magnũ: pro magnior magnissimus. dicimus maior maximus. Paruus parua paruũ: pro paruior paruissimus: dicimus minor minimus. Multus multa multum: pro multior multissimus: dicimus plus tantum genere neutro: in singulari. & in plurali plures & plura cõmune trium generum in cõparatiuo: & in superlatiuo plurimus plurima plurimũ. *Dexter* dextera dexterũ: quod etiam per syncopam dexter dextra dextrum dicitur pro dextrior dextrissimus uľ dexterissimus: dicimus dexterior dextimus. *Salustius* ĩ iugurtha. sylla cum equitatu apud dextimos. Varro de æresibus a primo cõpito dextimam uiam munit. Eadem quoq; ratione á *Sinister* sinistra sinistrum: pro sinistrior sinistrissimus: dicimus sinisterior sinistimus. *Senex* senis cũ sit substantiuũ generis masculini: fecit ex se comparatiuũ tantum senior: quemadmodum & iuuenis iunior pro iuuenior: neq; tamẽ dicimus senissimus & iuuenissimus. Nequam cum indeclinabile sit: tamen ex proportione regularium formauit nequior nequissimus. Maturus matura maturum debuit formare superlatiuum maturissimus. & fecit maturrimus. ut Cicero de oratore. Quippe qui omnium maturrime ad causas publicas accesserim: q̃q̃ idem in. v. ad Herennium dixit. in ætate maturissima uelint comparare. Eadem quoq; ratione uetus formauit superlatiuum ueterrimus. pro ueterissimus. Vergilius secũdo æñ. Ingens ara fuit iuxtaq; ueterrima laurus. quamquã uideri potest esse deriuatum ab eo quod antiquiores ueter dicebant. ut Ennius. Cum ueter occubuit priamus sub marte pelasgo. Magnificus & reliqua huius formæ a facio composita: qualia sunt. Munificus. mirificus. maleficus. beneficus. a formatione aliorum discedentia fecerunt comparatiuũ in. entior. & superlatiuum in entissimus. ut Magnificus magnificentior magnificentissimus. Munificus munificentior munificentissimus. Mirificus mirificentior mirificẽtissimus. Maleficus maleficentior maleficentissimus. Beneficus beneficentior beneficentissimus. Antiquiores tamen proportionem secuti magnificissimus & beneficissimus dicebant. ut Cato de ptolemæo rege beneficissimo. & actius. magnificissimo excellentissimoq; honore. & Terentius inphormione. Quidnam arbitrare nescio atqui mirificissimus. Maledicus quoq; benedicus. ueridicus in hunc modum gradus formant maledicentior maledicentissimus. benedicentior benedicentissimus. ueridicentior ueridicentissimus. Beniuolus maliuolus ad superiorum formam beniuolentior beniuolentissimus. & maliuolentior maliuolentissimus faciunt. Magniloquus. multiloquus. & similia á Loquor loqueris composita eodem modo mittunt comparatiuum & superlatiuum. ut Magniloquus magniloquentior magniloquẽtissimus. multiloquus multiloquentior multiloquentissimus. Vaniloquus uaniloquentior uaniloquentissimus. Facilis. agilis. humilis. gracilis. similis. superlatiuũ misere in. limus. ut Eacilis facillimus. agilis agillimus. humilis humillimus. gracilis gracillimus. similis simillimus. A uerbis duo uenerunt comparatiua & totidem superlatiua: quamquam sunt qui illa eadem a nominibus deriuare contendant. a deter quod in usu non est deterior deterrimus: quod a detero potius deriuatur: & a potis & pote potior potissimus: quod a potior potiris magis deriuari uidetur. cum a significatione potis & pote recesserit. Ab ad uerbiis quoq; & præpositionibus formantur comparatiua & superlatiua. ut a Penitus penitior penitissimus. Apuleius socraticus ĩ hermagora. furtim trahere inquit se in penitiorem partem domus. Plautus præterea in persa.

formantur a genitiuo terminato in. i. addita s. simus. ut albus. albi albissimus. *Si tertiæ:* formantur addita simus tantum. ut fortis fortis fortissimus.

Patiuntur istæ regulæ exceptionem? Nimirũ patiũtur: quoniã & a uerbis & ab aduerbiis & á præpositionibus aliquando formantur: Sed & a nominibus nõ legitime formãtur.

nam aduectā ex arabia penitissima.quamquā possunt uideri formata a nomine Prisco
penitus penita penitum:quo Plautus in asinaria est usus. Age quæso hercule usq; ex
penitus faucibus. A pridem prior.nam superlatiuū esse hoc ex constructione intel
ligitur.dicimus enim primus omniū. Ab extra dicimus exterior extimus. ab intra
interior intimus.a citra citerior citimus.ab ultra ulterior ultimus.quamquā exterior
extimus & extremus a quo iterū cōparatiuū fecit apuleius primo meta.d.si quid est ta
men nouissimo extremius: possunt uideri formata ab exter.a.um. quo Vergilius est
usus.iiii.æñ.& nos fas extera quærere regna.& Papinius.xi.theba. Ne quis sua pig-
nora curæ exter honos. A citer.a.um.quo est usus Cato & Affranius:citerior citi-
mus.Cicero.vi.de rep.ea minima quæ ultima a celo citima a terris luce lucebat aliena
A supra superior supremus.ab infra inferior infimus.quæ & ipsa possunt uideri
formata a superus.a.um.& inferus.a.um.quibus est usus Liuius andronicus.Inferus
an superus tibi fert deus funera ulysses:nunc tantum in plurali dicimus superi supe
rorum.& inferi inferorū. Post quoq; format ex se posterior & postremus: quamquā
uideri potest deductum a posterus postera posterū. Ante format cōparatiuū anteri-
or.superlatiuo caret:sicut a sene senior. Prope fecit cōparatiuū propior. & superla
tiuum proximus.quod & ipsum ex se cōparatiuū fecit proximior. Vulpianus ad edi-
ctum.Si quis proximior cognatus nasceretur. & Vegetius proximior dextra sit:quæ
plagam possit inferre. A nuper Cicero fecit nuperrime scribēs ad herennium.quod
nuperrime īquit dictum est:facile memoriæ mandatur: potest & ab eo quod est nupe
rus.a.um.quo Plautus utitur in captiuis deriuari.recens inquit captum hominē nu-
perum & nouicium. Ocyor pro uelocior nō habet positiuū latinum unde formet:
ocyssimus quoq; pro uelocissimus:deriuantur tamen ab ocys græce quod uelox inter
pretatur. Comparatiua quoq; & superlatiua nō formantur a nominibus adiectiuis
habentibus.i.uel.u.uocales ante.is.uel.us. ut pius.arduus. quæ supplenda sunt per
aduerbia magis & ualde:antiquiores tamen pientior pientissimus dicebāt.& ab egre
gius Iuuenalis dixit egregius cœnat meliusq; miserrimus:pro egregiius. & Pacuuius
mulier egregiissima forma.& a strenuus strenuior fecit Plautus in epidico.d.nā stre-
nuiori deterior si prædicat suas pugnas.& Lucillius uillicus strenuior si euaseris. Ab
industrius quoq; industrior.C.gracchus in tuberonem.ut in me industrior sis quā in
te.& ab innoxius innoxior.Cato antiquiorem animū inducent esse q̄ innoxiorem.&
a perpetuo perpetuior & perpetuissimus idem Cato fecit dicens.Idq; perpetuius atq;
firmius repsit.& alio loco idem.fugit maxima flagella perpetuissimo curriculo.
Quod est nomen uerbale? uerbalia nomina sub uariis formis exeunt a uerbo. In
a.ut a candeo candela.a suadeo suadela.a caueo cautela:siue sit a cautus.a.um. In.e.
ut a sedeo sedile.a cubo cubile.
In.o. ut a lateo latro.a lenio
leno.a palpo.as.palpo palponis
In.il.& in.ul.ut a uigilo.as.
uigil.a cōsulo.is consul.ab exu
lo.as.exul.a præsum.es. p̄sul.
In.bulum.ut a uoco.as.uoca-
bulum.a sto stas stabulum.a pa-
sco.is.pabulum. In.culum.ut ā

Quod est nomen uerbale? quod a uerbo deri-
uatur. ut ab amo.as. hic & hæc amabilis. &
hoc amabile.
Quod ē nomē participiale? quod a participio
deriuatur.ut a lectus lector & lectio.

diuerto.is.diuerticulū.ab oro.as.oraculū.a propugno.as.propugnaculū. Alia exe-
unt in mentū.ut ab induo is.indumētū.a munio munis munimētū.a fulcio.is. fulci-
mentū. In.men.ut a foro.as.foramē.a certo.as.certamē.a nuo.is.nume.& sunt hu-
iusmodi nomina plerumq; poetica.ut solamen solaminis.munimen muniminis.moli
men moliminis.oblectamen oblectaminis. In.er.ut a rubeo rubes ruber.a macero
macer.a lacero lacer. In.or.ut a colore color.ab honoro honor: a laboro labor. In
ur.ut a murmuro murmur.ab auguro augur.a saturo satur. In.es.ut a tego tegis.te
ges tegetis.a mergo mergis.merges.itis.a struo.is.strues.is. In.bilis.quæ passionē
significāt.ut ab amo amabilis.a lego legibilis.ab audio audibilis.idest quod pōt ama-
ri.legi.audiri. exeūt ī.ilis.aliis cōsonātibus p̄cedētibus.ut a doceo docilis. a setio.is.
sensilis.Lucretius in secūdo.Ex īsensibili ne credas sēsile nasci. ab utor utilis.i. quod
potest doceri.sentiri.& quo possumus uti.penetrabilis tamen actiue reperitur.Vergi

lius pri. geor. Penetrabile frigus aducat. & .xii. æñ. Aspice num mage sit nostrũ penetrabile telum. & Ouidius .xv. mea. Penetrabile fulmen. Idem tamẽ li. xii. eiusdẽ passiue dixit nullo penetrabile telo. Gressibilis ꝙ graditur. rationabilis. actiue & passiue: Terribilis quod terret. & quæ dialectici finxerũt risibilis. hinnibilis. pro risiuus. hinnitiuus. & similia. uide cruciabilis. & dissociabilis. In. os. ut a custodio. is. custos. a do das dos dotis. In. us. ut a Superbio superbus. ab orbo. as. orbus. a parco. is. parcus. In. bundus. significãt cum participio pñtis tpis & quadã nimietate: nõ ut Priscianus putauit similitudinẽ. ut uitabundus ualde uitans. moribundus ualde moriens. In. ax. ut a uoro. as. uorax. acis. a teneo tenax. acis. a peto. is. petax. acis. a sagio. is. sagax. acis. In. ex. ut a lateo. es. latex. icis. a uerto. is. uertex. icis. In. ox. ut a uoco. as. uox. In. ux. ut a luceo. es. lux. a duco. is. dux. In. nx. ut a cõiungo coniunx. In. rx. ut ab arceo. es. arx. a mercor. aris. merx. Quod est nomen participiale? Nomina participialia sunt: quæ a participiis siue a uerbis participialibus quæ alii dicunt supina: formantur. Horum quædam terminantur. in. io. fiuntq; ab ultimo supino. u. finali mutata in. i. & addita o. ut á lectu lectio. ab auditu auditio. á uisu uisio. dicimus tamen á cubo. as. cubitum cubitu nõ cubitio: sed cubatio. Varro de origine linguæ latinæ. á cubatione inquit cubiculum est. a domo. as. domitum domitu. nõ domitio: sed domatio: quia ut in supinis diximus etiã domator á domatu deducitur. á lauo. as. lotum non lotio: sed lauatio ab alio supino quod est lauatum. Cicero ad Varronem: ante te certiorem faciam: ut lauatio parata sit. A frico fricas. frictum frictio. ab eo quod est fricatũ fricatio. Celsus libro primo. In ipso quoq; itinere frequens frictio. Plinius libro. xxxiii. frictiones inhibeat oculorum. Columela libro. vii. cum fricatio nihil profuit: scarificatione demittur. Eodem modo auctore Valla a tonatu potius dicimus tonatio: q̃ a tonitu tonitio. a sonatu sonatio: potius q̃ a sonitu sonitio. a præstatu p̃statio: potius q̃ á præstitu præstitio. Quædam terminãtur in. or. quæ formantur ab ultimo supino. u. finali mutata in. or. ut ab amatu amator. ab auditu auditor. & omnia significãt actionem: præter unum uector: quod actionẽ & passionẽ significat: eum uidelicet qui uehit: & qui uehitur. Lucanus in. iiii. uectoris patiens tumidum super emicat amnem. Idem in. v. causa timoris uectorem non nosse tuum. utrobiq; passiue. Martialis posuit actiue. per te per ꝗ tuam uector lasciue puellam. & Seneca in hercule furente. tyriæ per undas uector europæ nitet. Ab his rursus formantur fœminina nomina terminata in. trix. tor. mutata in. trix. ut amator amatrix. creator creatrix. altor altrix. ab eo tamẽ quod est nutritu nutritor euphoniæ causa diximus nutrix & nõ nutritrix. Propter inconsequentiã quoq; litterarum á nominibus termĩatis in. sor. formantes fœminina. t. interponimus. ut ab assessor assestrix á possessor possestrix. a tonsor tonstrix. ab expulsor. s. lr̃a extrita expultrix. Affranius assestricem me sibi adesse uocat. & philo hieronymo interprete. da mihi sedium tuarũ assestricẽ sapientiã. Martialis. Tonstrix suburæ faucibus sedet primis. sed ista tonstrix amiane nõ tondet. Cicero. v. thuscu. de philosophia. indagatrix inquit uirtutũ expultrixq; uitiorum. Sunt tamen quædã á quibus nemo audeat formare fœmininum in trix. ut a cursor curstrix. a derisor deristrix. a morsor morstrix. & similia. In tilis. silis. & xilis. desinẽtia in significatione similia sunt participiis unde formantur. ut fictilis. rasilis. nexilis. quod fictum. rasum. & nexum. est. In. cius. quoq; terminata eiusdem prope sunt significationis cum participiis unde formantur. ut scripticius. facticius. deditticius. quod factum. scriptum. & deditum est. In. iuus iua iuum. tum actionem tum passionem significat. ut Actiuus quod agit. Passiuus quod patitur. Indicatiuus quod indicat. Insitiuus non quod inserit: sed quod inseritur. Horatius in epodo. ut gaudet insitiua decerpens poma. Quod est nomen aduerbiale? Aduerbialia dicuntur nomina

Quod est nomẽ aduerbiale? quod ab aduerbio deriuatur. ut a perendie perẽdinus. a. um.

Quid est genus in nomine? Illud quo masculinum a fœminino distinguitur & neutrum ab utroq;.

Genera nominũ quot sunt? Septem. masculinum. fœmininũ. neutrum. cõmune duorum cõmune trium. dubium. promiscuum.

non tantum quæ ab aduerbiis deriuantur: ſed etiam quæ a præpoſitionibus: quæ quotiens caſualibus ſuis nõ apponũtur: aduerbia potius dicũtur. ut ab hodie hodiernus. ab heri heſternus. a cras craſtinus. a perendie perendinus. ab infra infernus. a ſupra ſupernus. ab extra externus. Quid eſt genus in noie? genus in noie aut naturale eſt: aut ab uſu atq; auctoritate deſcendit. naturale eſt earum rerum quæ ſexu diſtinguntur: hoc eſt marium & fœminarũ: quæ ſunt in natura generationis principia. unde & ab his duobus genera dicta ſũt á generando: de quibus Priſcianus dixit. duo genera ſunt quæ ſola ratio naturæ nouit maſculinũ & fœmininũ. Genus illud alterum quod ab auctoritate defluxit: nullum ſexũ præſefert: ſed illud tãtum ſequimur quod uſus cõfirmauit. ut lapis terra cum in natura nullius certi ſint ſexus: alterum maſculino alterũ fœminino genere uſus protulit ergo recte dixit genus in noie eſſe notionem quandam qua maſculinum a fœminino diſtinguitur aut natura duce: aut uſu. & neutrũ ab utroq;. nam ex illis duobus & ex hoc reliqua genera fiunt. Genera nominũ quot ſunt? ad quinq; genera quæ libro primo & ſecuudo poſuit: duo reliqua adiecit: dubium & promiſcuum. de quibus iterum ſingulatim quærit. Quod eſt nomen maſculinũ? nõ magis ſatiſfacit hoc loco: quam libro primo. nam ut illic dicebamus non propterea dominus eſt maſculini generis quia declinatur cum hic: ſed declinatur cum hic: quia eſt generis maſculini. Sed in hoc ſeq tur uulgarem rationem. Nã uero ratio erat. cur dominus ſit generis maſculini: aut quia reperitur coniunctus cum nominibus adiectiuis generis maſculini: aut ratione ſignificationis quæ ad maſculos tantum pertinet: aut deniq; quia ſecundæ eſt declinationis in. us. terminatum. Sed ut in capite generis dictum eſt: illa ratio ualet apud græcos plurimũ: qui loquuntur per articulos: apud latinos nullius eſt momenti. Quod eſt nomen dubium? Quia de dubiis ſiue incertis generibus in fine capitis quod de genere ſcripſimus ſatis copioſe dictũ ẽ: nihil aliud hoc loco dicimus: q̃ quod dubiũ genus differt a cõmuni duorũ: In eo quod dubium eſt: quo auctores nulla ratiõe ducti ſed ſola auctoritate ſub alio genere uſi ſunt. Cõmune uero eſt: ubi uiſu ſecernimus ſexum: quem utrumq; ſub una terminatione proferimus. ut hic & hæc homo. ut hic & hæc canis. In quo etiam ab epicœno differt: ut ſtatim dicemus. Quod eſt nomẽ promiſcuum? quod græce epicœnum: latine interptetatur promiſcuũ ſiue confuſum: ĩter quod & cõmune hoc diſtat: quod cõmune eſt: ubi uiſu ſecernimus ſexum. epicœnum uero: ubi uiſu nõ ſecernimus ſexum: & ſub uno articulo quem uidelicet firmauit auctoritas uterq; ſexus ĩtelligitur. Cum. n. naturaliter nõ poſſimus in promiſcuis ſexum deprehẽdere: uocem illius ſexus ſequimur: quem uſus elegit. Nam cum in natura ſit diſtinctus ſexus cuiuſq; ſpeciei animalium perfectorum: puta milui: aquilæ: cum nos alterum ab altero diſtinguere nõ poſſemus: placuit in altero maſculinũ in altero fœmininũ eligere: ita tamẽ ut ſub altero illorũ ſubintelligeremus alterũ. Muſa igit̃ cuius generis eſt. Reſpondetq; adhuc primo tanquam rudis in hac generis ratiõe: ſed iterum interrogatus affert regulam: quod muſa propterea eſt generis fœminini: quia

Quod eſt nomen maſculinũ? quod declinatur cum hic. ut hic dominus hic ſermo.

Quod eſt nomen fœmininũ? quod declinatur cum hæc. ut hæc muſa hæc terra.

Quod eſt nomen neutrum? quod declinatur cum hoc. ut hoc templum. hoc regnum.

Quod eſt nomẽ cõmune duoꝝ? quod declinat̃ cũ hic & hæc. ut hic & hæc ſacerdos. coniux.

Quod eſt nomen cõmune trium? Quod declinatur cum hic & hæc & hoc. ut hic & hæc & hoc prudens. fœlix.

Quod eſt nomen dubium? Quod declinatur cum hic uel hæc. ut hic uel hæc finis. hic uł hæc cortex.

Quod eſt nomen promiſcuum? Quod cũ articulo hic uł hæc ſignificat animalia utriuſq; ſexus. ut hic miluus. hic mus. hæc aquila. hæc dorcas.

terminatur in.a.potuisset etiam illam ratione͂ siue regulam afferre:quod nomina fœ-
minarum aut quasi fœminarū generis sunt fœminini. Cum igitur musæ quasi fœmi
næ dicantur genitæ ex ioue & mnemosyne.i.memoria.iuste generis fœminini dicen
dum fuit esse musam. Quid est numerus in nomine? Respondet esse incremē-
tum quantitatis subaudi discre
tæ:procedens ab uno qui nume
rus finitus ē:ad plura procedēs
quia ad infinita numero exten-
ditur illius significatio.ad quā
infinitatem determinandā nu-
meri sunt inuenti.ut centū ho-
mines. mille homines. nam cū
dixi tātum homines:nil defini-
te locutus sum. Numeri
nominū quot sunt? Duo inquit
Sed unius proprie numerus nō
dicit͂: sed quia principiū est nu
merandi:& in ipsum reliqui nu
meri resoluuntur : quodāmodo
numerus est: quemadmodū no-
minatiuus inter casus numera-
tur:nō quod in declinatione ab
alio cadat:sed quod ipse princi-
pium est cadendi. Illud quoq;
animaduertēdū est græcos tres
numeros habere singularē qui
ad unum pertinet. dualem qui
ad duos.pluralem:qui ad pluresquā duo. atuero latinus sermo
dualem nō habet:nisi tātum in
his nominibus ambo ambæ: am
bo.duo duæ duo.quæ non mi-
nus carent numero multitudi-
nis: q̄ singulari. Sed quæ noia
singulari quæ plurali numero
carent libro superiori disputauimus. Quid est figura in nomine? Figura in no
mine dicitur a similitudine figuræ quantitatis in corpore.nam quemadmodū corpo-
ris figura lineamētis protrahitur: sic in noie alia est figura quātitatis in simplici: alia
in cōposito. Dicit ergo quod figura in nomine est illud:quo simplex nomen a cōposi
to distinguitur. Deinde rursus quærit. Figuræ nominū quot sunt? Respondet ex
auctoritate Donati atq; Seruii cum sergio:duas esse figuras in nomie simplicē atq; cō
positam. Priscianus græcos secutus addit etiam decōpositam: hoc est quæ deriuatur a
dictione iam cōposita.ut parricidiū a parricida.magnanimitas a magnanimo. Ad-
dit Priscianus causam cur decōposita figura nō sit idem quod cōposita:quoniā cōposi
ta potest diuidi in partes quæ per se aut integræ sunt:aut si corruptæ:unaquæq; illa-
rum aliquid significat.neq; rursus simplex:quoniā a cōposita deriuatur. Magnanimi
tas uero parricidium & huiusmodi:nō possunt diuidi in partes aliquid significātes.
animitas enim & cidium nihil per se significāt. Sed hæc ratio Prisciani atq; græco-
rum quantū ualeat contra Donati auctoritatē nemo est qui nō intelligat:si cōsideret:
eandē esse rationē partium corruptarū cum in cōpositionē ueniunt.parri enī & cida:
nihil magis per se significant.quam cidium & animitas. Utcumq; tamen sit:nos dica
mus figuram compositā esse dictionū quæ per se cōponuntur aut deriuantur a dictio
nibus per se cōpositis. Dicit uero in partes significatiuas eius quod integrū signi
ficabat ideo:quia parens potest diuidi in ptes significatiuas: hoc est in par.& in.ens.
sed nō significatiuas eius quod integrum significat:quod est pater aut mater. Cō-
ponūtur aūt noia quattuor modis. Ex duobus integris.ut resp.suburbanus.Ex duo-

Musa igitur cuius generis est? fœminini ge-
neris: declinatur enim cū hoc articulo hæc:
ut hæc musa.ę.
Da regulam generis. Nomē quod sit in a fini-
tū dic muliebre: neq; enī ab ea excipit͂ musa.
Quid est numerus in nomine? incrementum
quantitatis ab uno usq; ad plura procedens.
Numeri nominū quot sunt? duo. Singularis
qui unum significat: ut homo. Pluralis qui
plura:ut homines.
Musa igitur cuius numeri est? singularis nu-
meri:quia unum significat tantum.
Quid est figura in nomine? illud quo nomen
simplex a composito distinguitur.
Figuræ nominum quot sunt? duæ. Simplex q̄
non potest diuidi in ptes significatiuas eius
quod integrū significabat:ut parēs. Cōposi-
ta quæ potest diuidi in partes significatiuas
eius quod integrū significabat:ut parricida
Musa igitur cuius figuræ est? simplicis:nihil
enim significant mu & sa per se separata.

bus corruptis ut efficax:quod ab ex & facio deriuatur. municeps:quod a munus & capio.is. Ex integro & corrupto. ut ineptus:quod ab in & aptus componitur. in ermis quod ab in & armis. Ex corrupto & integro: ut omnipotēs. ex omnis & potens. nugigerulus:a nugis & gerulus. Cōponūtur etiam ex pluribus. ut imperterritus. ex in. & per. & territus. Inexpugnabilis: ex in. & ex. & pugnabilis. sine præpositionibus raro fit trium dictionū cōposito: atq; ut Quintilianus inquit: hoc latino sermoni inconcessum est. quamuis capsis Cicero dicatur in libro de perfecto oratore cōpositum esse ex cape. si. uis. Et solitaurilia ex sue oue & tauro: dicente Varrone in. ii. de re rustica. Populus romanus cū lustratur solitaurilibus: circuagunt uerres. aries. taurus. Sed ut Quintilianus subdit: hæc nō tam ex tribus: quā ex particulis trium coeunt. Ex duobus noīatiuis cōposita ab utraq; parte declinātur. ut respublica. reipublicæ. ex recto & ex obliquo á parte noīatiui tantū. ut senatus cōsultum senatus consulti. Præfectus prætorio. præfecti prætorio. Alteruter tamē etsi ex duobus rectis cōponatur: a priori parte nō inflectitur. itaq; dicimus alteruter alterutrius. alterutri. & cur ita fiat laborat Priscianus afferre causam. Quid est casus in nomine? Et respōdet esse quosdam gradus declinationis per quos nomē inflectitur. i. gradatim cadit. Priscianus dicit casus est declinatio nominis quæ maxime. i. plærumq; fit in fine. nam & aliquādo fit in medio ut in dictionibus compositis. quales sunt plærusq; plæraq; plærumq;. quilibet. cuiuslibet. cuilibet. Casus nominū quot sunt? Et respōdet esse septem. Nam & septimum adiecimus contra communem doctrinā: propterea quod auctores plerūq; illius meminerūt: & quod noster Quintilianus grammaticū iubet inquirere an sit apud latinos uis quædam septimi casus. nam subdit. cum dico hasta percussi non utor ablatiui natura. Laborat Priscianus: & quidem iudicio meo frustra: probare non esse casum septimum apud latinos: idq; præcipue illa ratione: quod nulla differentia uocis distet a sexto: quæ ratio si uera esset: neq; ex diuersitate significationis potius q̄ terminationis casus distinguerētur: idē esset ablatiuus pluralis cum datiuo eiusdem numeri: & uocatiuus cum nomiatiuo quia in terminatione semper sibiipsis similes sunt. Quod uero idem Priscianus ait neminē appellare septimum casum illum cum quo construitur comparatiuum: immo nullus auctor est qui septimum casum admittat: qui idem nō dicat comparatiuū construi cum septimo casu: nunquam uero cum ablatiuo. Ergo cū dixit

Quid est casus in nomine? quidam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.

Casus nominum quot sunt? septem. Nominatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accusatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus. effectiuus semper ablatiuo similis.

Quare dicitur nominatiuus? quia per illū nominamur: rectus uero idem dicit: quia aliūde non cadit.

Quare dicitur genitiuus? quia per eū ostendimus cuius sumus filii: ut antonius ioannis.

Quare dicitur datiuus? quia ī eo casu ponim⁹ illū cui aliquid damus: ut do tibi pecunias.

Quare dicitur accusatiuus? quia in eo casu ponimus illum quem accusamus: ut pompeius accusat cęsarem.

Quare dicitur uocatiuus? quia in eo casu ponimus illū quem uocamus: ut o musa mihi causas memora.

Quare dicitur ablatiuus? quia in eo casu ponimus illū a quo aliquid auferim⁹: ut ego aufero a te libros.

Quare dicitur effectiuus? quia in eo casu ponimus instrumētum quo aliquid efficitur: ut ego peto te saxo.

Musa igitur cuius casus est? nominatiui siue uocatiui siue ablatiui: quia in his casibus declinando reperitur.

semper ablatiuo similis: intelligendum est in terminatione: nō in significatione: quoniam simile cum datiuo iunctum similitudinem quantitatis & lineamentorum significat. Quare dicitur nominatiuus? Casus omnes siue ab speciali quadam illorum significatione dicti sunt. ut nominatiuus quia per eum nominamur. ut ego uocor antonius. cur non & factiuus uel actiuus: cum per eum quid facimus uel agimus: cur non passiuus cū per eum patimur? Eodem modo genitiuus dicitur: quia in eo casu ponimus nomen genitoris. cur non & possessiuus: cum eius significatio cōmunior sit possessio? cur non & superlatiuus: quandoquidem superlatiuus gradus cum illo cōstruitur? & eodem modo de reliquis: præter uocatiuum cuius significatio semper habet uocandi uim. Nominatiuus uocatur etiam rectus: quia cum cæteri casus ab illo cadant: unde etiam obliqui dicuntur: ipse in prima sua positione rectus subsistit. unde etiam improprie casus nominatur: ut paulo ante memorauimus: cum de numero agebatur. Vocatiuum quoq; græci rectum appellant: & si non nunquam a nominatiuo cadat. Genitiuus quoq; tum casus patrius. tum paternus. tum gignendi uocatur. P. nigidius teste Gellio libro. xii. interrogandi casum appellat. ut cuius es filius? Datiuus eodem modo dandi casus: & accusatiuus accusandi casus: quem etiam Diomedes incusatiuum nominat. Vocatiuus etiam uocādi & ablatiuus auferendi casus dicitur. Effectiuum quoq; nouo nomine ad superiorum similtudinem nos primum appellauimus: cum ab aliis semper septimus uocetur: ut ablatiuus sextus latinus a Diomede uocatur. Et quamquam effectiuus alias habet significationes: quam cum per: cum instrumento aliquid efficimus: nominatur tamen ab hac speciali significatione: quemadmodum de reliquis superioribus dicebamus. Sunt qui octauum casum ponant: cum. s. utimur datiuo pro accusatiuo & præpositiōe. ut Vergilius. It clamor cælo. i. in cælū.

Quid est declinatio ĩ nomine? Vocis uariatio quæ circa finem tantum attenditur: ut musa musæ musam.

Declinationes nominũ quot sunt? quinq;. Prima quæ mittit genitiuum in ę diptongō: ut musa musæ. Secūda quæ mittit genitiuum in. i. ut dominus domini. Tertia quæ mittit genitiuum in is. ut sermo sermonis. Quarta quæ mittit genitiuum ĩ us. ut sensus sensus Quinta q̃ mittit genitiuũ in ei. ut dies diei.

Musa igitur quote declinationis est? Primę: mittit enim genitiuũ in æ diphthongon: ut musa musæ.

Illud quoq; est aduertēdum nomina aptota dici quæ tātum nominatiuo casu reperiuntur: ut iupiter: fas. instar. sed in illis casus nominatiuo similes etiam reperiũtur. ut in masculinis & fœmininis uocatiuus: ĩ neutris accusatiuus & uocatiuus. ut hic iupiter o iupiter. hoc fas. accusatiuo fas. uocatiuo fas. & dicitur aptotum: ab. a. quod priuat & ptosis casus. quasi reliquis casibus carens. Quid est declinatio in nomine? declinatio dicitur a declinando: hoc est discedendo. discedũt enim atq; declinant ut diximus reliqui casus a recto: idq; fit per quosdam ueluti scalarum gradus: quæ declinatio fit in fine. Declinatiōes nominum quot sũt? Quinq;. Alii septem declinationes fecerunt. Nam tertiam fecerunt ex nominibus quæ mittunt genitiuum in. ius. & datiuum in. i. atq; ex tertia nostra fecerunt quartam. & rursus ex quarta nostra nominum masculinorum & fœmininorum fecerunt quintam. & ex quinta sextam. Septimam uero fecerunt ex nominibus neutris in. u. terminatis: quæ nos per quartam nominum declinationem inflectimus. Musa igitur quotæ declinationis est? Quotiēs de ordine quærimus per quotus quota quotum iterrogare debemus. de substantia uero per quis ul' qui. itaq; cum quærimus musa quotæ declinationis est: respōderi debet per nomen ordinale quod est primus prima primum. Quod si quæreremus cuius declinationis est: respondendum fuisset: eius quæ mittit genitiuum in. æ. diphthongon. Quotuplex est nominum inflexio? de formis declinationum quærit

quot sunt. Et respondet sex esse formas. Monaptotã: quæ pro omni casu una eademq; terminatione fungitur: qua inflexione declinantur omnia nomina litterarum. & nomina numerorum a tribus usq; ad centum. Mille quoq; cum est adiectiuum pluraliter declinatum. nam cum est substantiuum hoc mile. milis mili milia milium milibus declinatur. hac quoq; forma declinantur nomina barbara: quæ p nostram declinationem inflecti non possunt: in quibus sola constructio facit casuum diuersitates: nõ articuli cum latini illos non habeant.

De pronomine.

Ego quæ pars orationis est? Respondetq; ex Prisciani diffinitione: pronomen est pars orationis: adiecit tamen declinabilis ad differentiam partium indeclinabilium: quæ pro nomine proprio cuiusq; accipit. Non tamen ut ait Seruius in artem donati pronomina ideo esse nomina: quia nominum funguntur officio: quoniam etsi nominum uim exprimunt: non tamẽ plene exprimunt. unde in pronominum diffinitione Diomedes & Donatus pene aduerbiũ adiecerunt dicentes. pronomen est pars oratiõis quæ pro nomine proprio posita idem tantundemq; pene significat. Personasq; finitas recipit. Nõ omnia pronomina personas finitas recipiunt ut mox dicemus: quare Diomeds & donatus non dixerunr simpliciter personas finitas recipit: sed adiecerũt in pronominis diffinitione: personasq; finitas interdum recipit. ut ego. tu. ille. hæc tria pronomina ut ait Seruius personas finitas tantũ recipiunt: quia ad præsentem personam referuntur. quamquam ille uariat: ut statim dicemus. Vnde dicitur pronomen? origo pronominis satis expressa est in diffinitione illius. Pronomini quot accidunt? Respõdet ex Prisciani sententia sex esse pronominis accidentias: quas enumerat. Diomedes & Donatus adiecerunt superioribus qualitatem: & substulerũt speciem: Diomedes etiam adiecit ordinem. Qualitatem in pronomine omnes grãmatici antiquiores posuerunt. Ea triplex erat. finita. infinita. minus quam finita. Finita est quæ notat certum numerum: & gestum dirigit ad certã personam. ut ego. tu. Infinita quæ certam nõ recipit personã: sed cuilibet potest aptari: qualia sunt illa septem quæ illi inter pronomina nos inter nomina ponimus. quis. talis. qualis. tantus. quantus. totus. quotus. Nomina enim quemadmodum & tertiæ

Quotuplex est nominum inflexio? Sexcuplex. Monapta inflexio est cum per omnes casus nusquam nomẽ uariatur. ut nominatiuo ador. genitiuo ador. datiuo ador. et cætera. Diptota inflexio est: cum per duos casus tantum nomen uariatur. ut sappho sapphus. Triptota inflexio est: cum per tres casus tantum nomen uariatur. ut templum templi tẽplo. Tetraptota inflexio est cum per quattuor casus nomen uariatur. ut deus dei deo deum. Pentaptota inflexio est: cum per quinq; casus nomen uariatur. ut sermo sermonis sermoni sermonem a sermone. Hexaptota inflexio est: cum. per sex casus nomen uariatur. ut unus, unius. uni. unum. o une. ab uno.

De erotymatis pronominũ. Cap. vi.

Go quæ pars orationis est? Pronomẽ. Quid est pronomen? Pars orationis declinabilis: quæ pro nomine proprio cuiusq; accipit: personasq; finitas recipit. ut ego. tu. ille.

Vnde dicitur pronomen? A pro præpositione & nomẽ: quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species. Genus. Numerus. Figura. Persona. Casus cum declinatione.

uerborum personæ infinita sunt: cum nulla in eis certa finiatur persona nisi pronomini finito adiuncta. Minus quam finita est quæ certis & incertis personis aptari potest: qualia sunt illa. sui. hic. ille. iste. ipse. is. Pronomina aũt possessiua & infinita & minus quam finita esse possunt. Pronominum species duæ sunt sicut in nomine. Primitiua & deriuatiua. & enumerat pronomina primitiua quæ dicit esse octo. & rursus deriuatiua q̃ dicit esse septem: ut sint omnia quindecim cum alii duo & uiginti: Diomedes aliquanto plura posuerit.

Ego igitur cuius speciei est? Ex superiori enumeratione respondet esse primitiuæ: cum tamen uideatur ex græco sermone deriuatum. Sed quemadmodum diximus paulo ãte cum de specie nominum agebamus: cũ in promptu non habemus unde nomen uel quæcunq; alia dictio deriuatur: dicimus esse primitiuam. Fac ex eo deriuatiuum. & facit meus mea meũ. fac rursus. noster nostra nostrum. fac adhuc. nostras nostratis.

Genera pronominum quot sunt? & respondet esse quattuor quod inductione probat. nam aut habẽt tres articulos. ut hic & hæc & hoc nostras. & sic sunt communia trium generum. aut habent tres diuersas terminationes: ut meus mea meum: & sic primæ respondet genus masculinum. secundæ fœmininum. tertiæ neutrum. aut illorum significatio communis est tribus generibus. ut ego. tu. sui.

Numeri pronominum quot sunt? Omnia repentenda sunt ex iis quæ diximus cum de numero nominũ disserebamus.

Figuræ pronominum quot sunt? & dicit esse duas sicut in nomine. simplicem & cõpositam. & subdit modos quattuor compositionis pronominum. Cum nomine. ut huiusmodi. huiuscemodi: quæ Priscianus nominibus ãnumerat. Cum altero pronomine. ut isthic: ab iste & hic. Sed aduertendum hanc compositionem non fieri nisi per nominatiuum accusatiuũ & ablatiuum singulares & per nominatiuum & accusatiuum plurales tantum generis neutri. ut isthic. isthæc. isthoc. isthunc. isthanc. isthoc. ab isthoc. isthac. isthoc. Plurali nominatiuo isthæc. accusatino isthæc: quæ per aspirationem non esse scribenda miror placuisse Prisciano. Cum præpositione quoq; pronomen cõponitur: per anastrophen hoc est inuersionem pronominis & præpositionis. ea fit tantum in casu cui seruit hæc præpositio cum: ex qua componuntur tria tantum pronomina trium personarum. hoc est mecum. nobiscum. tecum. uobiscum. secum in utroq; numero. Cum quis uel qui etiam: quod ipsum inter pronomina antiquiores numerabant. ut quicũ-

Species pronominum quot sunt? Duæ: sicut in nomine. Primitiua ut ego. Deriuatiua ut meus.

Quot sũt pronomina primitiua? octo. ego. tu. sui. hic. iste. ille. ipse. is.

Quot sũt pronomina deriuatiua? septem. meus. tuus. suus. noster. uester. nostras. uestras

Ego igitur cuius speciei est? Primitiuæ: non enim aliunde trahitur: q̃q̃ græce dicitur ego Fac ex eo deriuatiuum. meus mea meum.

Genera p̱nominũ quot sunt? quattuor. masculinum ut meus. Fœmininum ut mea. Neutrum ut meũ. Cõmune triũ ut ego. nostras.

Numeri pronominum quot sunt? duo: sicut ĩ nomine. singularis ut ego. pluralis ut nos.

Figuræ pronominum quot sunt? duæ sicut in nomine. Simplex ut hic. Cõposita ut isthic.

Quot modis componuntur pronomina? quattuor. Primo cum nominibus: ut eiusmodi huiusmodi. Secundo cum altero pronomine ut isthic. isthæc. isthuc. Tertio cum præpositione: ut mecum tecum. Quarto cum aduerbiis aut syllabicis adiectionibus: ut egomet

Quot sũt adiectiões syllabicæ? quattuor. met. te. ce. pte. ut egomet. tute. hicce. meopte.

quibus cum. Componuntur quoq; cum aduerbio: siue syllabicis adiectionibus. ut idem. quod ab is & demum facta utriusq; finis abscissiõe. ut sit idem quasi iterum. is. in neutro quoq; geminatur compositio: dicimusq; identidem: quod magis uidetur ad uerbio cædere: ut significet idem quod sæpe. Cicero in. vi. de rep. hæc ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem. idem in tertio thuscu. q. scindens dolore identidem intonsas comas. Eccum. eccam. ellum. ellam. eccos. eccas. ellos. ellas. Priscianus & Sergius in donati artem: pronomina esse dicunt ab ecce & is. ea. id. & ille illa illud composita: quæ tamen Laurentius in aduerbia resoluit. Ex eo quod dixit aut syllabicis adiectionibus: quærit rursus quot sunt huiusmodi syllabæ: dicitq; esse quattuor. met. te. ce. pte. Met iungitur pronomini primæ personæ per oẽs casus. ut egomet. meimet. mihimet. memet. ámemet: eodem modo ĩ plurali. Cum pronomine uero secundæ personæ tantum iungit̃ obliquis singularibus: & omnibus casibus pluralis. dicimusq; tuimet. tibimet. temet. átemet. & eodem modo in plurali: in nominatiuo singulari non dicimus tumet: ne uideatur coincidere cum tertia persona singulari præsentis indicatiui huius uerbi tumeo tumes tumet. Dicimus tamen protumet: tute. te syllaba breui adiecta: aut tutumet. Lucretius in primo. Accipe præterea quæ corpora tute necesse est. Idem in eodem tutemet a nobis iam quouis tempore uatum. Iũgitur quoq; met tertiæ personæ triptoto: suimet: sibimet. semet. a semet. Pte quoq; iungitur ablatiuo tantum quinq; pronominum possessiuorum. mea. tua. sua. nostra uestra. Dicimusq; meapte. tuapte. suapte. nostrapte. uestrapte. Cicero in primo de finibus bonorum. qua uos doceat & ad se alliciat suapte natura. & idem tertio de perfecto oratore. P. Crassum suapte interfectum manu. Idem etiam masculino genere protulit in primo thuscu. q. suopte inquit nutu & suo pondere ad pares angulos ferãtur.

Ce particula tãtum additur casibus illorum pronominum hic ille cum in. s. litterã terminantur. ut huiusce. hisce. hosce. hasce. illiusce ueteres dicebãt: quod usus reformidat. At uero Priscianus ex his particulis non fieri compositionem asseuerat: cum per se & separate nihil significent. quæ ratio si uera est: neq; ex præpositionibus inseparabilibus posset fieri compositio: qm̃ nusquam nisi in compositione reperiuntur: quod nemo umquam: sed neq; ipse Priscianus dixit. Quid quod eodẽ Prisciano teste additæ significãt aliquid: ne putentur ut ille dicit esse pronominum porrectiones siue extensiones: ut quod affert ex Terentio in adelphis egomet rapui: intelligitur ego & non alius: ac si dixisset egoipse. Quæ igit̃ partes orationis sunt dicet aliquis? Ego aduerbia inseparabilia dicerem: quemadmodum particulas illas. re. con. se. di. an. præpositiones inseparabiles.

Personę pronominum quot sunt? tres. Prima quæ de se loquitur. Secunda ad quam prima loquitur. Tertia de qua prima loquitur.

Quot sunt pronomina primę personę? Vnum tantũ. Nominatiuo ego. Genitiuo mei.

Quot sunt pronomina secũdæ personæ? Item unum. Nominatiuo tu. Genitiuo tui: cum omnibus uocatiuis nominum. pronominũ. & participiorum.

Quot sunt pronomina tertiæ personæ? Reliqua tredecim cum omnibus nominibus & participiis.

Personæ pronominum quot sunt? Respõdetq; esse tres: & qd pprietatis quælibet habeat subiungit dicẽs. Prima persona est quæ de se loquitur. Hæc ratio non placet Prisciano: sed dicit prima persona est cum ipsa quæ loquitur de se pronunciat. quia uidelicet potest prima persona nihil de se loqui: sed de secunda persona uel tertia essetq; dubitatio. Itaq; uidetur Priscianus facere differẽtiam inter loqui & pronunciare de se. t loqui de se ut aliquid de se ipso dicere: pronũciare de se ex persona sua aliquid de se uel de aliis dicere. Quod si in hoc ulla differẽtia est. magis exprimeretur per has præpositiões de & ex: quã per uerba loquor & pronuncio. ut loquor & pronuncio de me sit habere sermonẽ de me. loquor & pronũcio ex me sit habere sermonẽ in persona mea uel de me uel de te uel de aliis.

Quot sunt pronomina primæ personæ? & respondet esse unum tantum ego. idq; in singulari tantum. Nam in plurali conceptionem facit aliarum personarum secundarum quando ad ipsas præsentes loquimur. ut ego & uos faciamus. Tertiarum quando ad secundam & alios uel præsentes uel absentes sibi adiungit. ut ego & uos & illi fecimus. Eodem quoq; modo dicit esse unum tantum pronomē secundæ personæ sed in utroq; numero. sed adiicit omnes uocatiuos nominum & reliquorum pronominum cum participiis. Casus pronominum quot sunt? dicitq; esse septem: nisi quod carent uocatiuo omnia præterq̃ tu. meus. noster: uestras. & quemadmodum paulo ante diximus nomiatiuo ego & ut libro primo dictum est nominatiuo suus sua suū: sed illa non proprie sed figurate.

Casus pronominum quot sunt? Septem sicut in nomine. Caret tamen uocatiuo omnia pronomina: præterq̃ tu. meus mea meū. noster nostra nostrū. nostras. caret etiam nominatiuo cum uocatiuo Genitiuo sui.

Declinationes pronominum quot sunt? quattuor. Prima quæ mittit genitiuum in. i. ut ego mei. tu tui. genitiuo sui. Secunda quæ mittit genitiuū in ius. ut hic huius. iste istius. ille illius. ipse ipsius. is eius. Tertia quæ mittit genitiuū in. i. æ. i. ut meus mea meū. mei meæ mei. tuus tua tuum. tui tuæ tui. suus sua suū. sui suæ sui. noster nostra nostrū. nostri nostæ nostri. uester uestra uestrū. uestri uestræ uestri. Quarta quæ mittit genitiuum in is. ut nostras. atis. uestras. atis.

De erotymatis uerbo℞. Cap. v.

Amo quæ pars orationis est? uerbum. Quid est uerbum? Pars orationis declinabilis cum modis & temporibus sine casu: agendi uel patiendi significatiua.

Vnde dicitur uerbum? A uerbero uerberas: quia uerberato aere oratio profertur: quæ sine uerbo esse non potest.

Verbo quot accidunt? octo. Genus. Modus. Tempus. Numerus. Persona. Species. Figura. Coniugatio.

Genera uerbornm quot sunt? quinq;. Actiuū Passiuum. Neutrum. Cōmune. Deponens.

Declinationes pronominum quot sunt? & ostendit per exempla esse quattuor. Nam per primam declinantur tria. Ego. tu. sui. per secūdam quinq;. hic. iste ille. ipse. is. per tertiam quinq; meus. tuus. suus. noster. uester per quartam duo. nostras. ūras.

De uerbo.

Amo quæ pars orationis est? Respondetq; esse uerbum: Dicitq; esse partem orationis declinabilem: ad differentiam partium indeclinabilium: cum modis ad differentiam nominis & participii: & temporibus ad differentiam nominis: sine casu ad differentiam participii. Agendi uel patiendi significatiua: Donatus addidit aut neutrum significans propter uerbum impersonale: quod proprie neq; actionem neq; passionem significat.

Vnde dicitur uerbum? Dicitq; a uerbero uerberas deriuari: quia uerberato aere oratio profertur: quod licet omnibus orationis partibus accidat: tamen præcipuæ in hac dictione quasi propriū eius accipitur: qua frequentius utimur in oratione: atq; in cuius ui reliquæ orationis partes significant. unde & in illius diffinitione Diomedes adiecit præcipua dicens: Verbum est pars orationis præcipua sine casu. Verbo quot accidunt? Dicitq; octo esse uerbi accidentias quas enumerat. deinde quærit respondetq; de singulis illarum. Genera uerborum quot sunt? Genus in uerbo alii significationem uerbi appellant. ut enim in nominibus sūt genera quibus exploratur sexus: ita in uerbo genus est quo significatur utrum actiuum sit an passiuū.

Sunt aũt quinq; genera uerborum. Loquimur aũt de uerbis integris. nam reperiunt quædam uerba defectiua quorundam prædictorum accidentium: & quæ reduci non possunt ad unum quoddam ex his quinq; generibus: quod fit ut Priscianus ait uel naturæ necessitate: uel fortuna & casu: uel differẽtiæ causa. Naturæ necessitate ut pluo sereno: quæ uerba cum similibus cum ad solam pertineant naturam: quantum ad sermonem nostrum attinet defectiua sunt: nisi fiat prosopopia. i. personæ fictio. fortuna & casu. aut quia inusitata sunt: aut quia turpia & inconcinna. inusitata ut quia a faris & fare & daris uel dare non habeamus for & dor. inconcinna & turpia: & quod a metuo non habeamus participia metutus & metuturus. differentiæ causa: ut a facio. dico. duco. fero in secunda persona singulari imperatiui dice. duce. face. fere non diximus ne coinciderent cum obliquis casibus quorundam nominum. Quod est uerbum actiuum? Quod desinit in. o. subaudi in prima uerbi positione: & habet passiuam in. or. Quid autẽ dicendum est de hoc uerbo do: quod ut paulo ante dicebamus: non habet in uoce passiua dor.

Quod est uerbum actiuum? quod desinit ĩ. o. & habet passiuum in. or. ut amo amor.

Quod ẽ uerbum passiuũ? quod desinit in. or. & habet actiuũ in. o. ut amor ab amo.

Quod est uerbũ neutrũ? quod desinit in. o. & nõ habet passiuum in. or. ut seruio. is.

Quod est uerbum deponens? quod desinit in or. & tamen habet actiui significationẽ ut loquor loqueris.

Quod est uerbum commune? quod desinit in or. & habet actiui & passiui significationẽ. ut amplector amplecteris.

Amo agitur quod uerbum est? Actiuum.

Modi uerborum quot sunt? Quinq;. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiũctiuus. Infinitiuus.

Diximus hoc uerbum esse mãcum non repugnante significatione: sed usu. nusquam enim apud auctores lectum est dor. ergo quantum ad rationem significationis actiuum est. Idem quoq; de facio facis dicendũ est: quod nõ misit passiuam in. or. suppletur tamen ab alio uerbo quod est fio. fis. Quod est uerbum passiuum? quod desinit in. or. & habet actiuũ in. o. Inuenimus tamen aliqua in uoce atq; significatione passiua: q̃ nusquam reperiuntur in actiua ut consternor: pro exanimor. Ouidius secũdo meta. Consternantur equi. atq; idem. xii. Consternatiq; timores. Et Liuius. xxviii. ab urbe. cõsternati e cornibus in mediam aciem se se intulerant: nusquam tamen legimus consterno consternas. Eiusdem prope significationis reperitur in uoce & significatione passiua tantum linquor animo. ut Suetonius in uita Cæsaris: nisi quod extremo tempore linqui animo solebat. nemo tamen diceret animus linquit me. aut ego linquo te animo.

Quod est uerbum neutrum? huius generis significatio latissime patet. Aliud namq; actionem significat. ut ambulo. curro. Aliud passionem. ut uapulo. exulo. Aliud in quo nec agentis nec patientis significato dignoscitur. ut sedeo. sudo. algeo. esurio. quamquã quod ad grammaticum attinet: hæc potius actionem significare dicendum est. hæc quidam supina: alii absolutiua. nonnulli depositiua appellant. Quod est uerbum deponens? Deponens dicitur uerbum: ut ait Diomedes: uel per antiphrasim hoc est ẽ contrario quia uerbum. r. littera finitum deponere eam non potest: uel quia cum omnia uerba deponentia apud antiquiores communia essent: alteram idest passiuam significationem deposuerunt. ut loquor loqueris. sequor sequeris.

Quod est uerbum commune? Verbum commune dicitur: quod sub una uoce actiuã & passiuam significationem habet: quemadmodum & nomẽ commune dicitur: quod duo aut tria genera sub una uoce complectitur. Impersonalis uerborum significatio in actiuam passiuamq; uocem referuntur. Modi uerborum quot sunt? Modus in uerbo quem Quintilianus appellat qualitatem: est inclinatio uarios animi affectus demonstrans. Hi sunt quinq; indicatiuus: quem alii finitiuum. alii diffinitiuum; alii pronunciatiuũ appellant. Imperatiuus qui & percontatiuus. optatiuus. subiunctiuus qui & cõiunctiuus & adiunctiuus ab aliis dicitur. Infinitiuus: qui & impersonati

uus dicitur: quia personas diffinitas non habet: dicit̃ & perpetuus: quia finẽ non hẽt. Quis est indicatiuus modus? quo indicamus inquit siue ostendimus siue pronũciamus aliquid fieri sine ulla alterius modi inclinatione: unde & finitiuus a Diomede dicitur: quod quasi finita & simplici utimur expositione: cũ per ipsum mẽtis sensa depromimus.

Quis est indicatiuus modus? quo indicamus aliquid fieri. ut ego amo. tu amas. ille amat.
Quis est imperatiuus modus? quo imperam⁹ aliquid fieri. ut o antoni lege.
Quis est optatiuus modus? quo optamus aliquid fieri. ut utinam ego legerem.
Quis est subiunctiuus modus? qui indiget altero uerbo ut perfectum sensum significet. ut si legeris audiam.
Quis est infinitiuus modus? qui caret numeris & personis: & indiget uerbo alterius modi ut aliquid determinatum significet. ut cupio legere.
Amo igitur cuius modi est? Indicatiui modi.
Tempora uerborum quot sunt? Quinq̧. Præsens. Præteritum imperfectum. Præteritũ perfectum. Præteritum plusquam perfectũ. Futurum.
Quod est tẽpus præsens? quo aliquid impræsentiarũ fieri ostendimus. ut ego lego.

Quis est imperatiuus modus? quo iperamus inquit aliquid fieri. plærũq̧ aũt & per eũ precamur: unde ab Aristotele deprecatiuus dicitur. ut Vergilius. Musa mihi causas memora: neq̧ eni tã imperat q̃ precatur. Quis ẽ optatiuus? hunc modum usurpamus cum precibus aliquid a diis exposcimus: ut inquit Diomedes: unde optandi aduerbiis illum adiungimus: ut uidelicet & utinam. & . o. & . osi. in sermone hispano mutuamur a pœnis oxalá: quod interpretatur deus uelit. deus faciat. Reperit̃ etiã sine aduerbio optandi ut Lucanus in primo dii uisa secundẽt: & fibris sit nulla fides.
Quis est subiunctiuus? Subiunctiuus qui & dubitatiuus dicitur: ideo dictus est: quod per se nõ exprimit sensum: nisi alteri uerbo iungatur alterũ: quod fit media coniunctione. ut si audiueris: legam. Cum amaueris: docebo. Quis est infinitiuus? qui caret inquit numeris & personis. hoc & impersonale uerbũ habet: & indiget uerbo alterius modi: hoc & subiũctiuus habet: sed utrũq̧ simul solus infinitiuus. His quinq̧ superioribus modis quidã adiecerunt sextũ: quẽ appellauerũt promissiuũ. ut ego amabo. ego docebo. sed hũc idicatiui futurũ nos fecimus. quidã impersonalẽ modũ cõiungũt: ut sint modi septẽ: sed nos ut diximus in actiuã passiuãq̧ uocẽ hũc modũ reduximus. Adhuc alii cõmendatiuũ ab iperatiuo separãt: qm̃ per iperatiui p̃ns siue instãs ut confestim aliquid fiat iperamus: quẽ ideo iperatiuũ dixerunt. per futurũ uero tẽpus: ut aliquid in ppetuũ & ad multa tẽpora fiat cõmendamus: atq̧ ideo hũc quasi diuersũ a superioribus modũ mandatũ appellauerunt. Fuerunt adhuc qui cõiunctiuũ a subiunctiuo separarẽt: ut essent modi nouẽ. Adhuc alii adhortatiuũ ab iperatiuo separãt. Gerundia quoq̧ & supina uerbi modos eẽ dicũt. Sed nos quinario modorũ numero cõtenti fuimus: ad quos reliq̃ sũt reducti nisi quod gerũdia & supina nõ recusamus ab octo ptibus orõnis separe. Tẽpora uerborũ quot sũt? Tẽpus in uerbo ut inquit Diomedes ẽ uicissitudo rerũ triformi mutabilitate cõprehẽsa. Cũ uero tẽpus ut philosophi dicũt idiuiduũ sit: nos illud in partes diuidimus: sed nõ tã ipm tẽpus: quã actiones nr̃as per tẽpora diuidẽtes. ea quãtum ad nos attinet tria sũt. p̃ns: quod a quibusdã instans appellat̃: p̃teritũ & futurum quod a nõnullis ut supra dictũ est pmissiuus dicit̃ modus: quod alii infinitũ tẽpus appellãt: quia incertũ sit. Præteritũ adhuc in triplici differẽtia est: imperfectũ: pfectũ & plusquã perfectũ. Præteritũ impfectũ quod inchoatiuũ alii dicũt: est per quod significamus nos aliqd in tpe perfecto incœpisse: nec pfecisse tñ: ut ego amabã. Præteritũ pfectũ est per quod significamus nos aliqd i tpe p̃terito icœpisse atq̧ pfecisse. ut ego amaui. Plusquã pfectũ oẽs antiqui & iuniores grãmatici uident̃ mihi nõ recte diffiniuisse. dicunt enim esse: cum tẽpus iam pridem exactũ demonstramus: ita ut per

præteritū perfectum rem factam breui aut non multo tempore ante ostendamus: per plusquam perfectum uero illud quod iam longo tempore inueteratū est. Quæ ratio si uera est: nō possemus latine atq; grammaticæ dicere: quod in ipso statim sacrarum litterarum initio scriptum est. In principio creauit deus celum & terrā: & quod sequiquitur: dixit deus fiat lux & facta est lux: qua actione nulla prior nulla antiquior est. Sed neq; rursus diceremus recte: cum tu uenisti iam ego legerā: quod de re, paulo ante facta dici posse: nemo est adeo stupidus qui non confiteatur. Sed hæc duo tempora non eo censentur: quo isti putant: sed illo potius quod præteritum plusquā perfectum præterito perfecto comparatum antiquius est. siue id in multo siue in paruo tēpore exacto fit. atq; ideo adiecimus inueterasse citra præteritum perfectum: ut si dixerim. ego legeram: cum tu uenisti. dico te uenisse ante id tempus quo ego legi. Sic Ouidius primo meta. Sic modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus: Induit ignotas hominū cōuersa figuras. Quod si præteritum. p. q. perfectum præterito perfecto non comparetur: nihil aliud quam ipsum præteritum perfectum significat. ut Ouidius. Legerat huius amor titulū nomēq; libelli. idest legit. Sed indicatiuus cū subiunctiuo habet omnia quinq; tempora: quoniam per illa omnia possumus indicare quid facimus fecimus aut facturi sumus: cuius est per omnia similis subiunctiuus.

Imperatiuus duo tantum habet tempora instās & futurum: sed in singulari primam non admittit personam. Absurdum namq; esset quenquā sibi imperare: cū promptus sua sponte sit immo ultro facere quod uult. externæ uero personæ imperio indigent: nisi figuratæ quasi ad alium loquens in secunda persona seipsum proferat. ut Iuuenalis. Tecum prius ergo uoluta hæc. In plurali uero etiam primā adhibet: quia cum imperat: se quoq; in idem ministerium uocat. Sed est animaduertendum quod per imperatiui præsens imperamus aliquid e uestigio fieri: ut o puer lege. i. fac ut statim legas. per futurum uero imperamus aliquid in posterum faciendum: atq; ut ita dicam in perpetuum. Est quoq; eadem differentia inter futurum imperatiui & aliorum modorum futura: quod hæc indifferenter futurum tempus significant: quod est per aduerbia distinguendum. ut ego legam mox. cras. perendie. die quarti. die quinti. die proximi. Imperatiui uero futurum non significat ut confestim aliquid fiat: sed ut diximus: semper in posterum faciēdum esse. ut si uis esse doctus legito libros: idest fac ut semper legas libros: quod possis commode facere. neq; opus est adiungere aliquid quo temporis diuturnitatem illam exprimamus. Inuenitur tamen apud antiquiores futurum pro præsenti. ut Terētius in heauton. loquitor paucula. & idem in adelphis. de te largitor puer. pro eo quod ē loquere. largire. quos Vergilius antiquitatis amator secutus dixit quinto eneidos. Primus equum phaleris insignem uictor habeto. & paulo post. tertius argolica hac galea contentus abito pro eo quod est habeat & abeat. In uoce passiua plurale futuri temporis huiusmodi reperitur. idq; apud antiquiores tantum in legibus & fœderibus: quæ fiunt & promulgātur: ut sic dixerim: ad perpetuā rei memoriā. Optatiuus tria tantum habet tēpora. præsens. præteritū. & futurū. Sunt qui ab optatiuo præsens tēpus excludant: quoniā futura sunt quæ optamus. Alii pñti præteritū imperfectū adiungūt: ut significet tpis sub illa uoce ambiguitas. Nos tātū præsēs posuimus: nō ꝓpterea quod tēpus illud pñs

Quod est pręteritum imperfectum? quo ostēdimus q; aliquid fiebat: sed nō fuit perfectū ut ego legebam.

Quod est pręteritum perfectum? quo ostendimus aliquid iam factum atq; perfectum esse ut ego legi.

Quod est preteritum plusq̄perfectū? quo ostēdimus id quod factum est: inueterasse citra preteritum perfectū: ut ego legeram; antea q̄ tu uenisti.

Quod est futurum? quo ostendimus aut promittimus aliquid faciendū esse: ut ego legā.

Amo igitur cuius temporis est? presentis temporis.

aliquid demonſtret: quod per illud aliquid proximum tempori præſenti optamus ut utinam legeret præceptor: intelligitur nunc aut mox: quod ſi in futuro dixeris utinam legat præceptor: de tempore remotiori optas. Sed dicet quiſpiã quo modo poſſumus præterita optare? Ad quod dicendum quod nõ ſolum futura optare poſſumus: uerumetiam plærumq; optamus nos aliquid feciſſe: quod tamen non fecimus. ut utinam ego legiſſem. Infinitiuus æque tria tempora habet: præſens. præteritum & futurum. Vſurpatur tamẽ plærumq; præſens infinitiui pro præterito imperfecto indicatiui: quo genere dicendi plærumq; utuntur hiſtorici. Saluſtius. equitare. curſu cũ æqualibus certare: & cum omnis anteiret: omnibus tamen charus eſſe: pro equitabat. certabat. erat. Numeri uerborum quot ſunt? Duo inquit ſicut in nomine. Fuerunt tamen qui in tertia perſona plurali præteriti perfecti indicatiui modi dualem numerum a plurali diſtinxerunt in illis duabus uocibus amauerũt uel amauere. ut amauerũt ſit ad plures: amauere ad duos tantum referendum. Sed ut Quintilianus refert apud noſtrorum neminem hæc ſeruatio reperitur: cum ẽ cõtrario quod Vergilius primo æñ. dixit. Deuere locos ubi nũc ingentia cernis. & idẽ in. ii. Conticuere omnes intentiq; ora tenebant. & Ouidius. xiii. metamopho. Cõſedere duces & uulgi ſtante corona: aperte nos doceant: nihil horum ad duos pertinere.

Perſonæ uerborũ quot ſũt? Tres inquit. & repetendum eſt hoc loco id quod de perſona in capite ſuperiori diximus: cum de perſonis pronominis agebat. Illud tantum addimus quod Diomedes ait perſonam eſſe rationabilem ſubſtantiam: quod proprie in prima & ſecunda perſona reperitur: niſi fiat proſopeia.

Species uerborum quot ſunt? Duæ inquit ſicut in nomine. primitiua & deriuatiua. Deriuatorum rurſus ſeptem dicit eſſe formas: quas Diomedes & Donatus ad uerbi referunt qualitatem: alii ad genus ſiue ſignificationem. Deinde quærit reſpondetq; de ſingulis ſeptem uerborum formis.

Quæ dicuntur inchoatiua? Omnes grammatici qui nunquam fuere ante Laurentium Vallam: appellauerũt uerba inchoatiua: quæ in ſco. deſinunt: qualia ſũt frigeſco. tepeſco. albeſco. dixeruntq; inchoationem quandam ſignificare: quod eſſe falſum ualidiſſimis rationibus conuincit: quin potius hæc uerba incrementum paſſionis innate ſignificare uidentur: quam ſignificant uerba a quibus deriuãtur. ut ægreſco. i. magis magiſq; æger fio: albeſco. nigreſco ideſt in dies magis magiſq; albeo. & nigreo. & uelut ipſe exponit: albeſio. & nigreſio. Hæc uerba alii ante Laurentium dixerunt a uerbis neutralibus tantum deriuari: nos autem adiecimus a uerbis neutris non quidem omnibus: ſed tantum ſecundæ coniugationis. nam ab aliis coniugationi-

Numeri uerborũ quot ſunt? duo ſicut in nomine. Singularis qui de uno loquit᷑: ut ego amo. Pluralis qui de pluribus loquitur: ut nos amamus.

Amo igitur cuius numeri? ſingularis numeri

Perſonæ uerborũ quot ſũt? Tres. Prima quæ de ſe ſola uel de ſe cum aliis loquitur: ut ego amo. nos amamus. Secunda ad quam ſolam uel cũ aliis prima loquitur: ut tu amas. uos amatis. Tertia de qua ſola uel de quibus prima loquitur: ut cicero legit. homines legũt.

Species uerborum quot ſunt? duæ ſicut in nomine. Primitiua ut lego legis. Deriuatiua ut lectito lectitas.

Deriuatiuorum uerborum formę quot ſunt? ſeptem. Inchoatiua. Meditatiua. Deſideratiua. Frequentatiua. Diminutiua. Denominatiua. Aduerbialis.

Quæ dicũtur inchoatiua? quæ laurentius dicit continuum incrementum paſſionis innatæ ſignificare. fiuntq; tantum a uerbis neutris abſolutis ſecundę coniugationis: formãturq; a ſecunda perſona pręſentis indicatiui modi addita co.: ut a tepeo es. tepeſco is. i. in horas magis tepeſio.

bus deducta nõ tam inchoatiua q̃ inchoatiuorum similia esse dicenda sunt. ut illa labasco. is. integrasco. is. & ab hio. as. hisco. is. a concupio. is. concupisco. is. Sunt præterea huius formæ uerba: quorum primitiua in usu non sunt: ut herbesco. is. siluesco is. lignesco. is. ignesco. is. iuuenesco. is. & similia: quæ possũt uideri a nominibus herba. silua. ligno. igne. iuuene: potius q̃ ab herbeo. es. silueo. es. ligneo. es. igneo. es. iuueneo. es. deriuata. Nam uerba huius formæ certis regulis constant: quarum una si defuerit: inchoatiua: siue ut Laurentius mauult augmentatiua non erunt: prima est quod in sco desinant. deinde quod a secunda persona præsentis indicatiui modi uerborum neutralium secundæ cõiugationis passionem innatam significantium formẽtur. præterea quod deficiant in præterito perfecto indicatiui modi & in reliquis temporibus quæ formantur ab eo. quodq; per tertiam uerborum coniugationem declinẽtur. Quæ dicuntur meditatiua? Secunda uerborum forma est meditatiua: quæ Laurentius & quidem recte desideratiua siue optatiua esse dicit. Neq; enim esurire est meditari comedendũ esse: quod ad intellectum pertinet: sed cupere seu optare: quod est opus ptis appetitiuæ. Formant̃ autẽ ab ultimo supino addita. rio. reperiturq; hæc uerborum forma in paucis uerbis: apud antiquiores fortasse in pluribus: sed quorũ ego memini in his fere. Ab edo edis esũ esu esurio. is. a cœno. as. cœnatum cœnatu cœnaturio. a pario. is. partum partu parturio. a meio. is. mictum mictu micturio. a caco. as. cacatum cacaturio. ab emo emis emptum emptu empturio. i. cupio siue libido mihi incessit edere. cœnare. parere. meiere. cacare. emere. Iuuenalis. Esurit intactam paridi nisi uendat agauẽ. Martialis. xi. epigra. Cœnaturit uacerra nõ cacaturit. Iuuenalis. Noctibus hic ponũt lecticas micturiunt hic. Vergilius in bucolicis. Nũc omnis parturit arbos. Varro secundo de re rustica. Te empturientem in campos macros adducunt crebro pedes. Ex quibus exẽplis facile colligitur inter meditatiua & formæ perfecte siue absolutæ uerba illam esse differentiam: quod absoluta actum: meditatiua affectum mentis nõ meditationem significant. ut Liuius quod diu parturiuit animus uŕ aliquando pariat. & illud psalmographi. Ecce parturit iniusticiã concepit dolorem & peperit iniquitatẽ. ergo parturire est cupere a partu liberari: parere illud ipsum quod conceptũ est: quod q; cupimus parere ĩ lucẽ edere. Dicturio a dico. is. dictu. Macrobius. vi. saturna. usus est. quid duces inquit & milites: qui fortiter á se facta semper dicturiunt. & Apuleius a nubo. is. nuptu: nupturio. sine ulla unquã magia iam olim nupturiisse. Inter scaturio. is. quod uidetur huius formæ uerbũ esse: & scateo. es. a quo deriuari uidet̃: quod nulla talis differẽtia repitur: idẽ namq; est scaturio scateo. declinãtur aũt huiusmodi formæ uerba oĩa per quartã uerborũ cõiugationẽ. Quæ dicuntur desideratiua? Tertia uerborũ forma est eorũ quæ dicũtur desideratiua: Laurẽtius tamẽ non affectũ mentis desideriumq; hæc uerba significare dicit: sed actum corporis. Nã quod Priscianus affert illud Vergilii ĩ. viii. Nã memini hesionæ uisentẽ regna sororis Laomedõtiadem priamum: exponitq; uisentẽ pro cupientẽ uidere: oĩno ratione caret. Nã si uisere est cupere uidere: semper priamus sororẽ hesionã uisebat: postea quã ablata fuit: nec minus cũ erat in troia: quã cum ut illã uideret profectus est salaminã. Ergo uisere nõ cupere uidere: sed ire ad uidendũ significat. Quod si uiso cupio uidere significaret: nũquã Cicero ad atticũ scripsisset: cupio alexãdriã reliquãq; ægyptũ uisere: sed uiso alexãdriã reliquãq; ægyptũ. Vsurpant̃ tñ hæc uerba pro ipsorũ primitiuis ut lacesso p eo ad lacerãdũ uel lacero. facesso eo ad faciẽdũ ul' facio. Verg. iiii. æñ. Ocyus oẽs ĩperio læti parẽt: ac iussa facessũt. Repit̃ tñ pro eo quod ẽ recedere ul' ire ad recedẽdũ.

Quæ dicuntur uerba meditatiua? quæ laurentius appellat desideratiua: fiuntq; ab ultimo supino addita rio. hæc fere. ab edo is. esu esurio. a cœno as. cœnatu cœnaturio. a pario is. partu parturio. a meio is. mictu micturio. a caco as. cacatu cacaturio. ab emo is. emptu empturio.

Quæ dicuntur desideratiua? quæ laurentius non mentis affectum: sed actum corporis significare dicit. Sunt uero q̃ rarissima. ut uiso is. lacesso is. facesso is. capesso is.

Cicero Primo de legibus. paulisper facessant rogemus. Reperitur etiam facesso pro
prohibeo. Cicero in uerrem. ne innocēti periculum facesseris. Idem quoq; in eundē:
cum audiuissent ei negotium facessitum. Capesso. is. pro capio: uel eo ad capiendum.
Vergilius primo æñ. Mihi iussa capessere fas ē. Cicero primo thuscu. is animus supe-
riora capessat necesse est. Accerso. is. uel arcesso litteris inuersis pro eo aduocādum:
Terētius in andria. Obstetricem accerso. sed cum omnia huius formæ uerba sint ter-
tiæ coniugationis: & in so desinant: hoc reperitur etiam in. io. terminatum: declina-
tumq; per quartam cōiugationem. ut Cicero de claris oratoribus. accersiuisti ex urbe
ea quæ domus est semper habita doctrinæ. Et actuū. Cap. x. mitte in ioppen. & arcessi
simonem quendam Ex quibus exemplis colligimus uerum aut uero proximum esse
quod Valla suspicat̄: prædictarum formarum uerba ab antiquissimis aliter fuisse ap-
pellata: q̄ a grāmaticis iunioribus nunc dicuntur: & illorum nomina sic fuisse inuer-
sa: ut pro meditatiuis dixerint inchoatiua. pro desideratiuis meditatiua. pro actū cor-
poris significantibus: desideratiua. Sed quæ nos ex eo quod significāt nouo nomine
diximus augmentatiua: Laurentius opinatur ab antiquioribus fuisse meditatiua ap-
pellata: ex illa reconditiore significatione qua meditor significat exerceri. ut apud Iu
uenalem. Statua meditatur prælia lusca. & alibi. Marmorea meditatus prælia uilla. ut
sit calesco quasi exerceor calore. frigesco exerceor frigore. & similia eodē modo.

Quae dicuntur frequentatiua? quae assiduam
in agendo uim habere significant. fiuntq; ab
ultimo supino. u. mutata in. o. ut a curro cur
ris cursu. curso cursas. a duco ducis. ductu.
ducto ductas. Animaduertendum tamen est
in uerbis primæ cōiugationis: supina a qui-
bus formantur frequentatiua mutare a pe-
nultimam supini in. i. breuem. ut ab impero
īperas īperatu. imperito īperitas. Dicimus
tamen ab ago agis. actito actitas. & agito agi
tas. a dico dicis. dicto dictas. & dictito. as.

Quæ dicuntur frequentatiua? Frequentatiua uerborum forma: quā Diomedes ite
ratiuam appellat: est quæ assiduam uel potius frequentem in agendo uim habet: unde
& appellationem habet quoni-
am frequenter agendo iterat af
fectum. formantur autem ab ul
timo supino. u. finali mutata in
o. declinanturq; per primam cō
iugationem. ut a curro curris.
cursu. curso cursas. a quo est oc
curso occursas. i. frequenter oc
curro. Vergilius in bucolicis.
Occursare capro cornu ferit il-
le caueto. Aduco ducis. ducto
ductas idest frequenter duco.
Salustius in catilinario. L. sylla
exercitum quē in asia ductaue-
rat. a mergo mergis mersu. mer
so mersas idest frequenter mer-
gere. Vergilius primo georgi-
corum. fluuio mersare salubri.
Est & frequentatiuum a frequē
tatiuo cursito cursitas. Horati-
us secundo sermonū. Veluti succinctus cursitat hospes. In uerbis tamen primæ cō-
iugationis mittentibus supinum in. atum. fiunt frequentatiua a penultima in. i. bre-
uem mutata. ut ab Impero imperas imperatu. imperito īperitas. Horatius primo ser-
monum. Olim qui summis legionibus imperitarunt. a uolo uolas uolatu. uolito uoli-
tas. Rogo rogas rogatu. rogito rogitas. Ab ago agis actu non dicimus acto actas: sed
actito actitas. Martialis. Cogit me titus actitare causas. dicimus etiam ab ago agis in
alia significatione agito agitas. Vergilius secundo georgicorum. Ipse dies agitat fe-
stos fususq; per herbam. A dico dicis dictu. dicto dictas. quod est alio scribente dice-
re. Iuuenalis. Celso dictare paratæ dictito dictitas. quod uidetur esse frequentatiuum
a frequentatiuo est frequenter dicere. Horatius secundo epistolarū. Dictitet albano
musas in mōte locutas. A quæro quæris debuit esse quæsito quæsitas penultima lon
ga: sed dicimus quærito quæritas eadē breui. A scribo scribis scriptu. scriptito scri-
ptitas. A Scio scis sciui scitu. scitor scitaris. & scicitor scicitaris. A nosco noscis notu
noto notas. & noscito noscitas. A cogo cogis coactum: non coacto coactas. sed cogito
togitas dicimus. & a sequor. eris. secutu non secutor. aris. sed sector. aris. formatur.

Quæ dicuntur diminutiua? Est quinta uerborũ foma eorum quæ dicũtur diminutiua: eo quod significant diminutionem a suo principali unde deriuantur. ut a Sorbeo sorbes. sorbillo. as. quasi minutim sorbere. a garrio. is. garrulo. as. a caluo. is. cauillo. as. & cauillor. aris. Sunt præterea quædam diminutiuorũ formam habentia sine origine formæ perfectæ. ut pitisso. as. pro minutim bibere. uacillo uacillas. pro eo quod est alterno motu fluctuare. Terentius in heauton. pitissando modo mihi qd uini absumplit. Cicero de claris oratoribus. cum ex eo toto corpore uacillante q̃ fuit: quis loqueretur e lynthre huius ordinis uidentur mihi eẽ uerba illa quæ paulo ante frequentatiua esse diximus. ut dormito dormitas. scriptito scriptitas. quod ẽ nõ profunde dormire: aut plene scribere: sed per interualla id facere significant. ut sit dormitare minus q̃ dormire scriptitare minus q̃ scribere. ut illud dormitauerunt omnes & dormierunt. Quæ dicuntur denominatiua? Sexta uerborum forma est eorum quæ dicũtur denomiatiua: eo quod a nominibus deriuantur: ut a patre patrisso patrissas. a græco græcisso græcissas. & græcor. aris. abatico atticisso atticissas. q̃ uerba imitationem quandam significant. dicimus quoq; a Pabulo pabulor pabularis. a frumento frumẽtor frumentaris. a ligno lignor lignaris. ab aqua aquor aquaris. pro eo quod est ire quæsitum pabulum. frumentum. ligna. aquam. Liuius. xxv. ab urbe condita lignatum pabulatumq; progressos exciperet. & Gellius libro. xvi. noctium atticarum. ea figura est captantur: qua lignantur. pabulantur. & aquantur. Liuius. xxii. tertiam partem militum frumentatũ dimisit. Dicimus quoq; a rure rusticor rusticaris. Cicero secundo de oratore. Lælium semper fere cum Scipione solitum rusticari. pro quo antiquiores ruro ruras. & ruror ruraris. a philosophia philosophor philosopharis. a poeta poetor poetaris. quæ posteriora significant dare operam philosophiæ. poetriæ.

Que dicuntur diminutiua? quæ a suo principali diminutionẽ significãt: ut a garrio. is. garrulo as. a sorbeo es. sorbillo as. a caluo is. cauillor aris.

Quæ dicũtur denominatiua? q̃ a nomine deriuãt: ut a patre patrisso as. a græco græcisso as. & gręcor aris. a frumẽto frumẽtor aris. a pabulo pabulor. aris. a rure rusticor aris.

Quæ dicuntur aduerbialia? quæ ab aduerbio deriuantur: ut a perendie perendino as. a supra supero. as. ab intra intro intras.

Amo igitur cuius speciei ẽ? Primitiuę speciei Nõ enim habet quod ego sciam unde possit deriuari.

Figurae uerborum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex ut amo amas. Composita ut deamo deamas.

Amo igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ. non enim potest diuidi in partes significatiuas eius quod integrum ante compositionem significabat.

Quæ dicuntur aduerbialia? Septima uerborum deriuatorum forma est eorum quæ dicuntur aduerbialia eo quod ab aduerbiis deriuantur. ut a perendie perendino perendinas. quod est in diem tertiam differre. a cras crastino crastinas. ab intra intro intras. Amo igitur cuius speciei est? primitiuæ: inquit: neq; enim habet unde deriuetur. sed temperamentum adiecit: quod ego sciam. fieri enim Potest ut originem habeat unde dicatur. Sed neq; format ex se inchoatiuum ut isti dicunt amasco. is. neq; desideratiuum amasso. is. nec meditatiuũ amaturio. is. neq; frequentatiuũ. amito. as.

Figurae uerborum quot sunt? Duæ inquit quemadmodũ in nomine. Simplex amo amas. clamo clamas. Composita. ut deamo deamas. declamo declamas. Componũtur autẽ uerba q̃ttuor modis sicut & nomen ex duobus integris. ut ex amo. as. & de deamo. as. ex ĩtegro & corrupto. ut diligo. is. ex di & lego. is. aut excorrupto & ĩtegro ut

alligo.as.ex ad & ligo.as.aut ex duobus corruptis ut officio officis. ex ob & facio facis. Componuntur enim uerba frequenter cum præpositionibus: sed & nonnũquã cum nominibus. ut tepefacio a tepidus & facio. uersificor. a uersus & facio. belligero a bellum & gero. Componuntur etiam ex præpositiõe nomine & uerbo. ut perterrefacio. is. a per. & terrorem & facio. ex duabus præpositionibus & uerbo. ut recompenso. as. recondo. is. Sed quemadmodũ in compositione corrumpantur: in fine libri superioris dictum est. Coniugationes uerborum quot sunt? Antiquiores grãmatici fere omnes tantum ponebant coniugationes tres: sed tertiam rursus diuiserunt in breuem siue correptam & in longam siue productam. Nos aũt iuniores secuti grammaticos: quia nihil referebat: quattuor coniugationes posuimus. Cõiugatio est consequens uerborum declinatio: dicta quod una eademq; ratione declinationis plurima coniugantur uerba: ut ad similitudinem amo. as. omnia uerba primæ cõiugationis. hæc a græcis syzigia dicitur. Prima quæ secundam personam. iam puer nõ respondet ex eo quod libro primo didicit. Prima cõiugatio est quæ habet. a. productam ante re in infinitiuo: quod ex ipsa pronunciatione atq; accentu poterat intelligere: sed ex eo quod iam libro quinto audiuit: secundam personam præsenti indicatiui modi primæ cõiugatiõis in numero singulari in. as. longã terminari. Secũdæ uero in. es. æque longam. Tertiæ in. is. breuem. Quartæ in. is. longam. Quæ ratio & si eadem est cũ superiori: hic respõdit quasi ꝓuectus ex Diomedis. Donati. phocæ. Prisciani. omniumq; ãtiquorum uerbis: qui ex secunda persona indicatiui colligunt diuersitatem coniugationum. illic uero quasi rudis didicit rem ex eo quod erat intellectu facillimũ.

De participio.

a Mans quæ pars orationis deinde respõdet participium esse partem orationis declinabilem ad differentiam indeclinabilium: quæ pro uerbo acccipitur ex quo deriuatur: nã uerborum significationes habet. atq; pro uerbo ponitur: sed ab eo differt: quoniam genus & casus habet ad similitudinem nominis. a quo rursus differt quia accidentia uerbi habet modos & personas: quibus participium caret. Vnde dicitur participium. Ab eo respondet: quod duarum partium quæ sunt principes in oratione hoc est nominis & uerbi partem capiat: & participet: ut sit participium: ut cum Seruio dicit Sergius quasi particapium: accipit enim ut diximus a nomine genera & casus. & uerbo tempora & significationes. ab utroq; numerum & figuram.

Coniugationes uerborum quot sunt? quattuor. Prima quæ secũdam personam singularẽ ꝑsentis indicatiui modi mittit in as ꝓductã in uoce actiua: uel in aris uel are ĩ uoce passiua: ut amo as. letor aris. uel are. Secũda quæ eandẽ secũdã personã mittit in es ꝓductã in uoce actiua: & in eris uel ere in uoce passiua ut doceo es. medeor eris ul' medere. Tertia q̃ eandẽ secundã personã mittit in is correptã in uoce actiua: & ĩ eris uel ere penultima correpta ĩ uoce passiua: ut lego gis. loquor. eris uel ere. Quarta quæ eandẽ secũdã personam mittit ĩ is ꝓductã in uoce actiua & ĩ iris uel ire penultima producta ĩ uoce passiua: ut audio is. ordior iris. uel ire.

De erotymatis participioꝝ. Cap. viii.

A Mans quæ pars orationis est? participiũ. Quid est participiũ? pars orationis declinabilis quæ ꝓ uerbo accipit' ex quo deriuatur: genus & casus habens ad similitudinẽ nominis: & accidentia uerbi sine discretione modoꝝ & personaꝝ. Vnde dicitur participiũ? quasi particapiũ: quia partẽ accipit a nomine: partem a uerbo: partem ab utroq;.

Participio quot accidunt? Sex inquit: duo quæ diximus accepisse a nomie. idest genus & casus. duo quoq; quæ a uerbo. hoc est tempus. & significatio. Duo præterea quæ ab utroq;. hoc ē figura & numerus. Genera participiorum quot sunt.? Quattuor esse dicit genera participiorū. Masculinū eorum quæ terminātur in. us. ut amaturus. amatus. amandus. fœmininum eorum quæ termnātur in. a. ut amatura. amata. amanda. Neutrum eorum quæ terminātur in um. ut amaturū. amatū. amādū. Cōmune triū eorū quæ terminantur in. ns. ut hic & hæc & hoc amans. hic & hæc & hoc docens. Reperiuntur tamē participia in. ns. terminata in genere masculino quasi substantiue posita ex eo quod in illis subintelligitur nomen substātiuū generis masculini. ut hic oriens. hic occidens. ubi intelligit' sol. Verg. v. æñ. Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis. Aliquādo tamen ipsum substantiuū exprimitur: dicimusq; ob oriente sole ad occidentē solem. rudens quia intelligitur funis. torrens quia fluuius generis quoq; sunt masculini. Profluens & confluens quia subintelligitur aqua generis sunt fœminini. Liuius primo ab urbe condita: pueros in profluētē aquā mitti. Cæsar in cōmentariis. Cū ad confluentem mosæ & rheni cōuenissēt: & Iustinus in trogi epitome. pars quædā in cōfluente danubii & sabii consedit. Est autem profluens in ea parte fluminis qua est uiolentior aquæ uena. confluens uero: qua dua flumīa iungūtur quam ptolæmei interpres scissionē fluminis appellat. Cōtinens quoq; pro terra quæ nō est insula etiā generis fœminini: quia subintelligit' terra. Plinius li. vi. alimnum a proxima cōtinente abest septē mille centū quinquaginta passus. Cōsonans quoq; pro littera quæ nō est uocalis hoc genere profertur. Animās tum genere masculino reperit'. ut Horatius. ii. sermo. Sed hic stilus haud petet ultra quēquā animantē: tum fœminino. ut Cicero in primo de legibus. Nā cū cæteras animātes abiecisset ad pastū. Reperitur quoq; genere neutro: sed in plurali tantū animātia. Serpens fœminino reperitur. Iuuenalis. Et mouisse caput uisa est argētea serpens. Vergilius. ii. æñ. masculinū protulit dicens: serpens cōplexus uterq;. Prægnans quoq; quod participii formā habet sine origine uerbi rōne significatiōis tātū generis est fœminini. In neutro genere participia reperiuntur quasi substātiua. ut antecedēs. cōsequens. decens. cōueniēs.

Tempora participiorū quot sunt? tria inquit. Sed animaduertēdū est: quod non ex omni uerbo oīa tēpora nascūtur: quēadmodū statim de significatiōibus pticipiorū

Participio quot accidūt? Sex. genus. tēpus. significatio. figura. numerus. casus cum declinatione.

Genera participiorū quot sūt? quattuor. masculinū ut amatꝰ. fœmininū ut amata. neutrū ut amatū. cōe triū. ut hic & hæc hoc amans.

Amans igit' cuius generis est? cōmunis triū.

Tempora participiorū quot sūt? tria. præsens ut amās. præteritū ut amatꝰ. futurū ut amaturus. amandus.

Amans igit' cuius tēporis est? præsentis tpis.

Significationes participiorū quot sunt? Duæ actiua ut amans. passiua ut amatus.

Quæ participia significant actionē? A uerbis actiuis & neutris actionem significātibus: actionem significant participia præsentis & futuri in. rus. ut amans amaturus. seruiens seruiturus. A uerbis passiuis uł neutris passiuis uel neutris passionē significātibus participia omnia significant passionē. ut amatꝰ amādus. vapulans vapulaturus. A uerbis deponentibus participia præsentis & præteriti & futuri in. rus. significāt actionē: futuri uero in dus passionē. ut loquens locutus locuturus. loquēdus. A uerbis cōmunibus participia præsentis tēporis & futuri in rus. significant actionē. præteriti actionē & passionem: futuri in dus. tantū passionē. ut criminans. criminaturus. criminatꝰ. crimināꝺꝰ.

dicemus? Illud quoq est considerandũ: quod licet latini nõ habeant participia præ-
teriti imperfecti temporis & plusquã perfecti: inueniuntur tamẽ pro illis participia
præteriti posita. ut apud Vergilium primo æñ. & qua uectus abas: & qua grandæuus
alethes: quod Seruius pro uehebatur exponit. Significationes participiorum
quot sunt? Duæ inquit. actiua & passiua. Sed quæ participia significent actionẽ: quæ
passionem: subiungit dicẽs: quod a uerbis actiuis & neutris nõ quidem omnibus sed
quæ significant actionem: participia p̃ntis & futuri in. rus. significant actionem. ut
amans qui amat. amaturus qui amabit. seruiens qui seruit. seruiturus qui seruiet. A
uerbis passiuis uel passionem significantibus qualia sunt. exulo. uapulo. caleo. ardeo.
participia omnia significant passionem. ut amatus quem amauit quispiam. amandus
qui amabitur. uapulans qui uerberatur. uapulaturus qui uerberabitur. exulans qui
mittitur in exilium. exulaturus qui mittetur. Quintilianus in primo. adde quod ua-
pulãtibus multa dictu deformia. Cicero. iii. thuscu. q. Thelamonẽ pulsum patria exu-
lantem atq egẽtem. Iustinus in epitome trogi. Ille quasi in perpetuum cum uiris exu-
laturæ. A uerbis deponẽtibus quattuor ueniunt participia: sed præsens præteriti &
futuri in. rus. actionem significant. futuri uero in. dus. passionem. quod quia alexan-
drini non recipiebant auctoritate probandum est: á loquor loquendus. Horatius. iiii.
car. prælia coniugibus loquenda. á sequor sequẽdus. Ouidius in epistola phyllidis. nõ
tibi sic dices phylli sequẽdus eram. ab inficior inficiandus. Idem in epistola deianiræ
Decolor & factis inficianda tuis. a patior patiendus. Idem in. iii. de arte. multaq tyro
ni non patienda feret. ab imitor imitandus. Idem in epistola phedræ. Arcus & arma
tuæ tibi sunt imitanda dianæ. a fateor fatendus. Ouidius in primo de tristibus. Sunt
tamen euentu dura fatenda meo. & ab illius composito profiteor profitendus. Idẽ in
primo de arte. nec species ueneris semper profitenda roganti. A tueor tuendus. Idem
in tertio de arte. huic equites illi signa tuenda dedit. A modulor modulandus. Hora-
tius. ii. epistola. fidibus modulanda latinis: & fere ab omnibus uerbis deponentibus
quæ cum accusatiuo construuntur passim reperies huiusmodi participia. Sunt etiã
ex deponẽtibus quæ cum aliis casibus construuntur ut ab utor utendus. Gellius libro
vii. qui iumentũ aliorsum duxerat: quam quo utendum acceperat. & in digestis titu-
lo de acquirenda possessione. l. si quis rem utendam dederat: sed hoc uerbum etiam cũ
accusatiuo construi potest. ut apud Ciceronem. ii. de oratore. si ærarii corpus utimur
ad belli adiumenta & ornamẽta pacis. & Gellius libro. xviii. quas uoces nos possemus
uti. Quid quod & actiuum reperitur. ut apud Næuium. quia supellex multa quæ non
utitur: emitur. Eodem modo a uescor legimus uescẽdus: quia Plinius. li. viii. dixit Ca
prinũ iecur si uescatur: ab eo quod est uesco. is. Et a fungor fungendus: quia Teren-
tius in adelphis dixit: Aeschinus tuus neq boni neq liberalis functus est officium ui
ri. & quod Plautus in trinũmo etiam actiue protulit dicens. ut munus fungas tuum.
Quod si dixerit quispiam hæc uerba olim fuisse cõmunia: atq inde prouenisse hæc
participia futuri in. dus. ego non inficior: sed illud dico quod aut nullum est uerbum
deponens: aut si quod est quod deponens dicatur: si cum accusatiuo construitur: posse
habere participium futuri in. dus. quod passionẽ significet. Participium quoq præ
teriti aliquãdo significat passionem illa ratione quod olim cõmunia fuerunt. ut a co-
mitor. aris. comitatus. Vergilius primo æñ. ipse uno gradit comitatus acathe. ab imi-
tor imitatus. Ouidius. ix. meta. nec abest imitata uoluptas. A uerbis communibus
quattuor ueniunt participia præsentis & futuri in. rus. quæ significant actionem. &
præteriti quod significat actionem & passionem: & futuri in. dus. quod passionem. ut
criminans qui accusat. criminaturus qui accusabit. criminatus qui accusauit & qui
accusatus est. criminãdus qui accusabitur. Reperitur quoq nonnũquã a uerbis neu-
tris participium in. dus. ut a careo carendus. Ouidius in epistola penelopes. Virq
mihi dempto fine carendus abest. & ab impersonalibus. ut a pudet pudendus. ut Oui
dius in epistola deianiræ huic uictor uicto nempe pudendus eras. a piget pigendus.
Cicero de claris oratoribus. ad misericordiam inducitur: ad pudendũ. ad pigendum.
a facio. is. faciendus non fiendus dicitur. Est ne hoc semper uerum? Propemo-
dum. i. quasi & fere uerum est: facit tamen exceptionem dicens quod a uerbis actiuis
& neutris participia præteriti aliquando significant actionem. ut ab arguo. is. quod
est actiuum: argutus. a. um. idest acute arguens & inuestigans. inde argutiæ dictæ sũt

ingenii acutelæ.& argutor.aris.argute loqui. Adultus.a.um.qui adoleuit.ab adoleſco.is.quod eſt neutrum. Auſus.a.um.qui audet:ab audeo audes.quod etiã paſſiue acceptum reperitur.Martialis.hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis.& ab eo compoſitum inauſus.a.um.Idem.nil intentatũ ſelius nil linquit inauſum. Aſſuetus.a. um. ab aſſueſco.is. i.qui aſſueuit:& quod aſſuetũ eſt paſſiue.& eodem modo conſuetus qui cõſueuit:& quod eſt cõſuetum. inſuetus: qui inſueuit: & quod eſt inſuetũ. Cautus cauta cautum.i. qui cauet: & quod cautum eſt. Conſideratus qui cõſiderat:& quod eſt conſideratum. Circumſpectus qui circumſpicit: & quod circũſpectũ eſt. Contentus qui continet ſe & quod cõtinetur. Caſſus qui caret tantum.nam a uerbis neutris huiuſmodi pticipia actionem tantum ſignificant:quẽadmodum ab actiuis actionẽ & paſſionem. Cœnatus qui cœnauit. Diſertus qui diſſerit: quod a ſuo ſimplici alterum.s. expunxit:unde & prima breuis reperitur. Defectus qui deficit.Martialis.dulcia defecta modulatur carmina lingua. Quintilianus . Defecta labore ſenectus. Diſceſſus qui diſceſſit. quemadmodum occaſus qui occidit.& obitus qui obiit. Cæcilius.Cuſtodibus diſceſſis multi interficerentur. Lucillius.quæ horis ſublata duabus omnia ſũt ſole occaſo ductoq;. Liuius andronicus cupidius miſerulo obito:ſic Claudius quadrigarius ab intereo interitus fecit. acriter iquit cõmiſſa pugna multis interitis.a ſeneſco.is. Saluſtius fecit ſenectus.a.um. Oĩbus inquit quibus ſenecto corpe animus militaris erat. Decretus a.um.qui decreuit a decreſco.is Liuius andronicus. nocte dieq; decretũ & auctũ.Excretus quoq; qui excreuit: & exoletus qui exoleuit & adultus eſt:aut quẽadmodũ Feſtus ait qui adoleſcere deſiit.Vergil.iii.geor.multi iam excretos prohibet a matribus hedos.& Martialis.ſtat exoletus ſuggeritq; ructãti.

Euaſus qui euaſit.Liuius.xxii.ab urbe.exercitum inquit cæſum ſeq; euaſum eſſe.

Falſus qui fallit:& quod falſum hoc eſt deceptũ eſt.Verg.pri.geor.ſolẽ quis dicere falſum audeat? i.fallentẽ. Fluxus quod fluit:unde & ueſtes fluxas & ætatẽ fluxam ſenectutẽ dicimus. Iuratus qui iurauit & iniuratus qui nõ iurauit.Gellius.li.vii.atq;

Eſt ne hoc ſemper uerum? Propemodũ id quidẽ:niſi quod a uerbis actiuis & neutris pticipia pteriti ſignificant nonnũquã actionẽ.ut Argutus.a.um.ab arguo.is. Adultus.a.um. ab adoleſco. is. Auſus.a.um. ab audeo.es. Aſſuetus.a.um.ab aſſueſco aſſueſcis. Conſultus.a.um.ã cõſueſco.is. Cautus.a.ũ. á caueo caues.Cõſideratus.a.um.a cõſidero. Circũſpectus. a circũſpicio. Cõtẽtus.a.um. a cõtineo.Caſſus caſſa caſſum.a careo cares. Cœnatus cœnata cenatum. a cœno cœnas. Diſertus.a. um.á diſſero.is. Defectus.a.ũ.ã deficio.is. Diſceſſus.a.ũ.ã diſcedo diſcedis. Decretus decreta decretum. a decreſco.is. Excretus.a.um.ab excreſco.is.Exoletus.a.ũ. ab exoleſco.is. Euaſus.a.ũ.ab euado euadis. Falſus.a.ũ.a fallo.is.Fluxus.a.um.a fluo.is. Iuratus iurata iuratũ.ã iuro iuras. Ignotus ignota ignotum.ab ignoſco ignoſcis. Profuſus.a.um.á profũdo.as. Paſſus.a.um. á pateo.es. Placitus.e.um.ã placeo places. Pranſus.a.um.á prandeo.es. Potus.a. um.ã poto potas.Scitus.a.ũ.a ſcio.is.Sparſ9.a.ũ. a ſpargo.is. Tacit9 tacita.um.a taceo taces. Titubabus.a.um.a titubo titubas.

Reperiũtur quoq; participia præſẽtis temporis a uerbis actiuis ſignificantia paſſionem. ut uoluens.uolutans. quaſſans. præcipitãs. pro eo quod uoluitur.uolutatur. quaſſatur. præcipitatur.Et quod dicitur euidens negotium ideſt quod uidetur. & perſpicuum eſt.

Amans igitur cuius ſignificationis eſt? Actiuę ſignificationis.

Iureiurando satisfacto iniurati abiissent. Ignotus qui ignouit: hoc est ignorauit. Quintilianus: ne quis tamen erret ignotus: nõ est filii mei nouerca. Profusus qui profundit. Salustius. alieni appetens sui profusus. Passus pro patens siue quod patet. Vergilius primo æñ. crinibus iliades passis peplumq; ferebant. Placitus qui placet. Idem. ii. geor. placitam paci nutritor oliuam. i. placentem. Pransus qui prandit. Horatius in poetria. nec pransæ lamiæ uiuum puerum extrahat aluo. Potus qui potauit. i. bibit. Terentius in ecyra. cum uirgine una cubuerit plus potus. Scitus. a. um. i. qui scit & sapit. Ouidius. ix. meta. nesus adit mẽbrisq; ualens scitusq; uadorũ.

Sparsus. a. um. i. qui spargit. Vergilius. iiii. geor. prius haustus sparsus aquarũ pro spargens. Tacitus. a. um. qui tacet. Vergilius. ii. æñ. tacite per amica silentiæ lunæ. hoc est tacentis. alias tacitus quod tacetur. Idem in. vi. quis te magne Cato tacitũ. aut te cosse relinquat? Titubatus. i. qui titubat. Idẽ in. v. æñ. uestigia presso haud tenuit titubata solo. pro titubantia. Exosus & perosus actionem semper significant: quem admodum & suum simplex osus: itaq; cum accusatiuo construuntur. Reperiuntur quoq;. Cum a uerbis actiuis participia præsentis temporis ex idiomate sermonis latini semper significent actionem: aliquãdo ad imitationem græcorũ reperiuntur significare passionẽ. ut uoluens pro eo quod uoluitur. Vergilius primo geor. tardaq; eleusinæ matris uoluẽtia plaustra. i. quæ uoluuntur. Idem primo æñ. olim uoluentibus annis. Volutans. i. quod uolutatur. Idem. genibusq; uolutans hærebat. pro uolutatus.

Quassans pro quassatus. Idem primo geor. siliqua quassante legumẽ. & Apuleius. ii. meta. tunc illa capite quassanti abi inquit fatue. Idẽ in. iii. quassanti capite ac demussata contumelia. Præcipitans quoq; pro præcipitatus. Vergilius. vi. æñ. præcipitans traxi mecum. i. præcipitatus. quod Diomedes frustra dicit esse figuratum: ut subintelligatur me. Nam si in carmine id poterat ex licentia poetica fieri: ut accusatiuus ille in persona patiendi subiiceretur: quomodo poterit excusari Cicero: qui in tertio de oratore dixit: in amne præcipitante nõ possumus pro præcipiti siue præcipitato. Sed potius dicendum est præcipito uerbum esse neutrum passiuum: quale est exulo. ut in sequenti libro dicet: cũ de uerbis neutris quartæ speciei agemus.

Figuræ participiorũ quot sunt? Duæ inquit auctoritate Donati. simplex & composita: etsi Priscianus contẽdat nullum esse participium compositæ figuræ: quia participium per se non componitur sed compositionẽ uerbi sequit.

Numeri participiorum quot sunt? Numeri participiorum duo sunt quemadmodum in nomie pronomine & uerbo.

Casus uero septem: quemadmodum in nomine & pronomine. Declinationes uero ad nomen referũtur ut sint tres: quia nullum est participiũ quartæ & quintæ declinationis nominũ.

Composita uero ab iens quemadmodũ & ipsum mittunt genitiuum in euntis. ut rediens redeuntis. præteriens prætereuntis. iniens ineuntis. Sunt uero quædam nomina participiis similia. ut tunicatus. galeatus. togatus. quædã rursus sine uerbi origine. ut innocẽs. idoctus.

Figuræ participiorũ quot sũt? Duæ. Simplex ut amans. Composita ut adamans. Quãquã sunt qui dicãt quia participiũ per se nõ componit: nõ esse cõpositæ se decõpositæ figuræ.

Amãs igit cuius figuræ ẽ? Simplicis figuræ.

Numeri participiorũ quot sunt? duo sicut in noie. Singularis ut amãs. Pluralis ut amãtes

Amãs igit cui⁹ numeri ẽ? Singularis numeri.

Casus participiorum quot sunt? Septem sicut in nomine.

Amãs igitur cuius casus est? Noiatiui casus.

Declinationes participiorũ quot sunt? Tres Nam participia pteriti & futuri tã in. rus. q̃ in. dus. declinãtur per primã & secundam nominis declinationẽ. præsẽtis uero per tertiam. nisi quod iens participiũ ab eo. is. mittit genitiuum in euntis cum cõpositis.

Amans igitur quotæ declinationis est? Tertiæ nominis.

Ad quæ pars orationis est? Postea quam de partibus orationis declinabilibus disseruit: accedit ad indeclinabiles: inter quas á præpositione incipit. Nam quemadmodum in partibus declinabilibus a nomine orsi sumus: ita in indeclinabilibus a præposipione propter eam affinitatem quam habet cum nomine: cui apposita ius sibi dictionis defendit. Deinde ponit diffinitionem præpositionis dicens: quod est pars orationis. i. una ex octo partibus orationis. indeclinabilis ad differétiam partiū declinabiliū: quæ aliis partibus orationis præponitur. aut per compositioné. ut perduellis idoctus aut per appositionem: ut per uicos in urbem. Vnde dicitur præpositio? Suum atq; proprium est præpositionis præponi: atq; inde sibi nomen usurpauit. nam contra naturam suam præpostere ponitur: unde & accentum mutat: quemadmodum libro. v. dicturi sumus. ut in his dictionibus tecum. pubetenus. Præpositioni quot accidunt? Tria inquit. figura. ordo casus. Figuræ præpositionum duæ sunt sicut in nomine. Simplex ut ab. abs. circū. Cōposita ut absq; ex abs & q; cōiunctiōe circumcirca ex circū & circa p̄positionibus. Considerandū tamē esse præpositiones quæ nūquam reperiuntur nisi in cōpositione: & sūt sex. con. re. se. an. di. dis. ut conduco. reduco. seduco. anquiro. diuido. distraho. Sunt quoq; quæ nūquam in cōpositione reperiuntur. ut apud. iuxta. pone. penes. Sunt quæ & componi & apponi possunt: ut ad. ante. per. in. Componūtur autem præpositiōes cum nominibus. ut perbonus. iniustus. deformis. cum pronominibus. ut mecum. tecum. secum. nobiscū. uobiscū. Cum uerbis. ut adamo deamo. dedoceo. Cum participiis. ut indoctus. perlectus. Cū aduerbiis. ut perpulchre. iniuste. Cū cōiunctionibus. ut absq; Cum aliis præpositionibus. ut circumcirca. Illud quoq; hoc loco est annotandū: quod Quintilianus libro primo scribit: quæri solere in scribēdo præpositiones sonum quem iunctæ efficiunt: an quem separatæ obseruare cōueniat. Nam cū dico obtineo secundā. b. litterā ratio poscit. aures magis audiunt. p. atq; hæc potissimū fuit ratio cur præpositiones in cōpositiōe corrumperētnr. Quotuplex est ordo? Accidit etiam præpositioni ordo: & si queādmodū diximus proprium illius sit semper debere præponi. Quæ ueniunt in cōpositionē: semper præponuntur illis dictionibus cum quibus componuntur. potest etiā præponi alteri præpositioni iā cōpositæ. ut perterritus iperterritus. extricabilis inextricabilis. Cū uero pronoībus

De erotymatis præpositionū. Cap. ix.

a D quæ pars orationis est? Præpositio.

Quid est præpositio? Pars oratiōis indeclinabilis quæ aliis partibus oratiōis præponitur aut per compositionem: aut per appositionem.

Vnde dicit̄ præpositio? Ab eo quod aliis partibus orationis præponitur. Nam cōtra naturam præpositionis est: quod postponatur. ut cum. tenus. uersus.

Præpositioni quot accidunt? Tria. figura. ordo. casus.

Figuræ præpositionū quot sūt? duæ. simplex ut abs circū. Cōposita ut circūcirca. absq;.

Ad igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ. quia non pōt diuidi in ptes significatiuas.

Quotuplex est ordo præpositionū? Triplex. præpositiuus. postpositiuus. cōmunis.

Quis est ordo præpositiuus? qui præpositionē in cōstructione semper debere præponi ostēdit. ut ad. ab.

Quis est ordo postpositiuus? qui præpositionem in constructione semper debere postponi ostendit. ut tenus. uersus.

Quis est ordo cōmunis? qui præpositionem in constructione modo præponi: modo postponi debere ostendit. ut cum. per. propter.

Ad igitur cuius ordinis est? Præpositiui. quia semper in constructione præponitur.

postposita non dicitur proprie cum illis componi: sicut nec tenus cum hac: quamquã uidetur in unam dictionem utraq; particula coalescere. ut hactenus aruorũ cultus & sydera coeli. Per appositionẽ accidit præpositioni ordo: quoniam sunt quæ semper præponũtur: ut ad. in. ut eo ad urbem. & perueni in urbem. Sunt quæ semper post ponuntur. ut tenus uersus. dicimus enim capulo tenus. & non tenus capulo. dicimus quoq; eo urbem uersus. & nõ uersus urbem. Sunt quæ præponi & postponi possunt ut cum quæ semper præponitur ablatiuo nominum. pronominũ. & participiorũ: præterquã ablatiuis trium pronominũ & huius nominis quis uel qui. quod ipsum plæriq; pronominibus annumerãt. dicimusq; mecum. tecum. secum. nobiscum. uobiscum. quo cum. qua cum. qui cum. quibus cum. & non ẽ contrario. sed hac præpositionis inuersione necessario utimur in prosa oratiõe: nedum in carmine. in reliquis huius ordinis præpositionibus hac præpostera ĩmutatione uti non possumus: nisi tantum in carmine. ut Vergilius primo æñ. Errabant acti fatis maria omnia circum. Idem in. v. Immissis uulcanus habenis transtra per & remos. Atq; iterum in. iiii. Te propter libycæ gentes numadumq; tyranni Odere. infensi tyrii te propter eundem. Cũ uero præpositiones ponuntur mediæ inter relatiuum & antecedens: aut adiectiuum & substãtiuum: illis uti possumus indifferenter in prosa & in uersu. ut quãobrem. quas obres. quem admodum: quem in modum. bonas ad artes. multis in locis. quamquã illa quem admodum & quamobrem coniunctiones possunt uideri: sicut quapropter. ea propter. idcirco. Casus præpositionũ quot sunt? Tres inquit. Nam cum alii duos tantũ posuerint casus præpositioni accidere: nos genitiuũ adiecimus: propterea quod hæc præpositio tenus reperitur genitiuo in numero tantũ plurali postposita. Vergil. iii. geor. & crurum tenus a mento pelearia pendẽt. Idem in. x. exterrent freta cui laterũ tenus hispida nanti. Quintilianus. qui hæc nõ uocibus sibi nota atq; nõibus aurium tenus ĩ usum lingua præcẽperit. Curtius. pauci hostiũ tenus exacti penetrauere ad portum. Apuleius primo floridorũ aquila cũ se nubium tenus altissime sublimauit. Ouidius tamẽ cũ ablatiuo plurali iũxit ĩ. xiiii. meta. atq; iterũ in. xv. dicens pectoribusq; tenus. Pridie quoq; genitiuo reperit̃ coniunctũ: ut pridie illius diei. Et in digestis titulo de testamentis. l. qua ætate. si testamentũ pridie calendarũ fecerit. Reperit̃ etiã pridie cũ accusatiuo iunctũ. ut Cicero ad atticũ. pridie cõpitalia. & in digestis titulo de diuortiis. l. fructus. Nam si mulier pridie uindemias doti dederit. Potest tamẽ pridie aduerbiũ esse ea rõne qua Seruius dicit esse aduerbiũ: nos tamẽ recte præpositionibus annumeramus: si quidẽ casibus apponũtur. Quemadmodũ ẽ cõtrario præpositiones aduerbia fiũt: si casualibus nõ sint appositæ. quodq; de pridie diximus: de postridie quoq; dicendũ est. postridie iduum & postridie idus. postridie calendarũ & postridie calẽdas. Liuius li. vi. postridie idus rebus diuinis supsederi iussũ. Præpositiões accusatiuo deseruiẽtes quot sunt? Cũ antiquiores grãmatici oẽs dicãt esse triginta: nos octo adiecimus: quas illi inter aduerbia numerãt: nos inter præpositiones posuimus: quoniã casibus iueniunt̃ appositæ. hæ sunt. propius. proxime. pridie. postridie. procul. uersus. uersum. & ab eo cõpositũ aduersum de qbus suo loco dicemus. Ad præpositio tã in cõpositione q̃ apposita repit̃ur. significatq; prope semp proximitatẽ ut adsum. prope sum. ad urbẽ eo. i. accedo. Nã Diomede atq; Donato testibus ad urbẽ uenire aut ire est ad urbẽ accedere: etiã si non ingrediaris in urbẽ. uenire est intrare. Ad uillã cõfero me recte dicit̃ queãdmodũ & in uillã cõfero me. sed no æque possu-

Casus præpositionum quot sunt? tres. Genitiuus. accusatiuus & ablatiuus.

Præpositiones genitiuo deseruiẽtes quot sũt? Tres. pridie. postridie. tenus.

Præpositiones accusatiuo deseruientes quot sunt? xxxviii. Ad. apud. ante. aduersus. aduersum. cis. citra. circiter. circum. circa. contra. erga. extra. inter. intra. infra. iuxta. ob. pone. per. prope. propius. proxime. pridie. postridie. procul. post. penes. præter. propter. supra. secundum. secus. trans. usque. ultra. uersus. uersum.

mus dicere in catonẽ confero me:quemadmodũ ad catonẽ confero me.nam cum dicimus contuli me:nõ licet per in:sed per ad.addere alterã personã. Apud nunquã nisi per appositionẽ reperiť.significatꝗ in loco siue persona auctore Festo.ut apud forũ idest in foro.apud Platonẽ.i.in platone.uel in loco ubi est plato.ad uero significat ad locũ:& ad personã.ut eo ad forũ.eo ad Antoniũ.Aliquando etiã reperiť ad pro apud. Vergilius.prima quod ad troiam pro charis gesserat argis. & Cicero ad.M.leccam.

Ante reperiť in cõpositione & in appositione:idemꝗ utrobiꝗ significat:ut Verg. iiii.æñ.quæ quibus ante feram.Idẽ in primo.quis ante ora patrũ troie sub mœnibus altis.Reperiť etiã sine casu pro aduerbio antea positũ.ut Vergil.in buco. Ante leues ergo pascẽtur in æthere cerui. Aduersus aduersum pro eo quod est contra:uel erga ut Terẽtius in andria.Idꝗ aduersum te gratũ fuisse habeo gratiã.Cõponuntur ex ad & uersus uel uersum:quoniã utrũꝗ reperiť:ut suo loco dicemus. Cõpositũ uero cum ex aduerbio cædit.ut idẽ in phormione.ei loco ex aduersum tonstrina erat quædam.

Præpositiones ablatiuo deseruiẽtes quot sũt? Quindecim.A.ab.abs.absqꝫ. cũ.corã. clam. de.e.ex.pro.præ.palam.sine.tenus.

Præpositiões accusatiuo uel ablatiuo deseruiẽtes quot sũt.quattuor.in.sub.super. subter.

Cis citra.Inter cis & citra nulla penitus differẽtia ẽ:nisi quod antiquiores ut auctor ẽ Gelius libro.xi.has tres pticulas citra. intra.ultra.quibus certi locorũ fines demonstrãtur: singularibus apud ueteres syllabis appellabantur cis.in uls.quæ quoniã paruo exiguoꝗ sonitu obscurius promebãtur:addita est his tribus eadẽ syllaba.& quod dicebať cis tiberim. & uls tiberim:dici cœptũ est.citra tiberim & ultra tiberim.hæc Gelius.Cõponiť hæc præpositio cis:dicimusꝗ gallia cisalpina:i.quæ citra alpes est.citra nunquã cõponiť: utraꝗ tñ sepata apponiť noibus fluminũ aut mõtiũ aut deniꝗ alicuius rei cuius sit traiectio paulo difficilior.ut cis rhenũ.citra rhenũ.cis taurũ montẽ.citra taurũ montẽ.Extẽditur eius significatio etiã ad tẽpus:ut citra calẽdas:cis natalẽ christianũ. Repitur etiã citra pro sine:apud iurecõsultos maxime.ut in digestis titulo de diuortiis.l.quoties. citra uolũtatẽ inquit filiæ stipulari.& in titulo de donatiõibus.l.in ædibus.citra corporis dationẽ. Circiter ad tẽpus tantũ pertinere Priscianus dicit: ut apud Horatiũ pri.episto.octauã circiter horã dũ redit.potest etiã auctore Valla ad numerũ locumꝗ ptinere:ut circiter mille equites.circiter decẽ mille hoies.affertꝗ cassii heminæ uerba dicẽtis.Lapidẽ quadratũ circiter in medio arcæ iunctũ candelis.ubi circiter aduerbium est locũꝗ significat. Circũ circa: pro eo quod est in circuitu loci.Sed circũ reperiť in cõpositione cũ noie.ut circũforanus.cũ uerbo.ut circũfero.cũ participio. ut circũcisus.cũ aduerbio ut circũscripte.Cõponiť etiã cũ circa teste Donato.dicimusꝗ ex circũ & circa circũ circa.Ipsum uero circa rursus cõponitur cũ quo:fitꝗ cũiunctio quocirca.Verg.pri.æñ.Quocirca capere ante dolis & cingere flãma. Cõponiť quoꝗ cũ id a finali mutata in.o.dicimusꝗ idcirco.ꝗ est cõiunctio æque causalis. Circũ reperiť positũ aduerbialiter.ut apud Verg.iiii.æñ.Anna uides toto pperari littore circũ. Cõtra & cõposita & apposita reperiť.Cõponiť enĩ cũ noie ut cõtrouersia.cũ uerbo ut cõtrouerto.cũ participio ut cõtrouersus.cũ aduerbio ut cõtrouersim. Verg.in est nõ.Sin cõtrouersim cõtentio subiiciet nõ.Per appositionẽ cõstruiť cũ actõ.Verg. viii.æñ.Cõtra neptunũ & uenerẽ cõtraꝗ mineruã.Repiť quoꝗ aduerbialiter positũ. Idẽ in.pri.Sic uenus & ueneris cõtra sic filius orsus.pro ẽ diuerso. Erga semp affectus proximitatẽ significat:ut Cicero in episto.Ego omni officio ac pietate potius erga te.Semel tñ repperi significare loci propinquitatẽ in digestis titulo de uerborũ significatione.l.Statuæ. Extra cõposita est ab ex & tra syllaba:ꝗ in aliarũ præpositionũ cõpositionẽ quoꝗ uenit.Repiť in cõpositiõe ut extraordinarius. & in appositiõe ut apud Terẽtiũ in phormione extra unã aniculam.& Iuuenalis extantẽ extra pocula capum.& pro aduerbio posita.ut apud Persiũ.Pinge duos angues. pueri locus ẽ sacer extra meite. Inter ĩtra:eodẽ modo fiũt ab in:quo ppter a pro.subter ã sub.extra ab ex.citra a cis.Inueniť inter in cõpositõe cũ noie ut internũcius.cũ uerbo ut interpono.cũ aduerbio ut interdiu:& significat tã in cõpositione ꝗ in appositiõe duo extrema:inter ꝗ fit uel est aliquid.Verg.xi.cõuersiꝗ oculos ĩter se atꝗ ora ferebãt.hoc est

quod alter alterum intuebatur: ut si dicas inter prodigum & auarum media est libera-
litas: dicis quod inter illa duo extrema certis interuallis distans media est liberalitas.

Intra uero significat fere idē quod in aliqua re. ut intra domū. i. in domo. intra ca-
lendas. i. in calendis. intra oppidū. i. in oppido. sic enī exponit. A. gelius. xi. li. ubi mul
ta de ui huius præpositionis intra disseruit. Sed fortasse adhuc arctius significat intra
q̄ in. ut Cicero pro sestio. Antiochum maiores nostri intra mōtē taurū regnare iusse-
runt. i. in locis qui finibus mōtis tauri claudūtur etsi nō omnibus: certe quibusdam.
ut ego sum intra domum. i. in aliqua parte quæ clauditur terminis domus. Infra ab
in præpositione quemadmodū inter & intra deriuatur. Sed intra ad numerū & spaciū
refertur: ut intra uiginti dies. nō infra uiginti dies. intra cubiculū. nō infra cubicu-
lum. Infra ad locū & dignitatē. ut infra tectū: & quod Terētius ī eunucho dixit: ego
te esse infra oēs infimos puto. Deniq̄ infra habet relatiuū supra. intra uero habet ex-
tra. Sed intra nō potest esse aduerbiū pro quo utimur intro & intus. Infra uero aduer
bium esse potest: ut ego sedeo infra. tu supra. Iuxta præpositio est: & idem significat
quod prope. Repitur etiā aduerbiū pro eo quod est similiter. ut Liuius ab urbe condi
ta li. vi. parere atq̄ imperare iuxta paratos. Salustius in catilina. eorū ego uitā mortēq̄
iuxta existimo. qm̄ de utraq̄ siletur. & alio loco. iuxta bonos & malos libidinose inter
ficere. Ob repit in cōpositiōe significatq̄ cōtra uel circa. ut obuius. obuio. obuiā.
obambulo. In appositiōe aliqn̄ significat ꝓpter causale. Verg. pri. æn̄. Cunctus ob ita
liam terrarū claudit orbis. aliqn̄ pro eo quod ē pro. Idē. iiii. geor. haud quaquā ob me-
ritū. Pone ab oibus grāmaticis inter præpositiōes accusatiui numerat: ego aūt non
memini me legere pone nisi pro aduerbio positū. Verg. ii. æn̄. Pars cætera pontū po-
ne legit. Idē in eodē. pone subit cōiunx. & geor. iiii. Superas ueniebat ad auras pone
sequēs. Lucanus in pri. Patriaq̄ a sede reuulsos pone sequi. i. retro. Per in cōpositi-
one pro ualde plærūq̄ accipit cum noībus positiuis illorūq̄ aduerbiis. ut per pulcher
perpulchre. perfacetus perfacete. perdoctus ꝑdocte. Nōnūquā significat in malū. ut ꝑ
iurus. ꝑfidus. pertinax. peruersus ꝑfuga. Sæpe accipit quasi per mediū. ut perlucidus
ꝑspicuus. ꝑfluo. is. ꝑpluo. is. Aliquādo significat ad finē deducere. ut ꝑficio. peruigilo
ꝑlego. In appositiōe aliqn̄ significat inter. ut Verg. in. pri. geor. Circū perq̄ duas in
morē fluminis arctos. significat etiam per locū & tēpus. ut per forū. per uiā. per no-
ctem. per diē. significat etiā per causā. ut ꝑ uirtutē fio laudabilis. Est aliqn̄ obtestātis.
ut Verg. in. iiii. æn̄. per ego has lachrymas dexterāq̄ tuā te oro. Prope. propius. pro
xime ꝑpositiōes semꝑ reperiūtur appositæ. Verg. in. vii. æn̄. Est ingens gelidū lucus
prope ceritis amnē. Cicero in philippicis. nec propius urbē milia passuū ducēta. Cæ-
sar in cōmēta. partē insulæ q̄ propius solis occasū. Nā cū datiuo potius aduerbiū esse
putādū est. ut Sillius li. pri. punicorū. propiusq̄ fuere periclo. & Verg. in. viii. propi-
usq̄ periclo it metus. Cicero ꝓ milone. proxime deos accessit clodius. Et in digestis ti
tulo de ser. præ. ur. l. Si propius ædes tuas. & in eodē. l. Seruitutes q̄ in cliuos propius
ianuā meā facere possim. Salustius in iugurtha. Ea loca q̄ proxime carthaginē numi-
dia appellat. & paulo post. ꝓxime hispaniā mauri sūt. & Cicero ad atticū. officiū meū
putaui exercitū hēre ꝓxime hostē. Et Cæsar in comētariis. proxime atteguā ut flumē
sit. & Gellius li. xiiii. quercū uidit proxime uiā. Repit quoq̄ prope in eadē significati
one aduerbiū. Terē. in andria. prope adest: cū alieno more uiuendū est mihi. repit &
cōpositū ex prope & modus propemodū pro quasi. Cicero de ꝑfecto oratore. de sylla
bis prope modū dinumerādis & dimetiendis. Pridie & postridie diximus posse con
strui cū genitiuo. Cōstruuntur etiā cū actō: ut paulo ante probauimus. Procul quo
q̄ tum præpositio reperit huius ordinis: ut apud plinium in fine libri noni historiæ
naturalis. paulisippū uilla est campaniæ haud procul neapolim. Curtius quoq̄ ꝓcul
urbem dixit. Tum aduerbium. ut Iuuenalis procul o procul este prophanæ: clamatur

Post in cōpositione reperitur. ut posthumus. postpono. postea. posthac: & in apposi-
tione. Verg. iii. geor. post montem oppositum. Reperitur quoq̄ pro aduerbio positū.
ut idem in primo. post mihi non simili pœna cōmissa luetis. Idem in bucolicis. prospe
xit tamen: & longo post tēpore uenit. ubi Seruius dicit post antiquiores etiam cū abla
tiuo iunxisse. Penes nō reperitur in cōpositione: in cōpositione significat dominiū
ac potestatem. nam inter apud & penes auctore festo illa est differentia. quod ut supra
memorauimus apud personā & locum significat. penes personam & dominium. ut si

dixerim penes me est liber: significat quod & habeo in potestate librum: & meus est: quod si dixero apud me est liber: est quod habeo illũ domi etiam si nõ sit meus. Præter in cõpositione reperit. ut præterlabor. præteruehor. præterfluo. significatq; semper prope. in appositione uero magis significat extra accipere: ut si dicas omnes sapiunt aut sapere uolunt: præter hispanos. Propter eodem modo cõponitur. ã pro iter posita. p. quo præter a præ. in cõpositione nusquã reperitur. in appositione tum causalis est: ut Vergilius. iiii. æñ. Te propter libycæ gentes numadumq; tyranni Odere. infensi tyrii te propter eundem. tum pro eo quod est prope accipit. ut Vergilius in bucolicis. propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua. quod Seruius exponit pro iuxta. & . iii. geor. propter aquam: tardus ingẽs ubi flexibus errat mincius. & . ix. æñ. athesim seu propter amœnum. Reperit quoq; præter propter præpositio ex duabus præpositionibns composita. ut Ennius apud. A. gellium. Imus huc. hinc. illuc. cum illuc uentum est: ire illinc libet. Incerte errat animus. præterpropter uitam uiuitur. quid uero præterpropter in eo loco significet: nec ipse Gelius ausus est exponere. præter pro sine cum ablatiuo. Salustius in catilina præter rerũ capitalium condẽnatis. Priscianus libro. xviii. Supra in cõpositiõe nõ reperitur. In appositione significat in parte superiori. Vergilius. iii. æñ. Olli ceruleus supra caput astitit imber. in eadem quoq; significatione reperitur pro aduerbio positum. Salustius in Iugurtha. Pauca supra repetam. Secundum in appositione semper reperitur: significatq; aliquando iuxta. Vergilius. iii. geor. Dulcibus illa quidem illecebris aut plena secundum flumina. Et in digestis de uia pu. L. ædiles. eas quæ secundũ ciuitates sunt uias. Aliquando significat post. Quintilianus in gladiatore. Nam quod unum mihi fortuna secundum patrem uidebatur parasse præsidium. Cicero. proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime esse utiles possunt. Accipitur etiã pro eo quod est pro. ut Gellius libro quinto. sin uero secundum te iudicatum erit. & libro. xiii. Tũc illi unde petitur: crederet & secũdum eum iudicare. In eo uero quod dicimus secundum Thomã secundum Ciceronem: secũdum pro iuxta accipitur. Secus præpositio pro iuxta raro inuenitur apud auctores: in sacris litteris sæpe: quale est illud psalmi primi. Et erit tanquam lignum: quod plãtatum est secus decursus aquarum. Aduerbialiter uero positum secus significat aliter. Persius non secus acsi oculo rubricam dirigat uno. Vergilius libro. xii. Haud secus accenso gliscit uiolentia turno. Trans reperitur in cõpositione frequenter. ut transtiberinus. transalpinus. transcribo. traduco. In appositione quoq; Vergilius. iii. geor. Illas ducit amor trans gargara transq; sonantem ascanium. Vltra non reperitur in compositione: in appositione uero significat contrarium eius quod est citra. nam citra est ante locum: ultra est post locum. intra uero ẽ in loco. Iuuenalis. Vltra sauromatas fugere hinc libet. Reperitur etiam pro aduerbio positum. ut apud Censorinum. nil ultra facies. Vsque præpositio nõ uidetur multis: quia sine alia præpositione nunquam reperitur: unde utriq; casui adiũgitur: pro qualitate præpositiõis illius cui fuerit copulata. unde Sergius ait: nouo quodammodo sibi semper adiungere aliam præpositionem. Vergilius. xi. protei menalaus adusq; columnas exulat. Nam si coniuncta sit: iam non aduerbium erit: sed potius habet naturam suam. Versus & uersum solus Valla inter præpositiones numerauit: semperq; contra naturam suam postponitur. Salustius in Iugurtha. quem locum ægyptum uersus imperii finem habuere carthaginẽses. Cicero de diuinatione. qui cum exercitu lustrato aretiũ uersus castra mouisset: dicimus quoq; deorsum uersus. uľ deorsum uersum. quoquo uersus & quoquo uersum. nam sic uersus & uersum dicimus: sicut aduersus & aduersum. Præpositiones ablatiuo deseruientes quot sunt? Quindecim sunt præpositiones ablatiuo deseruientes. quarum. a. ab. abs tam in compositiõe q̃ in appositiõe reperiuntur: ablationemq; significãt. In appsitione uero significant tum ablationem: ut rapio a te libros. tum locum. ut discedo a te. tum tempus: ut a meridie te expecto. tum ordinem: ut tertius ab hercule. tum uerbis passiuis iunguntur cũ persona agente uel faciente. ut a me amaris. Vtimur tamen præpositione ab cum dictionibus incipientibus ã uocali exili uel aspirata. ut ab Antonio. ab homine. Vtimur uero ab cum incipientibus at consonante. ut ã Bruto. ã Catone. ã Decio. Cum incipientibus tamen uel ab. i. consonante. uel ab. l. uel ab. r. plærumq; apponimus ab. ut Vergilius in bucolicis ab ioue principium musæ. iouis omnia plena. & ibidem. hinc tibi

quæ semper uicino ablimite sepes. Idem.xi. æñ.pacem troiano ab rege petendum.
Cum incipientibus prætetea ã.q.t.nonnũquam apponimus abs.ut Terentius in adel phis.absquiuis homine beneficium accipere.& Hector ille næuii apud Ciceronẽ læ tus sum laudari me abste pater laudato uiro. Absq͂ quod ab abs & que particula cõ ponitur: significatq͂ idem quod præter siue sine.ut absq͂ iniuria.absq͂ metu. Cum nunquam nisi apposita reperitur:quia illius loco cõponitur con. significat uero cum præpositio quandã ueluti comitãtiam.ut ego cum Antonio misimus tibi libros cum pecuniis.neq͂ iungitur nomini significãti instrumentũ quo aliquid fit.ut nũc uulgo loquunt.percussit illum cum gladio.scribit cum calamo.in quo loquendi genere nõ ablatiuũ sed effectiui natura utimur:quemadmodũ cum de septimo casu loquebamur explicitum est. cõponitur aũt ut paulo ante dicebamus cum ablatiuis illis trium pro nominum.ut.ego.tu.sui. Coram nõ cõponitur:in appositione præsentiã persona rum significat:ut coram iudice.coram testibus.Repertitur frequentius aduerbialiter positum.ut Vergilius in primo æñ.Coram quem quæritis adsum. & in eodem. Post quam introgressi & coram data copia fandi. Clam non uenit in cõpositionẽ: in ap positione habet contrariam significationẽ ei quæ est coram & ei quæ palam. Terenti us in andria.Nec clam te est quã illi uunc utræq͂ res inutiles. Inuenitur etiam pro aduerbio posita.ut Vergilius primo æñ.Clã ferro incautum superat securus amorũ.

De plærumq͂ in compositionẽ uenit:atq͂ aliquando auget.ut deamo. demereor.i. ualde amo.ualde mereor.aliquando minuit.ut dedoceo.despero.significat aliquando deorsum.ut despicio.descendo. In appositione tum localis est.ut de uilla uenio.tum memoratiua.ut de re subtillissima disputo.tum ablatiua.ut Cato de re rustica.de do mino bono colono bonoq͂ edificatore melius emetur. Cicero in epistolis.emi domũ de crasso. E.ex tam in compositione,quã appositæ inueniuntur: atq͂ aliquando au gent:ut eluceo.edoceo.i.ualde luceo.ualde doceo.aliquãdo minuit.ut enodis sine no do.exlex sine lege.aliquando significant extra.ut emitto extra mitto.effundo extra fundo. In appositione cum dictionibus a uocali incipientibus semper ponimus ex. Cum incipientibus a consonante tum ex tum e.apponimus.ut ex urbe.ex domo uel e domo.Cum incipiẽtibus tamẽ ab.r.semper ponimus e.ut ẽ regione.ẽ rep.ẽ re mea. In cõpositione uero cum incipientibus a uocali dicimus ex.ut exaudio.exheredo.cũ incipientibus a consonãte partim cõponitur.e.ut ebulio.edico.egero.eludo.emano. enato.euito.partim ex.ut excindo.expromo.expiro. extimesco.partim.x.mutatur in consonantem ut effumdo.efficio. In appositione tum localis est.ut uenio ex urbe. tũ temporalis:ut ex ãno superiori scribo.tum materiæ apponitur.ut anulus ex auro. do mus ex latere.ponitur etiam teste Valla pro eo quod est pro.ut ẽ republica.i.pro re publica.Quintilianus.saluos esse eos magis ẽ republica sit:q͂ puniri.i.pro reip.utili tate.dicimus præterea hic potest ex tempore orationem habere.i.impræmeditatus & ex improuiso.sic Persius inquit ex tempore uiuis:laborat ẽ dolore ul' ex dolore renũ. uel laborat ẽ renibus. Dicimus quoq͂ ex sentẽtia hoc mihi euenit.i.ut ego cupiebã.

Præ in compositione & appositione accipitur pro ante.ut præcedo.præpono. præ oculis.præ conspectu. Inuenitur quoq͂ in compositione pro ualde.ut prædiues. præ dulcis.prædurus.præclarus.præpotens.præcelsus.inuenitur & pro ab.Terentius in eunucho.præ amore hunc exclusisti foras.i.a parte amoris.Inuenitur aliquando com paratiue.ut idem in eodem.hic ego illum contempsi præ me:pro ad comparationem mei.præ me fero.præ te fers præ se fert:est ipsa statim frõte qualẽ opinionẽ de aliqua re habeas confiteri.Cicero in episto.præ te fers perspectũ mihi quidẽ:sed tñ dulcẽ & optatũ amorẽ.Quintilianus.fiduciã igit præ se ferat orator. Pro in cõpositione & appositione cõplures hẽre significatiões Gellius.li.x.colligit.aliqñ nãq͂ accipit pro ãte.ut pro rostris. pro curia.puideo.prospicio.Salustius in catilina.quod ni maturas set pro curia signũ sociis dare.Terẽtius tibi prospexi & stultitiæ tuæ. Aliquãdo pro in.ut pro muro.Salustius in iugurtha.Pro muro dies noctesq͂ agitare.i.in muro aut pro defensione muri.dicimus quoq͂ pro patre habeo te.i.loco patris.proconsul loco cõsulis prouinciæ præfectus. Palam semp appponit: differtq͂ a coram quod hoc ad personas:illud ad omnia ptinet.uel potius ut dicit Vulpianus in li.digestorũ.titulo qui est de uerborũ significatiõe.l.palã est corã pluribus.corã etiã uno præsente:unde Donatus pro exẽplo posuit palã oĩbus.Reperit etiã aduerbialiter positũ. Terẽ.in eu nucho.Si falsum aut fictũ:continuo palam est. Sine nũquã in cõpositione repitur.

Nam quod quidā dicunt sincerus dictus quasi sine cera: refelluntur a ualla. cū potius a syn præpositiōe græca cōpositū sit. in appositiōe ualet quātū absq. Verg. iii. geor. te sine nil altū mens inchoat. Tenus quā postpositiuā esse diximus: contra naturā præpositionū: construitq in plurali cum genitiuo: in singulari semper postponit ablatiuo Vergilius. ii. æn. capulo tenus abdidit ensem. Idem in. iii. pubetenus postrema immani corpre pistrix. Præpsitiones utriq casui deseruientes quot sunt? Quattuor sunt huius ordinis præpositiones. In. sub. super. subter. In cū significat ad locū uel contra locū accusatiuo apponitur. ut Verg. in. vi. Itur in antiquā siluā. Idē in. ix. ibāt in eurialū: & cum affectū significat: ut Cicero. quæ fuit pietas in omnis suos. quando uero ponitur pro in loco: iungitur ablatiuo. ut in domo. in urbe. In cōpositione præter significatiōes superiores aliquādo auget: ut insignis. aliquādo minuit ut infamis.

Sub quoq cū pro ante ponitur. uel p: accusatiuū sibi adiungi uult: ut Verg. i. geor. Sub ipsum arcturū tenui sat erit suspēdere sulco. Idem in. iii. sub lucem exportant calathis. pro ante arcturū & ante lucem. Ablatiuū uero desiderat cum pro in loco ponit Verg. viii. æn. Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. & in. vi. ibant obscuri sola sub nocte per umbram. In copositione modo minuit. ut sublustris: subrideo: modo locum inferiorē designat. ut subeo. suburbanus. Super & subter cōponunt. ut superpono. subterlabor. In appositione aūt differūt tantū positione: nam super partē superiorē: subter inferiorē atq utraq sine interuallo significat: ut super aquas natat: subter aquas urinatur. super lapidē sedeo. subter terram iacet. e contrario differūt sub & supra. ut sub cœlo est terra. supra terram ignis. Cū ablatiuo quoq cōstruuntur quando ponuntur pro ablatiui præpositione. Verg. pri. æn. Multa super priamo rogitans super hectore multa. pro de priamo de hectore. Præpositiones inseparabiles. Præpositiones quemadmodū supra diximus aut separabiles sunt aut iseparabiles. sed de separabilibus dictū est: nunc incipit de inseparabilibus disserere: dicitq esse numero sex. s. Am: quæ ualet circum. ut amburo. is. ambio. is. ex am atq uro & eo. amplector. eris. amputo amputas. anquiro. is. ansanctus. a. um. Con quæ tātū ualet quātum simul & cū aliis. ut cōcors. compono. conquiro. Dis. di. quæ separationem significant: differūt tamē quoniā: qm̄ dis cōponitur cum dictionibus quæ incipiunt. a. c. ut discutio. is. ul' p. ut disputo. as. uel. q. ut disquiro. is. uel. s. ut dissuo. is. ul' t. ut disturbo. as. uel ab. i. consonāte ut disiungo. is. Cum incipientibus ab. f. euphoniæ causa. s. mutatur in. f. ut a dis & fundo fundis. diffundo diffundis. di uero componitur cum dictionibus incipientibus a quacunq alia consonante. ut diduco diducis. digero digeris. diluo diluis. diminuo diminuis. uel ab. r. ut dirimo dirimis. uel. u. consonante. ut diuello. is. Re aliquando significat retro ut respicio respicis. reuertor reuerteris. aliquando significat iterum. ut repeto repetis. requiro requiris. aliquādo uertit significationem in contrarium. ut recludo recludis. id quod est clausum aperio. regelo. as. quod est gelatū liquefacio. recingo recingis. retego. is. resero reseras. Se: quæ ualet seorsum. ut seduco seducis. separo separas. seiungo. secerno secernis.

Præpositiones inseparabiles hoc est quæ nunquam nisi in cōpositione reperiuntur: quot sunt? Sex. an. con. dis. di. re. se.

Ad igitur cui casui deseruit? Accusatiuo. quoniam tali casui semper apposita reperitur.

De erotymatis aduerbiorū. Cap. x.

Bi quæ pars orationis est? Aduerbiū.

Quid est aduerbiū? Pars orationis indeclinabilis quæ addita uerbo significationem eius aut complet. aut mutat. aut minuit. ut iam faciam. non faciam. parum faciam.

De aduerbio. Cap. x.

Bi quæ pars orationis est? Secunda pars ex indeclinabilibus est aduerbium: quæ sic desiderat uerbo subiūgi: quadmodū præpositio casualibus præponi. Diffinit aūt Aduerbiū est una ex octo ptibus orōnis: q̄ addita uerbo: unde & adiectiuū uerbi dicit: eius significationē cōplet. Nā cū dico antonius legit: nōdū satis plane dixi: nisi adiecero q̄liter legit: hoc ē bene ul' male. Nā eo modo se habent aduerbia uerbis: quo

adiectiua nominibus substātiuis adiuncta. ut prudens homo prudenter facit. bonus
homo bene legit. Sed modus ille determinādi uerbū aut cōplet augetq́ uerbi signifi-
cationem: ut faciam satis. ualde. nimium. iam. aut mutat. i. in totum tollit. ut nō faciā
nequaquam legam. minime audiam. aut minuit aliquidq́ ex uerbi significatione re-
mittit: ut parum facit. tepide legit. frigide audit. Vnde dicitur aduerbium?
Respondet aduerbium ab eo dici quod in illius diffinitione est expressum: hoc ē quod
uerbo semper adiūgi desiderat:
sed adiecit fere: quoniā & nomi
nibus adiectiuis nonnūquā ad
iungitur atq́ participiis adhuc
frequentius: ipsaq́ tanquā uer-
ba modificatur. ut ualde bonus
nimis doctus. satis facetus. ue-
hemēter iratus. Species
aduerbiorum quot sunt. Aduer
bia aut a se nascuntur. ut nuper
sæpe. aut aliunde deriuantur.
Idq́ fit uľ a nomine proprio: ut
a tullio tulliane. uel ab appella-
tiuo. ut ab hostio hostiatim. uel
a pronomine. ut meatim. uľ tu-
atim a meus & tuus. uel a uerbo
ut a curro cursim. uel a nomine
& uerbo. ut a pede & tento pe-
detentim. uel a participio. ut ab
amans amāter. uel ab altero ad-
uerbio. ut ā nuper nuperrime.
a sæpe sæpius & sæpissime. aut
ā præpositione. ut ab inter interim. Exeunt aūt aduerbia in uarias terminatiōes: quē
admodū inuestigare uolenti facile apparebit. Figuræ aduerbiorū quot sunt?
Duæ inquit sicut in nomine. Simplex ut diu. Cōposita ut interdiu. Eccum uero ualla
cōtra Priscianū sergiumq́ cōtēdit nō esse cōpositum ex ecce & euax: uel potius ecce
hunc. sed ex ecce & hic: ut sit eccum. i. ecce hic subaudi de quo loquebamur. Nam si
eccum in ecce eum resolueretur: cum Terentius ait eccum parmenonē: quid sibi uole
bat? an quod isti dicunt ecce eum: aut ecce eum parmenonem: quod purgata mente
nemo auderet dicere. Significatiōes aduerbiorū quot sunt? Cōplures sunt ad-
uerbiorū significationes: sed illas omnes ad paucas species reduximus. Quarum pri-
ma est aduerbiorū quæ ex nominibus numerabilibus deducūtur. ut semel quod una
ut sic dixerim uice fit. bis duabus. eodem modo ter. quater. quinquies. sexies. septies.
octies. nouies. decies. undecies. duodecies. tredecies. quattuordecies. quīdecies. sexde
cies. septēdecies. duodeuicies. undeuicies. uicies. uicies semel uel semel & uicies. uici
es bis: uel bis & uicies. uicies ter. uel ter & uicies. uicies quater: uel quater & uicies.
uicies quinquies. uel quinquies & uicies. uicies sexies. uel sexies & uicies: uicies septi
es. uel septies & uicies. uicies octies. uel octies & uicies. uel duode tricies. uicies noui
es. uel nouies & uicies. uel unde tricies. tricies. quadragies. quinquagies. sexagies. se-
ptuagies. octogies. nonagies. cēties. ducēties. trecēties. quagringēties. quingēties. sex
centies. septingēties. octingēties. noningēties. uel nongēties. milies. bis milies. ter mi
lies. quater milies. quinquies milies. sexies milies. septies milies. octies milies. nouies
milies. decies milies. uicies milies. tricies milies. quagragies milies. quinquagies mili
es. & eadē rōne cōiungēdo aduerbia aduerbiis. quēadmodū numeros numeris adiun-
gere consueuimus. Pro eo quod uulgo dicitur cuento: latine dicimus centum milia.
pro eo quod dos cuentos. uicies cētum milia. pro tribus tricies centū milia. pro quat-
tuor quadragies centum milia. pro quinq́ quinquagies centum milia. pro sex sexagi
es centum milia. pro septem septuagies centum milia. pro octo octogies centū milia.
pro nouē nonagies centum milia. pro decem centies centum milia. pro undecim cen
ties decies centū milia. pro uiginti ducēties centū milia. pro triginta tricēties centū

Vnde dicitur aduerbiū? Quasi ad uerbū. quo-
niam uerbo semper fere adiungi desiderat.
Species aduerbiorū quot sūt? duæ sicut in no
mine. Primitiua ut nuper. Deriuatiua ut nu
perrime.
Vbi cuius speciei est? Primitiuæ. neq́ enī ha-
bet aliquid unde deriuetᷣ: quod sit antiquius
Figuræ aduerbiorum quot sūt? duæ sicut in
nōie. Simplex ut ecce. Cōposita ut eccum.
Vbi igitur cuius figuræ ē? simplicis figuræ.
neq́ enī potest diuidi in ptes significatiuas.
Significatiōes aduerbiorum quot sunt? Innu
meræ. Numeralis. ut semel. bis. ter. quater.
quinquies. sexies.

millia.pro quadraginta quadringenties centum milia. pro quinquaginta quingēties centū milia.pro ſexaginta ſexcēties centū milia. pro ſepteuaginta ſeptingēties cētū milia.pro octoginta octingēties centū milia.pro nonaginta noningēties uel nongenties centū milia.pro centū milies centū milia.pro ducentis bis milies centum milia. pro trecentis ter milies centū milia.& eodē modo de reliquis quæ ſequūtur.quæ numerādi ratio ex eo prouenit:quod antiquiores auctore Plinio.xxxiii. naturalis hiſto. nō numerabāt niſi ad centū milia:deinde numerū illū per aduerbia repetebāt: ut ſupra docuimus. Temporalis.aduerbia tēporalia aut ſunt tēporis præſentis.aut præteriti.aut futuri.præſentis ſiue inſtantis eſt nunc.diei præſentis hodie. proxime præteriti ē heri.& deinceps nudius tertius. nudius quartus: nec amplius hæc ratio procedit quanquā Plautus poetica ul' potius ſua licentia dixit nudius quintus.nudius ſextus. nudius ſeptimus. & deinceps. Cicero quoq; in quinta philippica. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit: & paulo poſt iterum. Philelphus quoq; in quadam epiſtola dicere auſus eſt nudius decimus ſeptimus.hæc enī aut aduerbia ſunt aut aduerbialiter poſita. De die proxime futuro dicimus cras:poſtea perendie. die quarti.die quinti.die ſexti.die ſeptimi.& deinceps.Nam & hæc aduerbia eſſe.A. gellius auctor eſt:qui ſcribit die quarti. die quinti.die ſexti. & ſimilia pro aduerbiis copulate poni:& ſubdit hoc igitur intererit: quod die quarto de præterito dicimus: die quartæ uel quarti de futuro.eodē quoq; modo dicēdum eſſe putat die priſtini pro pridie.die craſtini pro cras.die perendini pro perendie. De tēpore uero præſenti proximo ſiue illud ſit præteritū ſiue futurū:modo.iam.dudum. ut modo feci. modo faciam.iam feci.iam faciam.dudum feci.dudum faciam. Vergil.ii.æn̄.iam dudū ſumite pœnas.Iuuenalis in.iii.dudum uigilantibus orbis.hoc de præterito:illud de futuro:ſignificatq; auctore Valla ſpaciū horæ unius aut paulo plus minus ue pro qualitate rei de qua loquimur.de futuro quoq; præſenti proximo dicimus ſtatim.mox.continuo ilico.Nuper uero paucis diebus ante.pridem & iampridem paucis menſibus.

Tēporalis.ut hodie.cras.perēdie.heri. nuper
Localis.ut hic.iſthic.illic.huc.iſthuc.illuc.
Negatiua.ut non.haud.minime. nullatenus.
Affirmatiua.ut etiā.profecto.nimirum.
Demonſtratiua.ut en.ecce.
Optatiua.ut o.ſi.ut.utinam.

Olim & quondam de tēpore a præſenti remoto ſiue illud ſit præſens ſiue futurum. aliquādo de tēpore indifferēti.De præterito Horatius.Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Cicero ī catilinam.fuit iſta quondam in hac rep.uirtus. De futuro Vergilius primo æn̄. Certe hinc romanos olim uoluētibus annis. & ſi dicas. ueniet ueniet quondā illa dies. De tēpore indifferenti.Vergil.v.æn̄.quod tumidis ſubmerſum tunditur olim.Idem.ii.æn̄.Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Eodemq; modo aliquando.ut aliquando factum fuit:aliquando fiet.Sunt & alia cōplura aduerbia temporis.ut ſemper.nunquā.ſæpe .raro. Localis.Aduerbia quoq; loci cōplura ſunt:ſed nunc tantū de diſcretis dicēdum eſt:cum cōmunia paſſim reperiantur. Itaq; aduerbia localia in quadruplici ſunt differentia.nā aut ſūt in loco.aut de loco. aut ad locū. aut per locū. Vbi & ubinā q̄rit de loco in quo.ut ubi ē Antonius? Vnde q̄rit de loco á quo.ut unde ueniſti? Quó & quorſum quærit de loco ad quē. ut quo is? Qua quærit de loco per quem.ut qua iturus es? Significātia locum in quo.hic.ubi ego ſum.ponitur etiā hic pro illic. Verg.pri.æn̄.hic illius arma: hic currus fuit. pro illic.ponitur etiam pro tunc aduerbio temporis.Iuuenalis.hic tunc umbricius: quando artibus inquit honeſtis. Iſthic hoc eſt ubi tu es. Vergilius ſecūdo eneidos. Patet iſthic ianua læto. Illic ubi aliquis ē.Iuuenalis.Viuat arturius illic & Catulus. Vbi quando grauatur ſignificat in quo loco relatiue. Vergilius in primo eneidos.Sæuus ubi eacidæ telo iacet hector. Reſponſiue quoq; grauatur.ut ubi eſt cæſar interroganti ſi dixeris ubi Pompeius:in primo ſyllaba finalis acuitur.in ſecundo grauatur. Eodem modo dicimus ſicubi pro ſi in aliquo loco. Necubi pro ne in aliquo loco. alicubi pro in aliquo loco.ubiuis.ubiq;. ubilibet. ubiubi.ubicūq;: pro in quocunq; loco.Ibi pro in eo loco.ibidem pro in eo ipſo loco.Alibi pro in alio loco.Inibi pro in eo

dem loco. Vsquam pro aliquo in loco. Nusquã pro nullo in loco. Intus pro in parte interiori. Foris pro in parte exteriori. Supra pro in parte superiori. Infra pro in parte inferiori. Nomina urbium & oppidorum propria si sunt primæ & secundæ declinatiōis singularia ponuntur in genitiuo aduerbialiter. ut romæ pro in urbe roma: tarenti pro in oppido tarento. Si uero sunt tertiæ declinationis aut pluralia: ponuntur in ablatiuo. ut carthagine pro i urbe carthagine. Vergilius. iiii. æñ. Tyria carthagine qui nunc expectat. Quamquã Seruius in locum illum uergilii dicit noĩa huiusmodi locorum cum aduerbialiter ponuntur nō in ablatiuo: sed in datiuo debere poni. Ait enim his uerbis. Tyria carthagine pro carthagini. & pro aduerbio in loco de loco posuit. Apuleius in libris floridorũ: semper carthagini: nũquam carthagine ponit aduerbialiter. Sic Horatius Romæ tybur amem uentosus tybure romam. Idẽ quoq; dicendum est de pluraliter declinatis. ut pisis. fundis. trallibus. hoc est in illis urbibus. Sed in his nihil refert cum datiuus in terminatione similis ablatiuo sit. Ad similitudinem superiorum ponunt aduerbialiter illa togæ: i. in pace. militiæ. i. in bello. domi. i. in domo. ruri. i. in rure. uesperi. i. in uespere. luci pro in die. quod si hæc in ablatiuo reperiant: aut aduerbia nō sunt: aut ablatiuus pro datiuo ponitur. ut Horatius primo epi. Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum.

Ordinatiua. ut continuo. deinde. deinceps.
Interrogatiua. ut cur? quare? quamobrem? nũquid.
Dubitatiua. ut fors. forte. fortasse. forsan. forsitan.
Vocatiua. ut o. heus. oho.
Discretiua. ut seorsum. diuisim. bifariam.
Congregatiua. ut simul. una pariter.
Iuratiua. ut ædepol. me hercule. me castor.
Hortatiua. ut eia. age. agedum. agite.
Intensiua. ut ualde penitus. uehementer.
Remissiua. ut sensim. paulatim. pedentim.

Significantia locum ad quem huc. i. ad hũc locum in quo ego sum. isthuc. i. ad istum locum in quo tu es. Illuc. i. ad locũ in quo aliquis est. Si quō. i. si ad aliquẽ locum. Nequō. i. ne ad aliquẽ locum. Aliquō. i. ad aliquem locum. Aliō. i. ad alium locum. Vtroq;. i. ad utrumq; locũ. Quoquō. quocunq;. quōlibet. quōuis. i. ad quencumq; locum. Eō. i. ad eum locum. Eōdẽ. i. ad ipsum eundem locum. Intrō. i. ad partem alicuius loci interiorem. Foras. i. ad partem loci exteriorem. Sursum. i. ad partem loci superiorem. Deorsum. i. ad partem inferiorem. Sinistrorsum. i. ad sinistram partem. Dextrorsum. i. ad dexteram. horsum. i. ad aliquem locum. Nomina quoq; urbium & oppidorum propria ponuntur aduerbialiter in accusatiuo. ut romam. i. ad urbem romam. Tarentum. hispalim. pisas. fundos: hoc est ad illas urbes. Significantia locum per quem. Hác. i. per locum ubi ego sum. isthác. i. per locum ubi tu es. illac. i. per locũ ubi aliquis est. Siquã. i. si per aliquẽ locum. Nequã. i. ne per aliquem. Aliã. i. per aliũ locũ. Quãuis. quãlibet. quãcũq;. i. per quãcũq; partẽ. utrãq;. i. per utrãq; partẽ. Ea. i. per eum locũ. Eãdẽ. i. per eundẽ locũ. Intus per locũ interiorẽ. Foris. i. per locũ exteriorẽ. Noĩa quoq; urbium & oppidorũ propria ponũtur in ablatiuo. ut roma. i. per urbẽ romã. tarento. hispali. pisis. fundis. trallibus. i. per illas urbes. Significãtia locũ á quo. Hinc. i. ab eo loco ubi ego sum. Isthinc. i. ab eo loco ubi tu es. Illinc. i. ab eo loco ubi aliquis est. Sicũde. i. si ab aliquo loco. Necunde. i. ne ab aliquo loco. Aliunde. i. ab alio loco. Vtrinq;. i. ab utroq; loco. Vndiq;. undelibet. undeuis: undeunde. undecũq; pro ex quacũq; pte siue loco. Inde. i. ab eo loco. Indidẽ. i. ab eodẽ ipso loco. Intus. i. a loco interiori. foris. i. a loco exteriori Superne. i. a loco superiori. Inferne. i. a loco inferiori. Cœlitus. i. a cœlo. Nomina quoq; urbium & oppidorũ ponũtur in ablatiuo aduerbialiter. ut Romã. i. ab urbe roma. Eodẽ modo Tarẽto. hispali. pisis. fundis. trallibus. i. ab illis urbibus. Reperitur tamẽ sæpe apud auctores huiusmodi noĩbus urbiũ propriis adiuncta præpositio. ut Cicero in uerrem. Ea die uerres ad messanam uenit. Salustius in iugurtha ad cirtham oppidum iter constituunt. Idem in catilina. nam brutus ab Roma aberat. Liuius. viii. ab urbe condita & ab lauinio uenerãt antiqua auxilia. E cõtrario cum noĩbus regio-

num & prouinciarum præpositiones addi debeant: aliquando ab auctoribus detrahūtur. Vergilius primo æneidos. Italiam fato profugus lauinaq; uenit. i. ad italiam. Et in eodem. Si datur italiam sociis & rege recepto tendere. Negatiua. Sunt aduerbia etiam negandi. per quæ aliquid negamus. ut non quod imperatiuo iungi non potest: sed aliis modis: ut non lego. haud amo. minime doceo. nullatenus audio. Ne particula potius est dehortatiua: ut Vergilius. iii. æñ. Tu ne cede malis: sed cōtra audentior ito. Sed in carmine iūgitur hæc particula imperatiuo & optatiuo. In prosa oratione aut optatiuo. ut Terentius in phormione: Quod utinam ne phormioni id suadere in mentem incidisset: aut subiunctiuo: ut si dixeris oro te ne facias. sed tūc cō iunctio est: & accipit pro eo quod est ut non. Affirmatiua. Aduerbia affirmādi sūt per quæ aliquid affirmamus. ut etiam cum pro aduerbio cōsentientis accipitur. ut est in digestis in titulo de uerborum obliga. & responderit etiam. quidni? nam & quidni interrogatiue prolatum aduerbium est affirmandi: exponiturq;. i. cur non? Profecto. nimirum. nempe. certe. & iis similia. Demonstratiua. Demonstrandi aduerbia sūt: quibus aliquid quasi digito indicamus. ut en. ecce. quæ nominatiuo & accusatiuo iungi possunt. Vergilius primo æñ. En priamus. sunt hic etiam sua præmia laudi. Idē in bucolicis. En quattuor aras. Ecce duas tibi daphni duoq; altaria phœbo. Terētius in eunucho. ecce aūt alter: qui si occœperit amare. nam alter non alterum eo loco esse legēdū donatus præcipit. Plautus in bacchidibus. opus ne erit tibi aduocato tristi iracundo. ecce me. hem magis est poeticum affectui deseruiens: atq; admirationi.

Optatiua. optandi aduerbia sunt quæ optatiuo modo iungi possunt. ut. o. Vergilius in bucolicis. ō tantum libeat mecum tibi sordida rura. si idem. vi. æñ. Si nūc se nobis ille aureus arbore ramus. ut Horatius. ii. ser. Iuppiter ut pereat positum rubigine telum. Vtinam. Vergilius primo æñ. atq; utinam rex ipse notho compulsus eodem. Iungimus etiam hæc. ut osi. o utinam Ouidius in epistola penelopes. O utinam tunc cum lacedæmona classe petebat. Persius. O si ebulliat patrui præclarum funus & o si argenti crepet mihi seria. Ordinatiua. ordinandi aduerbia sunt qbus mediis plura ordinamus. ut continuo. Vergilius. vi. æñ. Continuo auditæ uoces uagitus. Deinde idem in eodem. proxima deinde tenēt mæsti loca. Deinceps. Cicero. iiii. thus. q. ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam. Interrogatiua. quibus interrogamus. ut cur. Iuuenalis. Cur desiderio bibulæ sertorius ardet? quare. Martialis nec possū dicere quare. i. quāobrem & quapropter? Nunquid & num. Ouidius in epistola sapphus. Nunquid ubi aspecta est studiosæ littera dextre? Dubitatiua. quibus significamus nos dubitare. ut fors. Vergilius. xi. æñ. fors & uota facit: cumulatq; altaria donis. pro forte. fortasse. forsan. forsitan. forsit. Horatius primo sermonū. Quia nō ut forsit honorem iure mihi inuideat. Vocatiua. quibus aliquem uocamus. ut ō regina nouam cui condere iuppiter urbem. neq; enim articulus est: quoniam sexum non demonstrat. heus quod uocantis simul & hortantis est. ut idem in eodem. ac prior heus inquit iuuenes monstrate. oho uocantis quoq; est sed magis poeticum.

Diminutiua. ut belle. argutule. clanculum.
Comparatiua. ut magis. melius. fortius.
Superlatiua. ut maxime. optime. fortissime.
Similitudinis. ut ceu. sicut. tanquam.

Discretiua. quibus discernimus & separamus. ut seorsum. seorsis. Vergilius in est & non. pariter nonnunquam. sæpe seorsis. diuisim. separatim. sigillatim. distincte. bifariam. trifariam. multifariam. Congregatiua. quibus multa in unum cōgregamus. ut simul una pariter: quæ temporis & loci sunt. Iuratiua. sunt & aduerbia iurandi. ut hercule. hercle. mehercle mehercule. i. per herculem. uel ita me hercules amet. castor. me castor. i. per castorem. uel ita me castor amet. & sic medius fidius. i. per iouis filium. Hortatiua. exhortadi aduerbia sunt. eia. Horatius primo ser. Eia quid statis? Age. agite. agedum. sed per age unum exhortamur. per agite plures. per agedū unū & plures. Quintilianus. agedum si uidet extra portas prospicite. dicimus quoq; cōiunctim. eia age. Verg. in. iiii. eia age rūpe moras. Intēsiua. Intēsiua sunt qbus intēse ac nimiū aliquid fieri aut esse significamus. ut ualde. penitus. oīno. uehemēter funditus. Remissiua sunt his cōtraria per quæ aliquid fieri remisse &

frigide dicitur. ut sensim. paulatim. pedetentim. frigide. tepide. Diminutiua: ut a clam clanculum. & quæ ab adiectiuis diminutiuis fiunt. ut a bellus belle. ab argutulus argutule. a molliculus mollicule. Comparatiua: quæ a comparatiuis deriuātur ut a maior magis. a melior melius. a fortis fortius. Superlatiua: quæ a superlatiuis deriuantur. ut ab optimus optime. a maximus maxime. a fortissimus fortissime.

Similitudinis aduerbia sunt quasi. ceu. uelut ueluti. sicut sicuti. ut. uti. hæc etiā cōiunctionum uim habent causalium. ut postea dicemus suo loco. Quātitatis aduerbia sunt. multum. nimium. parum. nimis. Qualitatis aduerbia latissime patēt. nā & ab omnibus fere nominibus adiectiuis ducuntur: ut a bonus bene. a malus male. & a participiis. ut a docto docte. ab amante amanter. Sūt multæ aliæ aduerbiorū significationes: ut quæ dicitur attractatiua: quæ ut supra memorauimus auctore Quintiliano ā quibusdā pars orōnis distincta ab aliis ptibus ponit̄. ut uiritim per singulos uiros. oppidatim per singula oppida. municipatim per singula municipia.

Quantitatis. ut multum parum. nimium.
Qualitatis. ut bene. docte. sapienter.
Vbi igitur cuius significationis est? localis.

De erotymatis interiectionū. Cap. xi.

HEu quæ pars orationis est? Interiectio.
Quid est interiectio? pars orntionis indeclinabilis affectum mentis incondita uoce significans.
Vnde dicitur interiectio? ab interijciendo: eo quod alijs partibus orōnis interijcitur.
Interiectioni quot accidūt? Sola significatio.
Significatiōes interiectiōis quot sūt? Plures.
Lugentis. ut heu. hoi. hei.
Dolentis. ut hei. ō. ah.
Timentis. ut hei. ah.
Exultantis. ut euax. vah. oh.
Admirantis. ut papæ. vah.
Exclamantis. ut prō. vah.
Ridentis. ut ah. ah. he.
Deridentis. ut hui.
Silentis. ut au. st.
Laudantis. ut euge.
Vitantis. ut apage. apagesis. apagete.
Vocantis. ut io. oh.
Deprehendentis. ut at. at.
Euge cuius significationis est? lugentis.

De interiectione. Cap. xi. Interiectionem quēadmodum supra memorauimus græci inter aduerbii significatiōes annumerant: quia hæc quoq sicut & aduerbium uerbo adiungitur aut expresso aut sub intellecto. ut si dicā papæ quid uideo uel si per se dicas pape subaudit̄ miror: uel aliud uerbum quod admirationem significet. Latini uero interiectionem ab aduerbio separarunt: aut quia uidetur in sese affectū habere uerbi: & plenā motus animi significationē: etiā si nō addat̄ uerbū: uel quia cū articulis careāt: uoluerunt æquare cū græcis ptes orōnis. ut hac una ratione octo essent: apud nr̄os quēadmodū & apud illos. Dicit igr̄ partes diffinitionis explicās interiectionē esse unā ex octo ptibus orōnis. sed quia ex illis quattuor sunt declinabiles & quattuor indeclinabiles: dicit unā esse ex quattuor īdeclinabilibus significantē affectū. i. passionē: ī quo ut diximus latini eā ab aduerbio differre uoluerūt. quod uero addit̄ uoce incondita: hoc etiā illā ab aduerbio seiungit: quoniā per exclamationē quandā & uocem inconditā. i. prope in articulatā profert̄. Interictio aūt ideo dicta ē: eo quod seriē orōnis rumpens interiicit̄: & cū aliquo mētis affectu profert̄. ut Vergil. i. æn̄. Nauibus infandum amissis unius ob iram prodimur. Ordo enim erat nos pdimur nauibus amissis ob iram unius iunonis: sed cum exclamatione interiecit. Infandum quasi dicat prō scelus indignum. Habet igitur aduerbium uarias significatiōes. Lugētis. Terentius in eunucho cum inducit dorū lugētē. hei. hoi. dicit. heu quoq & hei. quæ dolētis diximus etiā lugētis sūt.

Dolentis. Vergil. in pri. hei mihi q̃lis erat. Idem in. x. ō dolor atq; decus magnũ. Idem in buco. ah silice in nuda connixa reliquit. Timentis. Teren. in andria. hei uereor ne quid andria apportet mali. Idem in eadẽ. hei metui a chriside. Verg. in buco. ah ne te frigora lædant. ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. Exultantis. Terẽ. in heauton. uah ergo mea antiphila. Idem in adelphis. oh lachrymo præ gaudio.

Admirantis. Terentius in eunucho. papæ. facie honesta. & iterũ papæ. noua figura oris. Idem in andria. uah consiliũ callidum. Exclamantis. Lucanus. pro si remeasset in urbem. Terentins in andria. uah perii. hoc malum integrascit. & illud ex euangelio. uah qui destruis templũ dei. Ridentis. Teren. in andria. ah. ah. he. mirum uero. Idem in eunucho. ah. ah. ah. defessa iam misera sum te ridendo. Deridentis. Terẽ. in andria. hui tã cito? ridiculum. Idem in eunucho. hui mihi illam tu laudas? Silentis. Terẽ. in eunucho. au ne cõparandus hic quidẽ ad illum est. Idẽ in eadem. au obsecro mea pythias. Laudantis. Martialis effecte. grauiter. cito. nequiter. euge beate. & illud ex psalmo. Qui dicũt mihi euge euge. Vitantis. Terẽ. in eunucho. apagesis. egon formidolosus? Idem in eadem. apagete. Vocantis. Ouidius. ecquis io silue crudelius inquit amauit. Terẽ. in adelphis. oh. qui uocare. Deprehendentis. Teren. in andria. at at. hoc illud est? hinc illæ lachrymæ? Idẽ in eunucho. at at. data hercle uerba.

De coniunctione. Cap. xii. Vltima ex quattuor indeclinabilibus orationis partibus est coniunctio. cuius proprium est diuersas orationis partes cõiungere. Itaq; diffinitur coniunctio est pars orationis indeclinabilis connectens ordinansq; sentẽtiam. cõnectens inquã: quando simul res aliquas inesse significat. ut æneas pius & fortis. uel connectens uerba & disiungens sentẽtiam. ut æneas bonus uł malus. Ordinãs: quãdo alterum sequitur ad alterum. ut si currit: mouetur. Ex his manifestum est unde coniunctio dicitur.

Coniunctioni quot accidunt? Priscianus dicit tria. figura. ordo. species. quã alii potestatem: alii significationem appellant. Figuræ coniunctionis quot sunt? Duæ respõdet sicut in nomine. Ordo coniunctionis quotuplex est? triplex inquit. deinde membra diuisionis explicat. Potestates cõiunctionis quot sunt? & quia nõ habẽt certũ numerum: dicit esse complures: & enumerat quasdam ex iis quæ sunt magis notæ. hoc est copulatiuã. disiunctiuã. subdisiunctiuã. causalem. collectiuam. dubitatiuã. aduesatiuam. approbatiuã. copulatiuam. Causalis rursus diuiditur in continuatiuam. subcontinuatiuã. adiunctiuam & effectiuam. De quibus singulis ostendit & quæ sint: subiungens exemplum cuiusq;. Sed quia coniunctiones sub eadem uoce inueniuntur diuersarum potestatum siue significationũ: uisum est de singulis aliquid dicere: idq; secũdum ordinem alphabetarium: quo facilius uolenti inquirere occurrant. Ac igitur reperitur copulatiua. ut bonus ac sapiẽs. reperitur etiam posita pro q̃. ut Vergil. haud secus ac iussi faciunt. Salustius in iugurtha. Castra mouebat iuxta ac si hostis adesset. At pro saltem. aduersatiua est. Vergilius. vi. æñ. at ramum hunc agnoscas. est etiam exclamantis aduerbium. ut Hora. in epodo. at ō deorum quisquis

De erotymatis cõiunctionũ. Cap. xii.

T. quæ pars orationis est? Coniunctio.

Quid est cõiunctio? pars orationis indeclinabilis cõnectens ordinãsq; sententiã.

Vnde dicitur coniunctio? Ab eo quod cõiungat: & orationi pro uinculo interponatur.

Cõiunctioni quot accidunt? Tria. Figura. ordo. potestas. siue species. siue significatio.

Figuræ cõiunctiõis quot sunt? Duæ sicut in nomine simplex. ut at. et. Composita ut atq; etenim.

Et cuius figuræ est? Simplicis figuræ.

Ordo coniunctionis quotuplex est? Triplex. quædam enim semper præponuntur. ut et. ac. at. ast. aut. uel. nec. ne. neq;. Quædam semper postponuntur. ut que. ue. ne. quidẽ. quoq;. autẽ. uero. enim. Quædammodo præponũtur: modo postponuntur. ut atq;. igitur. itaq;. quoniã. quia. etsi.

regis tras. Vergilius. ii. æñ. At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis. Ast e diuerso copulatiua. Vergilius primo æñ. Ast ego quæ diuum incedo regina iouisq;. sed tantum poetice: quoniã. s. recipit at: ut cum breuis esset: produceretur. Atq; copulatiua est. Verg. pri. æñ. Atq; equidem memini teucrum sidona uenire. reperitur etiam

Et cuius ordinis est? Præpositiui.

Potestates cõiunctionis quot sunt? Cõplures

Copulatiua quæ sensum & uerba cõiungit. ut et. q;. atq;. quoq;. autem. uero. quidem.

Disiunctiua: quæ quamuis dictiones coniungat sensum tamen disiunctum habet. ut aut uel ue. siue. seu.

Subdisiunctiua. est q̃ uoce disiunctiuæ utrũq; adesse significat uel simul uel discrete. ut alexãder siue paris. dormit ul' legit toto die.

Causalis: quæ causam cõtinuationis explanat. ut quoniã. nam. namq;. enim. ut.

Collectiua: siue illatiua q̃ superiora colligit. ut igit̃. ergo. itaq;. quare. quapropter. quam obrem.

Dubitatiua: quæ dubitationẽ aliquã cũ interrogatione significat. ut an. ne. necne.

Aduersatiua: quæ aduersam sentẽtiam sequenti aut præcedenti monstrat. ut licet. quamq̃. quamuis. etsi. saltem.

Approbatiua: quæ rem aliquam approbat. ut si. siquidem. quando. quandoquidẽ. quidẽ.

posita pro q̃. Terẽ. in phormione. ne simili utamur fortuna: atq; usi sumus. Atqui inter collectiuas ponit̃ ã Prisciano. Terentius in eunucho. Atqui ita opus est. An dubitatiua simul est & interrogatiua. Verg. pri. æñ. an phœbi soror an nympharum sãguinis una. Idem in. iii. eloquar an sileã? inter an & aut Quintilianus hoc distare putat quod per aut nõ possumus interrogare. per an possumus. Aut disiunctiua est. Iuuenalis. aut dic: aut accipe calcem. Verg. ii. æñ. aut terebrare cauas uteri & tentare latebras. reperit̃ etiã copulatiua pro et. Autẽ reperit̃ copulatiua. ut abraham genuit isaac. isaac autẽ genuit iacob. iacob autem genuit iudam. reperitur etiam completiua. Cum reperitur causalis simul & adiũctiua. Verg. in buco. Cũ faciam uitulã pro frugibus: ipse uenito. Dum quoq; causalis siue adiũctiua reperitur. Vergilius. multa quoq; & bello passus: dũ conderet urbem. Ergo collectiua siue illatiua siue rationalis. Lucanus. ergo pari uoto gessisti bella iuuentus. reperit̃ etiã cõpletiua. Terentius. mihi ne? tibi ergo. Enim causalis reperitur frequenter. sed & cõpletiua. Vergilius pri. æñ. progeniem. sed enim troiano a sanguine duci audierat. Idem in eodem. hic tibi fabor enim: quando hæc te cura remordet. sed cum est causalis semper postponitur. præposita uero semper ponitur cõpletiue: sequente uero uel nõ sequente. Terentius in adelphis. enim non sinam. Idem in andria. enim uero daue nihil loci est segniciæ. Equidem reperitur approbatiua. Vergilius. nõ equidem inuideo miror magis. undiq; totis. Idem. xii. æñ. Equidem merui nec deprecor inquit. potest etiam poni completiue. Et ponitur cõpulatiue. ut æneas pius & fortis. ponitur etiam causalis pro quia. Quintilianus li. pri. harum uerba effingere imitando conabitur puer. & natura tenacissimi sumu seorum quæ rudibus animis percepimus. Reperitur etiã cõpletiua cũ præponitur sibiipsi. ut æneas & pius & fortis fuit. primũ enĩ & abundat: sed ponitur ornatus causa: quod & de reliquis copulatiuis & disiunctiuis dici potest. Etsi aduersatiua est: cui respondet tamẽ. Cicero in oratione pro milione. etsi uereor iudices ne turpe sit: & sequitur. tamẽ hæc noui iudicii noua forma.

Etiamsi aduersatiua est: quemadmodũ tametsi: quibus æque respondet tamẽ. Igit̃ itaq;. idcirco. collectiuæ siue illatiuæ siue rationales sunt. Cicero pro ligario. habes igit̃ quod est accusatori maxime optãdũ cõfitentẽ reum. Idẽ in eodẽ. itaq; quo me uertam nescio. ex superius nãq; dictis hæc inferũt̃. alias cõpletiuæ sunt. Immo illatiua quoq; est: sed e diuerso. ut Terẽtius dictũ puta. ĩmo aliud. Ne dubitatiua simul & interrogatiua ẽ. ut Verg. pri. æñ. qui teneãt nã inculta uidet: hoĩes ne fere ne. Idẽ i. xi.

Iusticiæ ne prius mirer: belli ne laborum. Dicimus etiam nõ ne pro an nõ? Vergilius in bucolicis. Nõne fuit satius tristes amaryllidis iras atq; superba pati fastidia. nõne menalcam? Iungitur etiam abscissa per cõpositionẽ cum aliis partibus orationis. Vergilius. iii. æñ. pyrrhin cõnubia seruas? pro pyrrhine seruas cõnubia. Idem in. x. Omnipotens genitor ãton me crimine dignum duxisti? pro tantone? Inuenitur etiam ne approbatiua: quod est quando nec dubitatiue nec interrogatiue ponitur. ut Horatius ii. ser. clarus erit. fortis. iustus. sapiens. ne etiam rex. Idem in eodem. o seri studiorum qui ne putetis. Reperitur quoq; ne causalis. & neu ã ne & ue cõposita. Verg. ii. æñ. ne recipi portis aut duci in mænia posset: neu populũ antiqua sub relligiõe tueri. Nec ne quoq; pro an nõ dubitatiue simul & ĩterrogatiue ponitur. Cicero pro flacco. utrũ uultis prætori flaco licuisse: nec ne? Nec neq; copulatiuæ sunt per abnegationẽ. ut si dixeris. Antonius nõ legit: neq; lecturus est: aut nec lecturus ẽ. Nam & namq; causales sunt. Vergilius. æole namq; tibi diuum pater atq; hominũ rex. reperiuntur etiã completiuæ. ut idem in. v. heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi. Quã reperitur electiue posita. Terentius in andria. Quæ inhoneste hic uoluit diuitias parare: q̃ honeste in patria paup uiuere. Quãuis & quãquã aduersatiuæ sũt: quibus respõdet tamen: quod aliquando subintelligitur. ut Verg. ii. æñ. Quamquã animus meminisse horret luctuq; refugit: incipiam. subaudi tamen. Quæ copulatiua est: ponitur etiã nonnũquam cõpletiue. Verg. v. æñ. Dixitq; & prælia uoce diremit. Quia subcontinua est: reperitur aũt in sacris litteris frequenter prout adiunctiua siue causali.

Quidem a Prisciano inter cõpletiuas ponitur: quod multis testimoniis confirmat. Itaq; miror tantam auiditatẽ fuisse Hieronymo Paulum apostolum reprehendendi. Tractans enim uerba illius quæ sunt scripta ad colossenses: nemo uos superet in humilitate mẽtis. Illud ĩquit quod crebro diximus etsi imperitus sermone: nõ tamẽ scientia: nequaquã Paulum de humilitate: sed de conscientiæ ueritate dixisse: etiam nunc approbamus. Et quod apostolus in eadem epistola subdit? quæ sũt rationem quidem habentia sapiẽtiæ. hoc ait loco quidem cõiunctio superflua est? quod in plerisq; locis propter imperitiã artis grãmaticæ apostolum fecisse reperimus. Neq; enĩ sequitur sed uel alia cõiũctio: quæ solet ubi quidem positum fuerat respõdere. nam quidem plærumq; aduersatiua reperitur. hæc Hieronymus. Quin teste Prisciano ponit̃ collectiue siue illatiue. Vergilius. x. æñ. Quin occidit una sarpedon mea progenies. ponitur etiam pro cur nõ præsenti indicatiui iuncta: & semp ĩterrogatiue. ut Persius. quin damus id superis de magna quod dare lance. Vergilius in bucolicis. Quin aliquid saltem: uiminibus molliq; paras detexere iunco. uterq; pro cur non. Ponitur & pro quod nõ cum subiunctiuo. Idem in iii. æñ. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispẽdia tanti: quin adeas uatem. Si adiunctiua est cum uerbo subiunctiuo adiuncta. ut si leges: eris doctus. Etiam si causalis siue continuatiua. ut si stertit dormit. si ambulat mouetur. Est quoq; approbatiua cum indicatiuo iuncta. Vergilius primo æñ. Si quid usquam iusticiæ est: & mens sibi cõscia recti. Idem in. ii. dii si qua est cælo pietas quæ talia curet. Reperitur etiam abnegatiua. Vergilius. xi. æñ. Tu nunc stares ĩmanis truncus in armis: esset par ætas: & idem si robur ab annis. Est autem coniunctio abnegatiua: quæ uerbis coniuncta posse fieri rem ostẽdit: sed propter causam aliquam ne fiat impediri. ut fecissem si potuissem.

Saltem aduersatiua est. Vergilius. iiii. æñ. Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset.

Completiua: quæ ornatus causa aut metri necessitate ponitur. ut quidem. enim. nam. nãq;. uero.

Causalis rursus diuiditur in cõtinuatiuã. subcontinuatiuam. adiunctiuã. effectiuam.

Continuatiua est: quæ continuationem & consequentiã rerũ significat. ut si cum. dũ. ubi.

Subcontinuatiua est: quę causã cõtinuationis ostendit cum essentia rerũ. ut quoniã. quia.

Adiũctiua est: quæ uerbis subiũctiuis adiungitur. ut si. ut. cum. ubi. quando.

Effectiua est: q̃ reddit causam effectus. ut enĩ

Igitur et cuius potestatis est? copulatiuæ.

Sed & sedenim copulatiuæ sunt ex aduerso. Vergilius pri.æñ. progeniem sedenim troiano a sanguine duci. *Seu & siue* disiunctiuæ sunt. Vergil.vii.æñ. Siue errore uiæ seu tempestatibus acti. Reperiūtur etiā subdisiunctiuæ. ut si dixeris: Alexander siue paris. atrides seu agamemnon. Tamen aduersatiua est respondens illis etsi. tametsi. quamuis. quamquam. Cicero pro millone. Et si uereor iudices: deinde sequitur tamen hæc noui iudicii noua forma & cætera. Reperitur etiam completiua cum superiori aduersatiuæ nō respondet. ut apud Papinium.xi.thebai. me miseram uinces: tamen hæc prius arma necesse est experiare domi. Tametsi aduersatiua est: quemadmodum eius simplex etsi. Tum copulatiua est iungitq; res pares cum succedit alteri tum. cum uero succedit coniunctioni cum: iungit aliquid quod maius est: ut Laurentius dilligentissime colligit. Ve & uel. disiunctiuæ sunt. reperitur etiā uel subdisiūctiua simul. ut Terētius in eunucho. uel rex semper maximas mihi gratias agere. pro etiam posuit. Reperitur et subdisiunctiua discrete. ut si dixeris toto die uel dormit uel legit. Vero copulatiua siue distributiua est: quia distribuit diuersas res diuersis personis. ut æneas fuit pius: ulysses uero callidus. Reperitur etiam completiua.

Vt causalis ē. ut si dixeris: uenio ut legam. exerceo te ut sis sanus. reperitur & adiūctiua. ut Terentius. si est inquit patrue ut antipho culpam in se admiserit.

De partibus oratiōis quæ aliæ pro aliis & pro se inuicē ponūtur. Cap.xiii. *Solet* turbare hoc plærumq; grāmaticæ artis ignaros: quod eandem particulā sub diuersis partibus orationis reperiunt. Itaq; cum singulatim de octo ptibus orationis disputatū sit: hoc in loco īducit caput in quo ostēdit quemadmodū particule quædam oratiōis ponūtur pro aliis q̄ in prima positione fuerant. atq; rursus quædam ponūtur pro seipsis inuicem. ut nomen pro nomine. pronomen pro pronomine. &c̄. Nomen igitur pro participio positum reperitur. ut apud Vergiliū.ii.æñ. sibila lambebant linguis uibrātibus ora. ubi *Seruius* dicit sibila pro sibilantia. nam participiū est. Idem primo geor. Corusca fulmina molitur dextra: quod eodē modo pro coruscantia exponit.

De partibus orationis quę alię por aliis & pro se inuicem ponuntur. Cap.xiii.

Væ partes orōnis alię ꝑ alijs ponūtur?

Omnes fere. quemadmodum:

Nomen pro participio. ut sibilus pro sibilās.
Nomen pro aduerbio. ut recēs. pro recenter.
Nomē pro īteriectiōe. ut īfandū uoce īcōdita.
Nomen pro cōiunctione. ut quare. quāobrem
Pronomē pro noīe ꝓprio. ut ego ꝑ antonius.
Pronomen pro aduerbio. ut hoc pro huc.
Pronomē pro cōiunctione. ut ideo. proptera.
Verbum pro nomine. ut amare pro amor. uiuere pro uita. Verbum pro aduerbio. ut amabo. sodes. Verbum pro interiectione. ut age agite.

Nomen pro aduerbio. ut recēs pro recenter. Vergil.iii. geor. Sole recēs orto: aut noctem ducentibus astris. *Salustius*. Coria recens detracta ueluti glutino adhærebant. Gellius libro.xi. Recens natis notum & familiarem uictum offert. Vergilius.ii.geor. Flos apprima tenax. pro apprime. & in eodē. densa fere pro dense. & in iii. asper acerba sonans pro acerbe. Nomen pro interiectione. Verg.i.æñ. Nauibus infandū amissis unius ob iram: neq; enī aduerbiū tantū est hoc in loco infandum pro infande: sed quia cū affectu mentis profertur incondita uoce: interiectio est. hoc enī tantū interiectio ab aduerbio distat: quemadmodū suis locis diximus. Nomen pro coniunctione. ut quare: quæ ex quis & res cōponitur. quamobrem. quapropter. ex nomine & præpositione. Pronomen pro nomine proprio. semper enī pronomē sic ponit: ut ex illius diffinitione manifestū est. sed suus sua suum plærumq; pro proprius a. um. reperitur. ut suum est hominis ridere. i. proprium. Pronomen pro aduerbio Verg.viii.æñ. Hoc tunc ignipotēs cælo descendit ab alto. ubi Seruius inquit hoc pro huc posuit secundū antiquū morē. nā antea hoc aduerbiū loci fuit: nunc aboleuit. sicut illo pro illuc. Pronomē pro coniunctione. ut ideo: quæ ab id & eo componitur.

propterea:quæ ex propter & ea:quapropter:quæ ex qua & propter. Verbũ pro nomine. Terentius in eunucho. Extrema linea amare non nihil est. pro amoris. Persius nostrum istud uiuere triste. pro uita tristis. Verbum pro aduerbio. Martialis. dic in quis rogo marce: dic amabo. nam aduerbium blandiẽtis est: quemadmodum & sodes: quo frequenter utuntur poetæ comici. Verbum pro interiectione. ut age pro eia. Vergilius. iiii. æñ. utrumq; coniunxit dicens. eia age rumpe moras. Idẽ in primo. quare agite o iuuenes. Verbum pro coniunctione. Lucanus in. vii. Omnia maiorũ uertamus busta licebit. pro quamnis. Martialis. Laxior hexaphoro tua sit lectica licebit. Ouidius. i. meta. Placeat sibi quisq; licebit. Horatius primo ser. Licebit ille repotia natales alios ue dierum. de licet pro quamuis ubiq; se offerunt exempla. Participium pro nomine. de hoc abunde sumus dicturi libro in sequenti: cum disputabimus quot modis participiũ transit in uim nominis. Participium pro aduerbio. Vergilius. vi. æñ. Ac bellua lernæ horrendum stridens. pro horrende. Præpositio pro aduerbio. Vergilius primo. æñ. Postquam introgressi & coram data copia fandi. Iuuenalis. fient fient ista palam: immo quẽadmodum sæpe diximus: quotiẽs præpositio non iungitur casibus: aduerbiũ est. Præpositio pro interiectione. ut pro cum circumflectit. quæ ut ait Priscianus interiectionis loco ponitur. Salustius in catalina. pro deum atq; hominũ fidẽ. Vergilius. iiii. æñ. pro iupiter ibit hic ait. Idem in bucolicis a silice in unda connixa reliquit. ubi Seruius inquit ad hoc pertinet præmissa dolentis iteriectio. sunt qui aspirationem in fine addant differentiæ causa. Præpositio pro coniunctione ut propterea quapropter. Aduerbium pro nomine. ut Martialis. lusistis satis est. & si dixeris satis est mihi diuitiarũ. Vergilius. vii. æñ. terrorũ & fraudis abũde est. Aduerbium pro cõiunctione. Idem primo æñ. hic tibi fabor eni. quado hæc te cura remordet. Coniunctio pro aduerbio. ut cum pro quãdo. immo frequenter aduerbium & coniunctio sibi cedunt: ita ut non facile quibusdam in locis discernere possis coniunctio an aduerbium sit aliqua particula orationis. Coniunctio pro interiectione. Horatius. ii. sermonũ. Vt pereat positum rubigine telum. nisi enim interiectiue pferas ut: frigidiuscule dixeris. quod alias erit concitatissimum.

Verbum pro coniunctione. ut licet licebit.
Participium pro nomine. ut sapiens. diligẽs.
Participiũ ꝓ aduerbio. ut horrẽdũ ꝓ horrẽde
Præpositio pro aduerbio. ut coram. palam.
Præpositio pro interiectione. ut pro. a.
Pręposito ꝓ cõiunctiõe. ut ꝓpterea. q̃propter
Aduerbiũ pro noĩe. ut satis est. abunde est.
Aduerbiũ pro cõiunctiõe. ut quãdo ꝓ quoniã
Cõiunctio pro aduerbio. ut cũ pro quando.
Coniunctio pro interiectione. ut ut.
Quæ partes orõnis ponũtur inuicẽ pro se ipis
Omnes fere. nomẽ pro nomine. ut dardanus pro dardanius. Verbum pro uerbo. ut populo pro populor. Participium pro participio. profusus pro profundẽs. Præpositio pro prępositione. ut in pro contra. Aduerbium pro aduerbio. ut hic loci: pro tunc temporis. Coniunctio pro coniũctione: ut uel pro et.

Quæ partes orationis. Nomen ponitur pro nomĩe. ut dardanus pro dadanius. hoc est primitiuum pro deriuatiuo. Vergilius. iiii. æñ. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto dardanus. i. æneas dardanius. & eodem modo per reliqua nominis accidentia. Verbum pro uerbo. ut populo pro populor. Vergilius. iiii. æñ. Ac uelut ingentem formicæ farris aceruum cum populant. Propertius libro. iii. Hic olim ignaros luctus populauit achiuos. pro eo quod est populantur & populati sunt. nam populo in sermonis latini usu frequenti non est: sed populor. multa quoq; alia uerba huiusmodi reperiuntur: quæ Nonius ex antiquorum usu diligentissime collegit. Participium pro participio. ut Salustius. alieni appetens sui profusus: pro profundens: nam participium est loco nominis positum. Præpositio pro præpositiõe. ut Vergilius. ix. æñ. ibat in eurialum: pro contra. Idem primo geor. Sub psum acturũ tenui sat erit suspẽ-

dere sulco: quod Seruius exponit pro circa. Aduerbiũ pro aduerbio. Vergilius primo æñ. Hic illius arma. hic currus fuit. pro illic. & hic aduerbium loci pro aduerbio temporis. Idem in eodem. constitit hic arcumq; manu celeresq; sagittas. hic posuit pro tunc. & notandum aduerbia loci plærumq; poni pro aduerbiis temporis: sed non contra aduerbia temporis pro aduerbiis loci. Coniunctio pro coniunctione. ut Terentius in phormione. ne simili utamur fortuna atq; usi sumus. atq; posuit pro q̃.

De syntaxi. Cap. xiiii. Cum tres libri superiores circa singulas orationis partes uersati sint: liber sequens cum breui cõmate huius libri tertii totus est de cõstructione: quæ græce syntaxis dicitur. Itaq; primo dicit quod sit syntaxis. & unde dicitur. quid cõstructio. quid oratio. Deinde orationem diuidit in quattuor formas. hoc est perfectam. imperfectam. finitã. infinitam quæ oĩa quoniam plana sunt: ad difficiliora properemus. Quid ẽ figura constructionis: quemadmodum ĩquit Seruius in. v. æñ. inter barbarismũ & lexin: hoc ẽ latinam elocutionem & perfectam metaplasmus est: qui uno sermone fit ratiõe uitiosus. Itẽ inter soloecismum & schema: idest perfectam sermonum connexionem figura est: quæ fit cõtextu sermonum fit ratione uitiosa. Ergo metaplasmus inquit & figura media sunt: & discernuntur peritia & imperitia. Sed de barbarismo & soloecismo: de lexi & schematis atq; metaplasmo: suo loco dicetur: nũc de figura: quomodo a Seruio accipitur figura: hoc est cõstructionis: agendum est. Dicit igitur figuram constructionis esse modum dicendi nouatum. hoc est a naturali & cõsueto sermone mutatum: atq; perinde uitiosum: nisi aliqua ratione excusetur: qui quidẽ modus uersat̃ circa grãmaticas constructiones. hoc est in contextu partium orationis. Quotuplex est figura constructionis: multo plures sunt figuræ constructionis q̃ octo: sed reliquis in alium locum relictis: de his quæ frequẽtius in usu reperiũtur differit: quas enumerat. Euocatio: q̃ græce eclẽsis uocatur: fit quotiens nomẽ tertiæ personæ reducitur ad primam uel ad secundam. Improprietas autem in hoc est: quod cum dico ego Antonius lego: Antonius quod alias est nomẽ tertiæ personæ sic cedit pronomini primæ personæ: quod uerbum huic nõ illi redditur. Excusatur aũt hæc improprietas:

De syntaxi & orationis constructione. Cap. xiiii.

Quid est syntaxis? scientia qua bona constructio a mala dignoscitur.

Vnde dicit̃ syntaxis? a syn quod est cõ & tatto ordino a quo est taxis: quasi coordinatio.

Quid est cõstructio? cõgrua dictionũ ordinatio congruã perfectãq; sententiã demõstrãs.

Quid est oratio? ut scaurus diffinit: ore missa & perdictiones ordinata pronunciatio.

Quotuplex est ordinatio? quadruplex. Perfecta: quæ perfectum sensum in animo auditoris generat: ut ego amo deum. Imperfecta: quæ imperfectum sensum in animo auditoris generat: ut si deum amaueris. Finita in qua uerbum finitum ponitur: ut ego amo. Infinita: in qua uerbum infinitum ponitur: ut me amare.

Quid ẽ figura constructiõis? Est aliqua rõne nouatus dicẽdi modus qui circa grãmaticas constructiones uersatur.

Euocatio est reductio tertiæ personæ ad primam uel secũdam. ut ego Antonius lego. tu ioannes audis. Et requiruntur quattuor in euocatione. persona euocans. persona euocata. remotio copulæ. & uerbum conueniens cum persona euocante.

Appositio est immediata duorum substãtiuorum coniunctio quorum alterum exponit alterũ. ut miraru molẽ æneas magalia quondã. & requirũtur duo in apppsitione. dictio apponens & dictio apposita.

quoniam uerbum ſemper digniori reſpōdere debet. Prima namq; perſona ordine naturæ dignior eſt ſecunda. & ſecunda tertia. Appoſitio quæ protheſis græce dicitur: eſt immediata duorum ſubſtantiuorum cōiunctio. & ponit exemplum ex primo æñ. Miratur molem æneas magalia quondam. Improprietas aūt in hoc eſt: quod duo ſubſtantiua ſine cōiunctione eſſe nō poſſint in oratione: ſed excuſatur uitium: quod dictio appoſita ſic iungitur apponenti: quaſi adiectiuum quod aliquid in ſubſtantiuo determinat & exponit. Prolepſis: quæ latine interpretatur præſumptio: eſt ut a Donato. atq; Diomede diffinitur: præſumptio rerum ordine ſecutarum. & uterq; ponit exemplū ex Vergilio in. xii. æñ. Interea reges ingenti mole latinus. Quadriiugo inuehitur curru. & ſequit̃ bigis it turnus in albis. hinc pater æneas romanæ ſtirpis origo. & iuxta aſcanius magnæ ſpes altera romæ: procedunt caſtris. Sed quemadmodū Priſcianus libro. xvii. qui eſt de conſtructione dicit: ſi in conſtructione diuiduorū per prolepſim præponitur uerbum plurale ad utrumq; ſequens: licet nominatiuum ante ferre. ut aquilæ uolauerunt: hæc ab oriente. illa ab occidente. Sin ad ea quæ diuiduntur uerba ſingulariter conſequantur: genitiuum oportebit præponi pluralem diuidendo. ut aquilarum altera uolauit ab oriente: altera ab occidente. Excuſatur aūt quia uerbum ſiue præpoſitum ſiue conſequens iure exigit ſibi nominatiuū. Eſt & prolepſis implicita quale eſt illud apoſtoli. Alter alterius onera portate. intelligitur enim quod alter portet onus alterius & alter alterius. ſimile eſt illud Vergilii ſecundo æñ. Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam. hoc eſt anchiſen in aſcanii & aſcanii in anchiſe. & creuſæm in aſcanii & aſcaniū in creuſæ & cætera. Eſt quoq; aliud prolepſis genus: cum id quod poſterius accidit: ante tēpus aſcribitur: quale eſt illud Vergilii. Lauinaq; uenit littora. Lauinum enim quemadmodum Diomedes & Seruius dicunt: nondum erat: quo tempore æneas ad italiam uenit. & apud Saluſtium. Montem ſacrum & auentinum inſedit: qui mons ob hoc quod illum plebs inſederat: poſtea ſacer dictus eſt. Syllepſis quæ latine interpretatur conceptio: a Donato & Diomede diffinitur ſic. Syllepſis eſt diſſimilium ac diuerſarum clauſularum per unum uerbum conglutinata cōceptio. ut Vergilius primo æñ. Hic illius arma. hic currus fuit. Idem in bucolicis. Sunt nobis mitia poma. caſtaneæ molles. & preſſi copia lactis. Eſt etiam ſyllepſis quotiens fit adductio indignioris ad dignius. quod tribus modis contingit. genere. numero. & perſona. genere ut maſculinum concipiat fœmininum. & neutrum. fœmininum concipiat neutrum. Numerus ut pluralis concipiat ſingularē. Perſona. ut prima concipiat ſecundam & tertiam. ſecunda uero tertiam. Quod uero dicit in conceptione requiri copulatiuam coniunctionem uel cum præpoſitionem: intelligendum eſt cum præpoſitio: quemadmodum ait iuriſconſultus: ponitur pro et. ut ſi dicas tu cum Antonio legitis: pro eo quod tu & Antonius. Tale eſt illud Vergilii. i. æñ. remo cum fratre quirinus iura dabunt. pro eo quod remus & frater. In illo uero quod Horatius dixit: tu quod ego & populus mecum deſideret audi: nulla eſt figura: nedum perſonarum conceptio. Quemadmodū ē diuerſo nimis licēter: atq; haud ſcio an tolerabiliter dictum ſit: quod legimus in euangelio Hieronymo interprete: pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Nam etſi numerorum & perſonarum conceptio recte facta eſt: ordo tamen illarum eſt inuerſus: qui debuit eſſe ego & pater tuus dolētes quærebamus te. Quod ſi hebraici ſermonis idoma illud tolerare poteſt: græcus tamen atq; latinus reformidat: de quo in prologo huius operis plura diximus.

Prolepſis eſt attributio proprietatis toti in ſuas partes diuiſo ut. Interea reges ingenti mole latinus & cætera. & requirūtur quinq; in prolepſi. hoc eſt totū. partes. diſtributio partium. proprietas. & ordo.

Syllepſis eſt diuerſarum dictionum ſub plurali proprietate conceptio. ut ego & tu docti legimus. & requirunt̃ quinq; in prolepſi hoc ē dictio cōcipiens. dictio concepta: copulatiua cōiunctio uł præpoſitio cū. uerbū uel nomen adiectiuū numeri pluralis. ꝓprietas concordans cum dictione concipiente.

Zeugma ẽ unius ꝓprietatis ad diuersas clausulas facta redditio. ut ego & tu & cicero scribit. & requiruntur tria. hoc est plura substãtiua: copula. proprietas quæ conueniat cum propiore substantiuo.

Antiptosis ẽ casus pro casu positio sub aliqua proprietate. ut urbem quam statuo uestra ẽ. & requiruntur tria. hoc est unum subiectũ. una proprietas. & quod casus ponatur pro casu.

Zeugma: quæ latine interpretatᷣ iugatio. siue iunctura. siue adiunctio est quemadmodum Donatus atq; Diomedes diffiniunt: unius uerbi conclusio diuersis clausulis apte coniuncta: addit Diomedes cum duo aut complura ad unam partẽ orationis iungenda referuntur. Fit autẽ per zeugma uariatio personarũ. ut ego lego. & tu. & Cicero. nmerorum. ut romani pugnant. & hannibal. personarũ. ut illud apostoli hebrei sunt & ego. Huius autem figuræ conuersio tribus locis poni potest. aut enim ponitur unum uerbũ ad quod sequentes sensus conferantur. ut est. uicit pudorem libido. timorem audatia. rationẽ amentia. aut cum in medio sensuum loco positum reperitur. ut apud Vergilium. iii. æñ. troiugena interpres diuum qui numina phœbi. qui tripodas clari lauros: qui sydera sẽtis: & uolucrum linguas & præpetis omnia pennæ. sentis enim uerbum tam primis q̃ ultimis iungitur. & ob id mesozeugma idest zeugma a medio nomiatur: aut cum uno uerbo sensus clauduntur: quale ẽ illud Ciceronis in catilinam. nihil te nocturnum præsidium palatii! nihil urbis uigiliæ. nihil timor populi! nihil concursus bonorum omnium! nihil hic munitissimus senatus habendi locus! nihil horum ora uultusq; mouerunt: omnes sensus superiores conclusit uno uerbo mouerunt: & inde hypozeugma dicitur: hoc est zeugma ab inferiori. Antiptosis dicitur ab anti quod est pro & ptosis casus. unde & Diomedes atq; Donatus dicunt solœcismum esse per casuum immutationẽ: cum uero subest ratio aliqua: figura est: quæ latissime patet. Atq; omissis quæ Marcellus colligit ex uario auctorum usu: nominatiuus ponitur pro genitiuo. Vergilius quinto æneidos. cressa genus pholoe. gemini circum hubera nati. i. generis cretensis. Gellius libro. xviii. Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti. i. omnis generis. & in digestis titulo de fundo instructo eadem ratione ponitur accusatiuus pro genitiuo. nisi forte & nominatiuus est: in lege cuius initium est. quæsitum. suppellecticarios ĩquit: & cæteros id genus seruos. pro eius generis. Liuius quoq; apud Priscianum. quando duo inquit consules eius anni alter morbo: alter ferro perisset: suffectum consulem negabant comitia habere posse. duo ordinarii consules dixit pro duorum consulum ordinariorũ. Nam quemadmodum diximus in prolepsi: si ad ea quæ diuidũtur: uerba singulariter consequãtur: genitiuum oportet præponi pluralem diuidendo. Nominatiuus quoq; ponitur pro uocatiuo. Vergilius primo æneidos. gnate meæ uires. mea magna potentia solus. Plinius septimo natu. histo. Salue primus omnium parens patriæ appellate. Nominatiuus pro ablatiuo. Cicero in lælio. quid enim indigens aphricanus mei. pro in quo. & illud ex euangelio. si quid aliquem defraudo: reddo quadruplum. pro in aliquo. Genitiuus pro nominatiuo. Cicero in primo de diuinatione. cum illius diei mihi uenit in mentem: pro ille dies: quod exemplum inter idiomata sermonis latini Diomedes posuit. Idem quoq; Cicero in uerrem. ita uelim mihi deos propicios: ut cum illius mihi temporis uenit in mentem. pro illud tempus. Valla aliquod substantiuum in his clausulis subintelligendum esse opinatur: puta conditio. aut status. aut fortuna. Genitiuus pro nominatiuo uel accusatiuo ex figura græca. Terẽtius. quot illic hominũ litigant. pro quot homines. Idem. dii boni boni quid porto! pro quod bonum. Horatius primo sermone. ille repotia. natales alios ue dierum. pro alios dies. Genitiuus pro ablatiuo. Cicero ad herennium. oratoris officium est iis de rebus posse dicere: quo ad eius fieri poterit. idest ab eo. Datiuus pro accusatiuo & præpositione. Vergilius primo æñ. inferretq; deos latio. idest in latium. & in eodẽ uẽturũ excidio libyæ. i. in excidiũ. Accusatiuus pro nomiatiuo. Vergilius pri. æñ.

Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt.pro urbs. Vocatiuus pro nominatiuo. Septimus caſus pro genitiuo.Vergilius primo æñ.Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.pro præſtantis corporis. Plinius libro.vii.natura.hiſto. Gentem ſilueſtrem ſtridoris horrendi.hirtis corporibus.oculis glaucis.dẽtibus caninis. Alia ratione Plautus in caſſina poſuit ſeptimum caſum pro genitiuo.habet inquit gladium ſed duos.quibus altero te occiſurum ait:altero uillicum.quibus dixit pro quorum.

Syntheſis græce latine interpretatur compoſitio.quæ quotiens fit ſolœciſmus eſt:niſi aliqua ratione excuſetur.ut Vergilius primo æneidos.Pars in fruſtra ſecant:uerubuſq; trementia figunt. pars poſuit pro alii. Horatius.Iactamus iam pridem omnis te roma beatum.omnis roma poſuit pro omnes romani.Terẽtius ĩ adelphis.aperite aliquis actutũ oſtium.pro aliqui ex uobis aperiãt. Apuleius.iii.floridorum. ingẽs hominũ frequentia conuenere. pro homines frequentes.

Synechdoche.græce iterpretatur comprehenſio.& eſt quotiens id quod eſt partis datur toti.ut niger capillos.ꝑ eo quod eſt habens capillos nigros.dicit autem poſſe fieri per uerbũ ſubaudi neutrum aut paſſiuũ. Vergilius tertio georgi. Micat auribus & tremit artus:Idem primo æñ.Expleri mẽtem nequit ideſt non habet mentem expletam. Idem quinto. Flauaq; caput nectentur oliua.per participium. Vergilius primo æneidos.Nodoq; ſinus collecta fluentes.hoc eſt habens ſinus fluentes collectos. Per nomen adiectiuum.ut idem in eodem: nuda genu.ideſt habens genu nudum.Haratius in carmi.quam notã duxit uiuens uideri.cætera fuluus. Hæc figura quanq̃ poetis tantum ſit permiſſa:utuntur aliquando illa & hiſtorici:qui nonnunq̃ in genere dicendi poetas imitantur.Liuius.xxii. ab urbe.atuero hannibal ipſe dum murum incautus ſubit:aduerſum femur tragula ictus cecidit. Pomponius mela de britannis.ultro inquit corpora infecti.Idem alio loco.ſarmatæ totum brachati corpus:& niſi qua uidẽt ora tecti.Apuleius pri.meta.Tremore inquit uiſcera quatior.

Syntheſis eſt attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis:quod fit non gratia uocis ſed ſignificati.ut pars in fruſtra ſecant. & requiruntur tria. hoc eſt unum ſubiectũ uel plura copulata.proprietas. & attributio proprietatis concordans cum ſignificato & non cum uoce.

Synechdoche eſt attributio partis ad totũ ſub proprietate uerbi.uel participii. uel nominis adiectiui.ut expleri mentem nequit.nuda genu.nodoq; ſinus collecta fluentes. & requirũtur tria.hoc eſt totũ. proprietas.& pars in accuſatiuo poſita.

Liber quartus. Quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt: præceptiuæ grammati-
cæ partes ſunt quattuor. Orthográphia quæ de littera. Proſódia quæ de ſyllaba.
Etymologia quæ de dictione. Syntaxis quæ de octo partium orationis conſtructione
diſputat. De littera pauca in eodem libro tetigimus: quia eius conſideratio per ſingu-
las fere dictiones ſpargitur: atq; ex libris quos de uocabulorum ſignificatione partim
edidimus: partim edituri ſumus petenda eſt: quandoquidem ſingularia ſub generali-
bus præceptis comprehendi non poſſunt. De ſyllaba copioſius libro in ſequenti diſſe
retur. De etymológia parte illa quæ circa ſingularum dictionum accidentia uerſa-
tur: tribus libris ſuperioribus per omnia fere diſputatum eſt. Nam deriuatiões ſigni
ficationeſq; ad memoratos uocabulorum libros refertur. De quarta grammatices
parte quam græci ſyntaxin: nos partium orationis ordinem ſiue cõſtructionem uoca
mus: in hoc quarto libro diſputabitur. Reſumentes in primis quæ de combinatione
adiectiui cum ſubſtantiuo: relatiui cum antecedente: nominatiui cum uerbo primo li
bro ſcriptum eſt: quodq; in fine libri ſuperioris de figura conſtructionis diximus. Igi
tur primum præceptum conſtructionis: id quod libro primo diximus: propemodũ na
turale eſt: quod adiectiuum & ſubſtantiuum in tribus conueniunt in genere. numero
& caſu. Quod ſi adiectiuum cum ſubſtantiuo in illis tribus non conueniret: ſoloeciſ
mus eſſet manifeſtarius: niſi aliqua ratione uitium illud excuſaretur. ut Cicero ad at
ticum. Solius enim meum peccatum corrigi nõ poteſt. Idem pro murena ex tuo ipſius
animo cõiecturam aperis. Idem in piſonem. Dico mea unius opera rempublicam libe
ratam. Et illud ex euangelio lucæ. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Excuſa
tur autem hoc uitium: quod genitiui illi ſolius. ipſius: unius. ad genitiuos ſubſtanti-
uos referuntur: qui receſſerunt ab uſu: in quorũ locum ſubſtita ſunt pronomina poſ-
ſeſſiua: quemadmodum libro primo diximus: & infra cum de conſtructione uerborũ
impersonalium intereſt & refert dicturi ſumus agetur. Nam quod Cicero i tertio de
oratore dixit: uoluntati ueſtræ omnium parui: non poteſt eadem neceſſitate excuſari:
cum potuiſſet dicere uolũtati ueſtrum omnium parui. Illud uix tolerabile: quod Oui
dius in epiſtola oenones ſcripſit. & fleſti & noſtros uidiſti flentis ocellos. Nam & no-
ſtros poſuit pro meos. & meos pro mis: flentis uero: quem genitiuum eſſe ex ſyllabæ
quantitate deprehenditur: non ad uocem: ſed ad ſignificationẽ rettulit. Quod ſi poſt
illa pronomina poſſeſſiua: quæ pro ſubſtantiuorum genitiuis ponũtur: alterum ſub-
ſtantiuum ſequatur in genitiuo: intolerabilis erit cõſtructio: quale eſt illud Boecii in
primo de conſolatione. Solantur mæſti nunc mea fata ſenis. Et illud ex tertio libro re
gum. tulit filium meum de latere meo ancille tuæ. Et illud quoq; Pauli apoſtoli in
prima epiſtola ad corinthios. Salutatio manu mea pauli. niſi forte ſit appoſitio duo-
rum ſubſtantiuorum pro mis ſenis. mis ancillæ. mis pauli. Neq; enim potuit dici mis
ſenis. meæ ancillæ. mei pauli. qui error eſſet ſimilis illi: cuius merito Valla Priſcia-
num refellit dicentem. mei Priſciani eges. tui Priſciani egeo. ſignificabat enim idem
quod meo Priſciano eges. tuo Priſciano egeo. nõ me Priſciano eges. te Priſciano egeo
Ablatiui præterea numeri ſingularis horum nominum ſiue participiorũ præſens.
abſens. iungũtur cum ablatiuis pluralibus quorundam ſubſtantiuorum. ut apud Te-
rentium in eunucho. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. pro ab
ſentibus nobis. Plautus in amphitryone. Neq; nobis præſente aliquis quiſquam niſi
ſeruus. Pomponius attelanarum ſcriptor. quid enim apud forum præſẽte teſtibus mi
hi uendidit. pro præſentibus teſtibus. Næuius. Volumus dona dare præſente omni-
bus: pro præſentibus omnibus. Actius eſt res aliqua quæ præſente his prius matura
inſtitit. pro præſentibus his. Præterq̃ auctoritate poteſt excuſari hoc uitium illa rati-
one Marcelli: qui putat has dictiones abſente præſente formæ eſſe monaptotæ Ge-
nera quoq; & numeri confunduntur. cum non ad uocem ſed ad rem adiectiuum re-
fertur. ut Vergilius ſeptimo æneidos. Pars arduus altis puluerulẽtus equis furit. Idẽ
in quarto. Pars grandia tendunt obnixe frumenta humeris. Et Horatius in primo ſer
monum. Legati miſſi magnis de rebus uterq;. & Ouidius de remedio. utraq; formo-
ſæ me iudice ſunt uenerãdæ. Idem in epiſtola œnones. Miſcuimus lachrymas mæſtus
uterq; ſuas. Huc etiam pertinet illud Vergilii. xii. æñ. Dant ſonitum ſpumoſi amnes

& in æquora currunt quisq; suum populatus iter. Idem in eodem. pro se quisq; uiri
summa nituntur opum ui. Et illud Liuii. ausi sumus cum parentibus certare quæq; ci
uitas suis. Gerundium quoq; adiectiuũ genitiui singularis posse iungi cum substan-
tiuo plurali suo loco dicemus. Construuntur etiam inter se genera diuersa ut Ver
gilius. Dulce satis humor depulsis arbutus hedis. & quod sequitur. Triste lupus stabu
lis. maturis frugibus imber. ubi dulce & triste diuersis generibus copulant. Illud quo
q; Lucani in primo. hinc leges & plebiscita coactæ. Relatiuum. duplex est relatiuũ
alterum substantiæ: alterum accidentis. Relatiuum substantiæ est quod refert antece
dens substantiuum: qualia sunt qui. quæ. quod. suus. sua. suum. & alia pronomina re-
latiua: quæ dicũtur identitatis. Sunt & alia relatiua quæ dicuntur diuersitatis. ut ali-
us. alter. reliquus. cæter cætera cæterum. si cæter uspiam reperiatur. Relatiuum ac-
cidentis est: quod refert antecedens adiectiuum. cuiusmodi sunt. qualis. quãtus. quo-
tus. cuias. Relatiuum accidentis cum antecedente debet conuenire: si nõ sequatur
alterum substantiuum cum quo iungi possit. ut si dicas misi tibi libros mendosos qua
les mihi dederas. Quod si alterum substantiuũ sequatur. cum illo debet conuenire:
ut est animal uarium qualis est mulier. est templum magnum. quantus est mons. Hora
tius tamen in epódo singulari exemplo relatiuum accidentis antecedenti rettulit di-
cens. Sed incitat me pectus & mammæ putres: equina quales ubera. Relatiuum ue-
ro substantiæ cum antecedente debet in genere & in numero cõuenire: ut ego amo:
qui doceo. Si tamen quis uel qui inter duo ponatur substantiua: utriq; illorum referri
potest. ut si dixeris. est animal quod appellant orygẽ. uel quẽ appellãt orygem. si tamẽ
substantiuũ quod sequitur: nomen est proprium: relatiuum illi debet respondere. ut
Salustius in catilina. Est locus in carcere: quod tullianum appellatur. & Liuius. anxur
fuit: quæ nunc sunt terracinæ. Et Paulus in epistola ad galatas hieronymo interprete
Semini tuo qui est christus. Vergilius primo æñ. Est locus hesperiam graii cognomĩe
dicunt. ubi Seruius notat debere subintelligi quam & nullo modo quem. Soloecismũ
tamen fecit Ennius apud Diomedem: cum inquit. Quis tu es mulier: qui me insuero
nuncupasti nomine. qui dixit: pro quæ. Sed quemadmodum hoc uitium intolerabi
le est: ita illud excusari potest: quod Boecius de cõsolatione scribit. Nihil imbecillius
homine: quos morsus muscularum necat: nam cum homo indiffinite significet: rettu
lit ad singulos qui sub specie humana continentur. illud quoq; Salustii in catilina. In
terea seruitia repudiabat: cuius initio ad eum magna copia concurrebat. cuius dixit
pro quorum. excusari potest: quod seruitia pro seruis singulari numero caret. quod si
haberet: ita dixisset seruitium pro seruis sicut iuuentutem pro iuuenibus: sed hoc in
singulari dicimus: illud tantum in plurali: uel potius dixit cuius substantiue in gene
re neutro: pro cuius rei: quale est illud Terentii in eunucho. qui habet salem: quod in
te est. i. quæ res. Ad rem quoq; non ad uocem refertur quandoq; relatiuum. ut apud
Terentium in andria. Laudare omnes fortunas meas qui haberem gnatum tali inge-
nio præditum: meas dixit pro mis ea ratione quam supra diximus in pronominibus
possessiuis subintelligi genitiuos illos: quorum in locum successerant. Ergo laudare
pro laudabant omnes fortunas meas. i. mis. qui haberem gnatum &c̃. E contrario
Idem in eadem. Si quisquam est q placere se studeat bonis q̃ plurimis: in his poeta no
men profitetur suum. excusatur uitium quod quisquam ad plures pertinet.

Nominatiuus & uerbum. Soloecismi quoq; fiunt contra hoc præceptum: sed excu-
santur: aliqua una ex figuris de quibus in fine libri superioris dictum est.

Liber quartus de constructione. Quemadmodum omne uerbum personale ante se
cum nominatiuo construitur: ita post se uarios casus recipit: quam rem nunc aggredi
mur: ab illo potissimum faciẽtes initium: quod uerba partim sunt personalia: partim
impersonalia. Itaq; personale & impersonale duo prima genera sunt uerborum: cum
Diomedes atq; Donatus partim ad significationem nerborum: partim ad modos uer-
bum impersonale referant. Illi namque ad quinque genera uerborum siue significa-
tiones addunt sextum quod appellant impersonale: & ad quinq; modos sextum quem
æque uocant impersonalem. Nos tamen qui significationem in quinq; genera: & mo
dos in numerum quinarium diuidimus. prima diuisione uerbum in personale &

In impersonale partimur.ut sit illud personale cuius tempora per numeros & personas explicantur: impersonale cuius tempora numeris & personis carent. Differt autem ab infinitiuo modo:qui æque numeris & personis caret:quod infinitiuus uerbum alterius modi desiderat:impersonale non indiget uerbo alterius modi:quin potius ipsum libere per omnes modos spargitur. Sed uerbi impersonalis consideratione in alium locum reiecta:uerbum personale in quinq; genera ut dialectici dicũt subalterna diuidimus.actiuum.passiuum.neutrum.deponens.cõmune.de quibus singulatim differentes dicimus. Actiuũ uerbũ esse illud quod in.o.desinit:habetq; passiuum in.or.Hæc diffinitio non omnia sed plæraq; huius generis uerba complectitur. Nam audeo.es.uolo uis.facio.is.& do das.actiua esse nemo dubitat:quæ tamen in uoce passiua non habent audeor.uolor.facior.& dor.illa quoq; defectiua odi odisti.noui nouisti.memini meministi.cœpi cœpisti.inter actiua proprie numeranda sunt:quandoquidem cum accusatiuo construuntur:quæ tamen neq; uocem actiuam in.or. neq; passiuam in.or.habent. Ft exigit ante se nominatiuũ.hoc cõmune est omnibus uerbis personalibus. pro persona agenti uel facienti.hoc propriũ est uerbi actiui uel neutri actionem significantis.Nam reliqua uerborum genera possunt etiã passionem significare: exigunt q; ante se nomĩatiuum pro persona patienti. ut exulo exulas. lætor lætaris.criminor criminaris. Accusatiuum in persona patienti.hoc etiam communi & deponẽti cõmune est: nisi quod omnia actiua possunt construi cum accusatiuo:non tamen omnia sed quædam cõmunia & deponẽtia. Quod uero dixit in persona agenti uel facienti:nõ ociose dictum est.Nam differentia illa inter agere & facere:qua utitur Aristoteles sexto ethicorum & nono metaphysicorũ:nõ solum a philosophis:uerumetiam a studiosis linguæ latinæ obseruatur: ut facere sit rerum in materiam exteriorem transeuntium:ut feci domum.feci librũ feci opus.agere uero est rerum Immanentium.ut ago fortiter. ago prudenter.ago orationem. Ego hoc loco non possum satis mirari:quæ dementia grammaticos ceperit partim iuniores:partim etiam quosdam ex antiquioribus:ut uerbum actiuum diffiniant: quod potest construi cum accusatiuo nominum significantium animal rationale. Neq; enim aliam ob causam illos hoc scripsisse arbitror:nisi ut difficultatem augerent iis in rebus in quibus nulla erat difficultas. Nam quid per deum immortalem obsecro te: ad grammaticũ rei litterariæ præsertim adhuc rudem scire attinet: quid sit transire in animal rationale:quid in animal rationale! Aut si dicere possumus ego exerceo terram:tu feminas agrum:ille comedit panem:cur etiam si rerum natura non patiatur:nõ possumus dicere:ego aro mulierem:tu feminas filios.ille comedit puerum.atq; in uoce passiua: ego aror:quemadmodum apud Ouidium secundo meta.tellus dicit: totoq; exerceor anno.pro aror:sicut Vergilius primo georgicorũ. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis.Et quod Paulus ad timotheũ.c.iiii.scribit:ego eni iã delibor. Quod si feminor a patre:comedor alamia:& similia dicere non possumus:quoniam illud dici posse rerũ natura nõ patit:at licebit dicere:ego nõ arot. nõ feminor. nõ comedora

Liber quartus de constructione octo partium orationis. Capitulũ primũ de constructione uerborum actiuorum post se.

u

Erba partim sunt personalia:partim impersonalia. Personalia sũt quæ habẽt numeros & personas. Impersonalia:quæ carent numeris & personis:de qbus postea dicemus.Personalia rursus in quinq; genera diuidũtur.actiuũ.passiuum.neutrum.deponens.cõmune.

Actiuum uerbum ẽ illud quod desinit in.o. & habet passiuum in.or.& exigit ante se nominatiuum in persona agenti uel facienti & accusatiuum in persona patienti eius cõplures sunt species.

ſed neq̃ arari nec ſeminari nec comedi poſſum. Neq̃ illud dici poſſet aſinus centi-
pes uolat. bos alatus diſputat. uulpes arguta cauillatur. Et non intelligunt homíes
perditi aliud eſſe grammatice loqui: aliud uerum a falſo diſtinguere: quod proprium
eſt dialecticæ. Pari ſtulticia ſunt qui rem neq̃ philoſophis quidem omnibus perſpe
ctam conantur ad grãmaticen traſferre: quo miſerorum ſimpliciumq̃ puerorum inge
nia uexent torqueantq̃ in re: quæ nihil ad illos pertineat. Aiunt namq̃ uerba illa me
tuo. timeo. formido. & quæ ad ſenſus exteriores interioreſq̃ pertineant: qualia ſunt
uideo. audio. tango. intelligo. ſentio: conſtrui cum nominatiuo in perſona patienti: &
cum accuſatiuo in perſona agenti uel facienti. ut ſi dixeris ego uideo lapidem: quia la
pis ſenſum uidendi moueat: idcirco agere putandus ſit. Hoc eſt ſimplicitatem pue-
rilem erudire: an nugis uel potius nebulis quibuſdã inuoluere? aut cum dicitur ego
uideo lapidem: quomodo puer intelliget lapidis ſpeciem oculos meos mouere: cũ etiã
inter philoſophos ſint qui dicant: uiſionem per radiorum ex oculis emiſſionem fieri?

Eadem ratione pauca admodum uerba eſſent: quæ nõ haberent ſignificationem in
uerſam: ut in uoce actiua perſona agens uel faciens ſit in accuſatiuo: atq̃ e diuerſo pa
tiens in nominatiuo: cum præſertim philoſophi dicant: quod omne agens agendo pa
titur. hoc enim modo qui aliquid amat: ab illo patitur: cum amor ut phyſici dicũt affe
ctus: uel ut iuniores dicunt paſſio ſit. Sed hoc nõ magis ad grãmaticum pertinet: quã
uerum a falſo diſtinguere: cum hoc ad dialecticum ut diximus: illud ad philoſophum
pertineat. Cuius hoc eſt uerbi actiui complures ſunt ſpecies: ſiue gradus. ſiue ordi
nes. ſunt enim ſex. Nam cum ſit uerbi actiui proprium poſſe cũ accuſatiuo conſtrui
aut conſtruitur tãtum cum accuſatiuo. aut cum accuſatiuo & genitiuo. uel datiuo. uł
altero accuſatiuo. uel ſeptimo caſu. uel ablatiuo cum præpoſitiõe a. uel ab. ex quo fit:
ut uerbi actiui ſex ſint ſpecies. Species autem non eo modo accipimus: quo grãmatici:
qui in ſingulis partibus orationis ponunt ſpeciem pro illa forma: qua primitiuum a
deriuatiuo diſtinguitur: ſed quo dialectici: qui generi ſupponunt ſpecies: ut cum ſint
quinq̃ genera uerborum: quodlibet genus rurſum diuidatur in ſpecies.

Prima igitur uerborum actiuorum ſpecies eſt. quæ poſt ſe conſtruuntur cum accu-
ſatiuo tantum. ut amo uxorem. doceo filios. non quod ullum ſit uerbum quod præter

Prima ſpecies uerborum actiuorum eſt: quæ
poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantũ:
qualia ſunt.
Amo. as. aui. por amar cõ paſſion i aficion.
Redamo. as. aui. por amar al que nos ama aſſi.
Deamo. as. aui. por mucho i con aficion amar
Adamo. as. aui. por amar como enamorado.
Diligo. is. exi. por amar cõ razon i eleccion.

accuſatiuũ non poſſit alios quo
q̃ caſus recipere: ſed quod plæ-
rumq̃ accuſatiuo contentũ ſit.
ut ego amo uxorem uoluptati
amore quodam ſingulari. doceo
tibi filios grammaticam tanti:
quanti alius dialecticam. Atq̃ e
contrario nullum uerbum eſt:
quod nõ poſſit abſolutum repe
riri. ut Ouidius. prima mihi nu
trix æoli dixit amas: neq̃ enĩ ex
preſſit quem amaret. Poſuimus
aũt ĩ qualibet ſpecie pauca uer-
ba illa præcipue in quibus aliqua differentia eſt: nam reliqua a lexico illo noſtro diffu
ſiori repetenda ſunt. Amo amas. interamo amas. redamo. as. deamo. as. adamo. as.
diligo diligis. colo colis. hoc inter eſt: quod amare eſt uehementer atq̃ affectu quodã
cæco & immoderato aliquid amore proſequi. Redamare uero eſt repẽſionem in amo
re facere: ut Apuleius in libro de philoſophia. nec reciprocari queant ut ament: quæ
redamantur. Deamare eſt adhuc uehementius & pluſquam amare. ut apud Terenti-
um in heauton. Deamo te inquit ſyre. Adamare ẽ idipſum facere. ſed laſciuiori quo-
dam atq̃ amatorio modo: quæ differentia uel Quintiliani uerbis oſtenditur in declã-
matione pro uxore. Matres inquit liberos ſuos tanquam adamarint amant. & quomo-
do id fiat: ſubiungit. Videbis oculos nunquam á facie uultuq̃ deflectere. comere ca-
put. habitumq̃ componere: & quæ ſequuntur. Cicero tamen in epiſtola ad Curio-
nem pro amare tantum poſuiſſe uidetur: cum ſcribit: quarum laudum gloriam ada-
maris. Diligere uero rationem quandam atq̃ electionem præ ſe fert. ut diligere ſit
opus rationis: Amare uero eius partis irrationalis qua concupiſcimus. Vnde &

In facris litteris frequentior eſt uſus dilectionis q̃ amoris: quod huic paſſio: illi uero
ratio ſubeſt. Cicero in epiſtola ad Brutum. L. clodius ualde me diligit: uel emphati-
coteron. i. expreſſius: ualde me amat. idem alio loco. Dolobellam antea diligebã: nũc
etiam amo. Atq̧ adhuc alio loco. ſic igitur facies: & me amabis: aut quo ſum cõtẽtus
diliges. Colere eſt ſuperiores gradu ac dignitate cum obſeruãtia quadam amare: quã
differentiam diſticho illo Martialis oſtendit. Vis te ſexte coli: uolebam amare. Sed ſi
te colo ſexte: non amabo. Nam omiſſo ſenſu turpiori in quo plærisq̧ uolunt uideri in
genioſi: hoc uult poeta ſignificare: cum amicicia teſte Ariſtoiele non poſſit eſſe niſi in
ter æquales: o ſexte tu uis coli. tanquam ab amico inferiori: ego uolebam amare te tan
quam æqualem. Sed ſi colo te: quaſi maiorem amicum: non amabo te: quia iam non es
æqualis: ea ratione qua uis a me coli & obſeruari. Colo colis colui. præter eam
ſignificationem quam ſupra memorauimus: ſignificat etiam exercere uel adornare:
unde & agricolas & colonos di-
cimus: qui colũt agros: & faciẽ
colere fœminæ dicũtur. Eſt etiã
colere habitare. ut apud Vergi-
lium ĩ bucolicis. Pallas quas cõ-
didit arces: ipſa colat. & Iuuena
lis. nos colimus urbem tenui ti
biicine fultam. Traho. is.
traxi. eſt uiolenter raptare. du-
cere uero eſt iis quæ ſponte ſe-
quuntur quaſi ductum exhibe-
re. quam differentiam ſeneca in
epiſtola. cviii. ad Lucil. oſtendit
dicens. fata uolentem ducũt no
lentem trahunt. Aduco præ-
terea compoſita deduco & redu
co: præter generalem ſignifica-
tionem ſignificant etiam ſpeci
aliter comitatus officium alicui
præſtare. Horatius primo ſer-
monũ. occurram in triuiis. de-
ducam. Martialis. dum te proſe
quor & domum reduco.

Inter deducere quoq̧ nauem
& ſubducere nauem eſt differẽ-
tia: quod deducere eſt ex nauali
in aquam immittere. Vergilius
tertio geor. Deducunt ſocii na-
ues. Idem in quarto. Et littore
celſas deducunt toto naues. Liuius. xxiii. ab urbe condita. nauibus longis ad caralis
ſubductis. & paulo poſt nauibus longis deductis. Vergilius primo eneidos. Vrbem
quam ſtatuo ueſtra eſt: ſubducite naues. Agere quoq̧ oues. boues. capras eſt quaſi an-
te ſe cogendo impellere. Ouidius primo meta. Hac agit ut paſtor per deuia rura capel
las. Vergilius in bucolicis. En ipſe capellas protinus æger ago. hanc etiam uix tityre
duco. Nam capram illam quæ partu ſoluta erat: deducebat ideſt ſe illi ducem exhibe-
bat: uixq̧ ſequi poterat. reliquas agebat. Eſt etiam agere equũ. aſinum. mulam. illos
tergo inſidendo moderari. ut in epigrammate illo Martialis: quo plæraſq̧ huius uer-
bi ſignificationes complexus eſt poeta. Semper agis cauſas: & res agis attale ſemper.
Eſt nõ eſt quod agas: attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt: agis attale mulas. At-
tale ne quid agas deſit: agas animã. Sed quemadmodum ducere & trahere & agere di-
cimur illa q̃ nõ ſuſtinemus noſtro corpe: illa portare. ferre. baiulare. gerere. dicimur
q̃ nobiſcũ & in aliq̃ corpis parte hẽmus. Vehere aũt ea tñ q̃ humeris aut capite porta
mus. ſic equuſ uehit ſeſſorẽ. nauiſ nautã. & illud ouidii. i. meta. fuluos uehit ũda leões
& Verg. vi. æñ. hi quos uehit unda ſepulti. Quæ uehũt dicũt ẽt portari. ferri. baiulari

Colo. is. lui. por amar al maior en dignidad.
Colo. is. por labrar. afeitar. o morar.
Traho trahis traxi. por lleuar o traer arraſtrã-
do i por fuerza.
Duco. is. xi. por lleuar o traer guiando.
Deduco. is. por acõpañar a otro deſde ſu caſa.
Reduco. is. por acõpañar a otro haſta ſu caſa.
Deduco. is. por echar las naues al agua.
Subduco. is. por ſacar las naues del agua.
Ago agis. por lleuar delante de ſi como gana-
do antecogido.
Ago agis. por lleuar la beſtia caualgando enci
ma della.
Veho. si. uexi. por lleuar o traer encima deſi.
Porto. as. aui. por lleuar o traer en ſu cuerpo.
Fero fers. gero. is. baiulo. as. por aq̃llo meſmo.
Inchoo. as. aui. por comenzar alguna coſa.
Incipio. is. incepi. por comenzar como quiera.
Ineo. is. initui. por comẽzar algũa coſa notable

Vergilius primo eneidos. Portantur auari pygmalionis opes pelago. sed quod manu portatur: non recte dicetur uehi. Inchoo inchoas. semper cum accusatiuo construitur: unde & Diomedes inter idiomata incusatiui illud posuit. Vergilius tertio georgi. Te sine [nil altum mens inchoat. Idem. vi. æñ. nocturnas inchoat aras. Hinc Georgius merula iure galeotum martium preceptorem meum refellit: quod in titulo cuiusdam operis sui scripsit: liber inchoat primus. Incipio & si cum accusatiuo construi potest: recte forsitan possis dicere liber primus incipit: sed rectius profecto liber primus incipitur. Ineo inis auctore Valla cum in hac significatiōe accipitur: nunquã nisi de rebus maximi momenti dici solet. ut ineo pacem. ineo societatem. sed non ita possis dicere ineo prandium. ineo cōuiuium. Huius quoq; uerbi participiũ præsentis positum absolute sine accusatiui cōstructione maioribus rebus adhibetur: ut ineunte uere. ineunte puericia. nō aũt recte possis dicere ineunte die. ineunte dormitiōe: sed potius incipiente Disco. is. discere est eorum quæ ignoramus cognitionem assequi. Martialis. disce quod ignoras: marsi doctiq; pedonis. Ediscere est illa quæ didicimus memoriæ mãdare. Cicero primo de oratore. exercenda est memoria ediscendis ad uerbum q̃ plurimis. Dediscere est illa q̃ edidicimus obliuisci. Idẽ in. iii. eiusdẽ. ob eamq; causam dediscceret ediscẽdo iuuentus nostra. Oppugno. as. oppugnare & impugnare est pugnando aliquem locum aggredi. Verg. v. æñ. Ille uelut celsam oppugnat qui molibus urbem. Propugnare est oppugnãtibus repugnare unde & turrium propugnacula dicta sunt. Expugnare est oppugnando capere. Ex quo iterpretis error uel potius librariorũ conuincitur: qui in psalmo. pro sæpe impugnauerunt uel oppugnauerunt me á iuuentute mea scripserũt sæpe expugnauerũt me á iuuentute mea. Nam si expugnauerunt. i. pugnãdo ceperunt prophetam: quomodo non potuerunt illi preualere? Esse autem librariorum non interpretis errorem ex eo suspicati possumus: quod in psalmo. xxxiiii. differẽtiam obseruauit dicens. Iudica domine nocentes me. expugna impugnantes me. Capio capis cepi. capere uel accipere est sponte uel non sponte. ut magnam cepi molestiam. magnum cepi dolorem: accepi uulnus in prælio: accepit pecunias in bello. sumere est tantum sponte. Valerius maximus. Non coactus ensem accipere: sed sua sponte sumere uideretur. Dicimus prætetea reciproce capio uoluptatẽ & uoluptas capit me. Cicero i epis. Magnã cepi ex tuis litteris uoluptatem. Idem. me sũma cepit uoluptas. Paco pacas. pacare. est pacem uictis imponere: atq; leges illis dare. Vergilius in bucolicis. Pacatumq; teget patriis uirtutibus orbem. Placare est ab indignatione ad lenitatem reducere. Vergilius secundo eneidos. Sanguine placastis uentos & uirgine cæsa. Pacificare tum placare tum pacem facere significat. Catullus. hostia cæIestes pacificasset heros. Sillius libro. xv. pacificans diuos. Salustius iugurtha. metellus initio iugurtha pacificãte præsidiũ imposuerat. Iustinus libro. vi. pacificari cũ altero statuit. Lasso lassas. lassare est propemodum fatigare: & pertinet tantum ad animata. Iuuenalis. & lassata uiris nondum saciata recessit. Laxare uero est quod erat contractũ explicare: & pertinet ad inanimata. Lucanus I. v. totosq; rudẽtes laxauere sinus. Eadẽ differẽtia ẽ inter lassus & laxus: qm̃ lassus ẽ labore fatigatus. laxus uero fluxus atq; solutus. Terẽ. lassus sũ. sed

Disco. is. didici. por deprẽder algo de nueuo.
Edisco. is. edidici. por dep̃hẽder algo de coro.
Dedisco. is. dedidici. por oluidar lo deprẽdido
Oppugno. as. aui. por combatir algun lugar.
Impugno. as. aui. por aquello mesmo
Propugno. as. aui. por defender lo cõbatido.
Expugno. as. aui. por tomar por combate.
Capio capis cepi. por tomar por nuestra o contra nuestra uoluntad.
Sumo. is. sũpsi. por tomar por nr̃a uolũtad.
Paco. as. aui. por apaziguar alos uencidos.
Placo. as. aui. por amansar al airado.
Pacifico. as. por aq̃llo mesmo. o hazer paz.
Lasso. as. aui. por fatigar lo q̃ tiene anima.
Laxo. as. aui. por afloxar lo apretado.

non defatigatus. Vergilius primo æñ. Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.

Abdico abdicas. Abdicare est expellere filium á bonis dum uiuit pater: aut quomodolibet alquid alienare. Terentius. generũ abdicat. Exheredare uero est post mortem illud idem facere. Martialis. exheredauit te philomuse pater. dicimus quoq; abdicauit se consulatu. abdicauit se magistraru. pro eo quod uulgo dicitur resignauit consulatum & magistratum.

Abdico.as.aui.por deseredar al hijo en uida.

Exheredo.as.aui.por deseredar lo despues dela muerte.

Secunda uerborũ actiuorum species est. quæ præter accusatiuũ cõstruuntur etiã cũ genitiuo uel ablatiuo. ut impleo granarium frumenti uel frumẽto. qualia sunt hęc.

Impleo.es. repleo.es. cõpleo.es. por hinchir.

Accuso accusas. por acusar ẽ iuyzio o fuera de iuyzio.

Incuso.as. por reprehẽdiẽdo q̃xar se de algũo.

Postulo.as. por demãdar en iuyzio.

Damno.as. por condenar ó obligar.

Emo emis. redimo redimis. paro paras. cõparo cõparas. por comprar.

Vendo uendis. uenundo uenundas. distraho distrahis. por uender.

Aestimo.as. taxo.as. apprecio.as. por apreciar ó tassar.

Animaduertendum est quod uerba precium significantia construuntur cum ablatiuo precium denotante: præter q̃ cum his genitiuis tanti. quanti. pluris. maioris. minoris. tantidem. quantidem. quantiuis. quantilibet. & quod Vergilius dixit non assis faciũt. & Catullus ueronensis. omnes unius æstimemus assis.

Secunda uerborum actiuorũ species. Impleo.es. Vergil. pri. æñ. Implent ueteris bacchi pinguisq; ferinæ. Lucanus ĩ primo. Implentur ualido tyrone cohortes. Accuso.as. uerba quæ ad accusationem pertinent: huius ordinis sunt. ut accusauit appiũ dolobella repetundarũ. uel crimine repetundarũ: uel de repetundis. postulauit etiã illum repetundarum uł repetundarum crimine. & de repetundis. & cõuincit illum ambitus: uel de ambitu. & dãnatus utriusq; criminis. uel utroq; crimine. uel de utroq; crimine. Incuso.as. ad hunc ordinem non pertinebat: sed interpositum est: ut differentia inter illud & accuso denotetur: ne putet quisquam idẽ utrũq; uerbum significare: sed neq; cum eisdem casibus cõstrui debere. Emo.is. uerba preciũ significantia non construuntur passim cum genitiuo & ablatiuo: sed quemadmodum statim dicturus est: cum genitiuo quorundam nominũ & cum aliorũ ablatiuo. ut Plautus. quanti eã emit? respondetq; alter uili. Horatius. quãti emptæ? paruo. quãti ergo? octussibus. Ex quo regula illa grammaticorũ exceptionem habet. aiunt namq; eodẽ casu respondendum nobis esse: quo interrogamur. Nam iterrogamus per genitiuũ: & respondemus per ablatiuũ. Terẽtius. quid agas nisi te ut redimas. quantũ queas minimo. & si nequeas paulo: at quanti queas. Iuuenalis. balnea sexcẽtis & pluris porticus empta.

Paro.as. pro comparo.as. Lucanus in primo. magnoq; æterna parãtur regna deis. Iuuenalis. flos asiæ ante ipsum precio maiore paratus. Sto.as. pro consto.as. Vergilius libro.x. haud illi stabunt æneia paruo hospitia. Martialis. Constatura fuit megalensis purpura cẽtum. Iuuenalis. Tanti partus equæ quãti uenefica cõstat. Cicero in uerrẽ. Tantidem æstimasse: quanti sacerdotem. Iuuenalis. quanticunq; domus constet.

Animaduentendum est. hæc annotatio ex libro. iii. elegantiarũ Laurentii uallensis translata est: qui hoc præceptum a se primum fuisse excogitatũ gloriatur. Scribit enĩ hos duos genitiuos tanti & quanti substãtiuatos in neutro genere: cũ illorũ cõpositis tantidẽ. quantidẽ. quãtiuis. quãtilibet. quãticũq;. & duos genitiuos cõparatiuorũ pluris & minoris adiungi his uerbis emo. uẽdo. æstimo. & reliqs preciũ aut æstimationẽ

significantibus.cum reliquis uero nominibus nō posse construi. Neq; enī possis recte dicere: uendidit hic auri patriam: sed cū Vergilio.vi.æn̄.auro.& in pri.eiusdē.exanimumq; auro corpus uendebat achilles.recte tamen dixeris emi librum tanti: quanti tu.& minoris q̄ Antonius.& pluris q̄ Cæsar. Neq; licet his genitiuis adiūgere substātiuum nisi in ablatiuū cōuerteris.ut tanto precio emi: quāto tu uendidisti.& minori precio emi q̄ Cæsar.& maiori precio q̄ Antonius.& quantolibet precio uel quātouis precio emeris librum: numerabo pecunias bibliopolæ. Iuuenalis.quanto metiris precio:ꝙ ni tibi deditus essem. Valerius max.magno ubiq; precio uirtus æstimatur. tantodem tamen precio nō dicimus: quia datiuo & ablatiuo caret tantundē. Itaq; nō licet exponere quanti emisti subaudi precii: sed quanti.i.quanto precio. tanti.i.tanto precio. fallit enī hoc etiā in loco regula grāmaticorū: quod oportet exponēs & expositū eiusdē esse casus. Neq; solum in uerbis huius speciei seruit hæc regula: sed in aliis oībus precium quocūq; modo significantibus: ut ueneo.is.quod est neutrū passiuū.& mercor.aris.quod ē deponēs. Liuius.xlviii.ab urbe. mancipia minora annis uiginti: quæ post proximū lustrū decem milibus æris aut pluris uenissent: ea quoq; decem tanto pluris: quanti essent æstimarētur. Cicero in epistolis. in licitatione prius ponam: q̄ illud minoris ueneat. Verg.ii.æn̄.magno mercētur atride. Alia quoq; uerba quorū actus mercede: fiunt etiam eodem modo construunt̄.ut doceo.es. Iuuenalis. chrysogonus quanti doceat: uel pollio quanti. Plinius.xxxv.naturalis.histo.neminē inquit minoris docuit. Ago.is. Iuuenalis.atq; ideo pluris q̄ cossus agebat. Contra hanc tamē Laurentii præceptionē stat quorundā scriptorū auctoritas: sed ualla de usu frequentiori semper loquitur. Vergilius in priapeia.nō assis faciunt: euntq; recta. & Catulus. Omnes unius æstimemus assis. facio enī & estimo præcium significant: quæ tamē genitiuo assis iungūtur. Illa quoq; paruifacio. paruipendo. floccifacio. floccipendo. nihilifacio: nihilipendo. naucifacio. naucipendo. & quod Apuleius pri.meta. scribit. Istud quidem quod polliceris æqui boniq; facio: contra uallæ præceptionē dicta esse uidentur.

Tertia uerborum actiuorum species est: quæ præter accusatiuū construuntur etiā cū datiuo.ut do tibi pecunias. q̄lia sunt q̄ sequūt̄.

Do das dedi. por dar como quiera.

Dono.as.aui. por dar gracioso i debalde.

Dedo.is.dedidi. por dar se asi mesmo.

Præpono.is.præfero.antepono. por preferir.

Cōmodo.as.aui. por p̄star lo mesmo q̄ se torna

Mutuo.as.aui. por p̄star lo q̄ se torna ē especie

Tertia uerborū actiuorū species est eorū quæ dicūtur acquisitiua. Do das.etiam cum accusatiuo & duobus datiuis cōstrui potest.ut do tibi pecunias dono.do tibi uestem pignori. exēpla sunt Diomedis in idiomate constructionis huius uerbi. Dicimus præterea do tibi fidem: sicut habeo tibi fidē. sed dare fidem: est fidem obligare. habere fidem est credere. Dicimus quoq; do tibi pœnas.i.persoluo. sicut pendo tibi pœnas.& do tibi uerba.i.decipio te. Dicimus etiam do tibi litteras. significatq; dare nō ut illas legas: sed ut ad aliū perferas qui legat. unde & accusatiuū cū præpositione ad adiungimus.ut do tibi litteras ad Antonium.tibi ut perferas. ad Antonium ut legat. Salustius. uulturno litteras ad catilinā dat. Sed dare ut dicit: est quomodocunq;: donare uero est dare gratis: cū huius ordinis est: ut dono tibi coronam. Si uero est quintæ speciei significat ut ait Valla facere id præmii aut beniuolētiæ gratia. Cicero pro archia poeta. sylla cum gallos & hispanos ciuitate donasset. uidelicet in præmium meritorū. Plautus in aulularia. dii immortales: quot & quantis me donatis gaudiis: quod est magis beniuolentiæ q̄ meriti. Verg.v.æn̄. sergestū æneas promisso munere donat.& in eodē hoc iuuenem egregium præstanti munere donat. hic quoq; in meriti præmiū munus donatur. Dedo is.est seipsum alicuius fidei atq; auctoritati tradere. unde & obsides dicunt̄ dedere se uictori.& inde deditio.& serui dedititii.i.qui se misericordiæ uictoris dediderūt.

Præpono.is.ut ego præpono Ciceroni demosthenē. præfero homero Vergiliū. antepono callimacho Ouidiū. Cōmodo.as. inter cōmodo.as.& mutuo.as. hoc interesse cōstat quod accōmodamus res quæ eædē numero reddende sunt: ut libros. uestes.

argenti phialas.gemmas.mutuamus uero res quæ eædem numero reddendæ nõ sũt:
sed tantum in specie.ut frumentũ.uinum.pecunias.nemo eni hæc acciperet mutuo:
ea lege ut illa ipsa redderet.Sed quemadmodũ dicimus: ego mutuo tibi pecunias: ita
etiam.tu mutuaris á me pecunias.   Reperitur quoq commodo tãtũ pro do. ut apud
Lucanũ in primo.   Reperitur & neutrum secũdæ speciei: pro eo quod est prosum.
Apuleius in secũdo floridorũ.beneficio multis cõmodasti:& exemplo omnibus pro-
fuisti.sic é diuerso incõmodo.as.pro noceo. Idem pro magia.ne quid eo nomine suis
incõmodaret.Terẽtius in andria.Magis ut incõmodet mihi: q̃ ut obsequatur gnato.

Loco.as inter loco.as.& conduco.is.hoc distat:quod locare est mercede aliquid ali-
cui utendum tradere.ut domum.seruum.iumentum.agrum.conducere est illa eadem
mercede accipere.   Suadeo sua
des.iter suadere & persuadere
illa est differentia:quod suade-
re est rationibus & auctoritate
aliquem exhortari ut aliquid fa
ciat.quemadmodũ dissuadere ẽ
ne aliquid faciat.Persuadere ue
ro est impetrare ut illud ipsum
quod suadebamus efficiatur.

Dico.is.inter dicere & loqui
illam differentiam nõnulli esse
uoluerunt:ut dicamus ea ex ar-
te proferimus: loquamur uero
natura.Edico tamen quod a di-
co est cõpositum ad magistratus
pertinet: unde dicuntur edicta
prætorum. & illud ex euãgelio
Exiit edictũ a cæsare augusto.
Indicere uero est:cum quadam
solẽnitate denunciando impera
re.Horatius pri.ser.uentri indico bellum.   Credo.is.est cõmodare alicui uel mutu
are:nõ positis pignoribus:sed tantum fide obligata:cuius cõtrarium est debeo.es. un
de ab hoc debitores:ab illo creditores sunt appellati.   Credo uero neutrum secundi
ordinis est alicui fidem habere.nam credo in deum & similia inusitatum est in sermo
ne latino.   Cõmendo.as.notæ significationis uerbum actiuum est huius speciei. ut
Martialis.Peccat qui cõmendandũ se putat esse suis.atuero cõmendare apud aliquem
est illum laudare.ut ego te apud principes nostros cõmendaui.Ouidius.v.fastorũ.illa
datos fasces cõmendat.i.cõmendabiles facit. In eadem prope significatiõe reperitur
cõmitto.is.cum duobus uerbis superioribus hoc est credo & cõmendo. ut apud Ver-
gilium pri.geor.Debita q̃ sulcis cõmittas semina.Reperitur quoq pro eo quod in pu
gnam inducere.Martiilis.Victores cõmitte uenus. Lucanus in primo. Exiguum do-
minos cõmisit asylum.   Cõmitto uero absolutum:sequente clausula cum ut cõiun-
ctione:peccare significat. Cicero.ii.de oratore.neq committam:ut ineptum me esse
iudices.   Consulo.is.cõsului.huius speciei esse potest.ut ego consului tibi utilitatẽ
idest utile cõsilium tibi dedi. Consulere uero aliquem:hoc est primæ speciei.est con-
silium ab illo petere.ut Vergilius.vii.æñ.Lucosq sub alta consulit albunea. Consu-
lo tibi.i.cum est neutrum secundi ordinis:accipitur pro eo quod est prouideo.Ouidi
us in epistola penelopes.sed bene cõsuluit casto deus æquus amori. Cõsulo boni neu
trum est secundæ speciei.Quintilianus institutionũ oratoriarũ libro primo. cõsul in
quit a consulendo dicitur.uel á iudicando:nam hoc consulere ueteres uocauerũt. un
de adhuc manet illud:rogat boni consulas.i.bonum iudices. Vergilius in priapeia.
quamuis pauca damus consule poma boni.Ouidius primo de ponto ad me peruenit:
consuluitq boni.Idem in.v. eiusdem.tu tamen hæc quæso consule missa boni. Cato
apud Gellium li.ix.noctium.at.ea fieri bonis bono genere natis boni cõsulitis. Sene
ca in epistolis.hanc coqui ac pistoris moram boni consulo.Apuleius.vii.meta.ꝗ á me
retenta custoditaq non fueris:optimi consule.   Facio.is.huius ordinis. uerbũ notã

Loco.as.aui.por dar algo por alquile.
Conduco.is.xi.por tomar algo por alquile.
Suadeo.es.si.por induzir i atraer por razones
Persuadeo.es.si.por induzir con effecto.
Dico.is.xi.por dezir o hablar artificiosamẽte.
Edico.is.xi.por mãdar como iuez o principe.
Indico.is.xi.por denucciar con solenidad.
Credo.is.credidi.por prestar o confiar.
Cõmendo.as.aui.por encomendar.
Cõmitto.is.si.por cometer o encomẽdar o cõ-(fiar.
Cõsulo.is cõsului.por a consejar algo alguno.
Facio facis feci.por hazer lo que passa en ma-
teria de fuera.

habet significationem & quo ab ago agis differat: supra memorauimus. dicimus quoqꝫ facio te certiorem & non certum: pro eo quod in libris digestorũ certioro & certifico legimus. Nam quod Vergilius. iii. æñ. dixit anchisen facio certum: necessitate carminis excusari potest: quoniã si diceret certiorem: fuisset syllaba breuis inter duas lõgas. facio præterea pro æstimo: quod cũ genitiuo possit construi: paulo ante diximus. Reperitur etiam neutrum secundi ordinis. ut bene facio tibi. male facis mihi: nisi ma uis male & bene aduerbia esse pro nominibus posita. unde est bene fit & male fit. Reperitur & absolutum pro eo quod est cõuenio. Ouidius in epistola hisiphyles. medeæ faciunt ad scelus omne manus. & in epistola sapphus. nõ facit ad lachrymas barbitos ulla meas. & Horatius. mecum facientia iura.

Quarta uerborum actiuorum species est. Doceo & dedoceo. Horatius. ii. car. populumqꝫ falsis dedocet uti. Cicero primo de finibus. geometriam discere maluisset q̃ illã dedocere. Moneo. es. Terentius in andria. Habeo pro illa re quod illum moneam probe. admoneo quod ab illo componit: cum genitiuo potius post accusatiuum principalem construit. Tibullus libro. ii. admonuit dominæ: deseruitqꝫ uenus. Ouidius. iii. de põto. ecquid ab iis ipsis admonerere me. Idem. xv. meta. quod possit equorum admonuisse. Oro. as. ut oro te rem honestã. dicimus quoqꝫ oro ate rẽ honestã. Vergilius. xi. æñ. Ipsũ obtestemur. ueniamqꝫ oremus ab ipso. Gellius libro. xvi. Orauit a suis amicissimis impense. Rogo. as. Horatius. ii. carmi. Otium diuos rogat in patenti prensus ægæo. Vergilius libro viii. Sanctum mihi numẽ arma rogo genitrix nato. possumus etiam dicere rogo ã te. Interrogo quoqꝫ eodẽ modo posse cõstrui quo suum simplex dubium non est. Flagito. as. Horatius secũdo car. Nec potentem amicũ largiora flagito. Ouidius. i. de amatoribus. quod det amatorem flagitet ante suum. Posco. is. Vergilius. iiii. æñ. Tu modo posce deos ueniam. Idem in. xi. Pacem te poscimus omnes. Postulo. as. quod proprie est pro tribunali & non alibi petere. ut inquit iureconsultus in titulo de damno infecto. L. cuius initium est dies. Cum ablatiuo & præpositione ab iungit psalmographus dicens: Interprete Hieronymo. Postula ã me & dabo tibi gẽtes. Peto. is. apud Ciceronem fere semper hoc modo construit. Induo. is. Vergilius. ii. æñ. Androgei galeam clypeiqꝫ insigne decorum induitur. construitur etiam cum datiuo. Idem. xi. æñ. Harum unam iuueni supremũ mæstus honorem induit. & cum septimo casu. ut idem in eodem. indutosqꝫ iubet truncos hostilibus armis. Eodem modo uestio. Vergilius. ii. geor. Quæqꝫ suo uiridi semper se gramine uestit. Exuo quoqꝫ eodem modo construitur: & quæ sunt similis significationis. Exigo te pecuniam & ate dici potest. Cæcilius apud Gellium libro. xiiii. Ego illud munus nihilo exigor portoriũ. Metellus numidicus apud eundẽ. socios ad senatum questum flentes uenisse sese maximas pecunias exactos esse. sed ex figura græca dictum esse Gellius affirmat. illi enĩ exigo te argentũ dicunt.

Quarta uerborum actiuorum species est: quæ præter accusatiuũ principalem construunt cum altero accusatiuo. ut doceo te grãmaticam. qualia sunt.

Doceo. es. docui. por enseñar.
Dedoceo. es. por demostrar ser falso lo ẽseñado
Moneo. es. por amonestar aconsejando.
Admoneo. es. por traer algo ala mẽoria deotro
Oro. as. aui. por rogar al maior.
Rogo. as. aui. por rogar al igual.
Interrogo. as. aui. por preguntar.
Flagito. as. aui. por demãdar cõ importunidad
Posco. is. poposci. po. demãdar lo onesto.
Postulo postulas postulaui. por demandar requiriendo o en iuyzio.
Peto. is. petiui. por demãdar rogando.
Induo. is. indui. uestio. is. uestiui. por uestir.
Exuo. is. exui. spolio. as. spoliaui. por despojar.
Cingo. is. xi. accigo. is. xi. succigo. is. por ceñir
Calcio. as. excalcio. as. por calcar o descalcar.

Quinta species uerborum actiuorũ est: quæ præter accusatiuum construuntur cum ablatiuo sine præpositione uel potius cum effectiuo, ut dono te corona.

Dono, as, aui. por dar insignias de onra.

Spolio, a.. aui. por despojar de alguna cosa.

Satio, as, aui, saturo, as, aui. por hartar.

Onero, as, aui. por cargar, exonero, as, por descargar.

Peto, is, pro percutio, is, por herir.

Afficio, is, eci. por hazer lo q̃ se pone ẽ ablatõ.

Afficio te uoluptate. io te hego plazer.

Afficio te molestia. io te hago pesar.

Muto, as, aui. por trocar una cosa con otra.

Priuo, as, aui. por quitar o priuar de algo.

Leuo, as, aui. subleuo, as, aui. por aliuiar.

Sexta uerborum actiuorũ species est: quæ prę ter accusatiuum cõstruuntur etiam cum ablatiuo & præpositione a uel ab, ut audio a te librum. qualia sunt.

Audio audis audiui. por oir.

Quinta uerborum actiuorum species est. Dono. as. aui. de cõstructione huius uerbi in tertia specie uerborum actiuorum diximus. Spolio. as. Vergilius. vi. æñ. Postquam illum uita uictor spoliauit achilles. Satio. as. & saturo. as. differunt teste Valla: quod satiare ad omnes sensus pertinet: saturare ad solum gustum: ut ego satiabo te spectaculis. & saturabo te pane. Onero. as. aui. Cicero ĩ epistolis. homines nequissimi q bus te onerarunt mendaciis! Exonero. as. Ouidius. iii. tristium. attamen hãc odiis exonerare fugam. Peto. is. pro eo quod percutio. Vergilius in buco. Malo me galathca petit lasciua puella. Afficio. is. uerbum est in hac constructione frequentissimum apud oratores. ut Cicero in epistolis. magno me dolore affecissent litteræ tuæ. i. magnum mihi dolorem fecissẽt litteræ tuæ. Muto mutas aui. pro eo quod aliam rem alia permutare. Vergilius. pri. geor. chaoniam pingui glãdem mutauit arista. Horatius. diruit. ædificat mutat q̃drata rotundis. Persius. Mercibus hic italis mutat sub sole candẽti rugosum piper. & pallẽtis grana cymini. Priuo. as. Cicero ĩ episto. Graui teste priuatus sũ patre tuo uiro clarissimo. Leuo as. ꝑ eo quod subleuo siue alleuo. Verg. ego hoc te fasce leuabo. Sexta species uerborũ actiuorũ est. Audio. is. audiui. actiuũ huius speciei est sermonẽ alterius intelligendi gracia percipere. ut audiui ex te. uel a te. uel de te. audio primæ speciei est uocem tantum audire siue animalis siue alterius rei sonum. Exaudio eiusdem ordinis: est quod audio facere. Audio uel inaudio tibi neutrum secundi ordinis pro eo quod est obedio: quod ex ob & audio componitur. Plautus in captiuis duobus. cum dicto haud audiebat: facto nunc lædat licet. frequentius tamen in hac significatione reperitur ab illo participium temporis præsentis. Cicero in philippicis. ut audiẽs esset huic ordini. Idem pro de iotaro rege. aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent. & in lege illa uulgata duodecim tabularum. filium minus dicto audientem liceat abdicare. In audio quoq; pro obedio huius ordinis reperitur. Affranius apud Marcellum. nouis dictis quæso ne ille inaudiat. Male audio cum est absolutum: hoc est neutrum quinti ordinis: significat infamari. Cicero secundo de oratore. opimius consularis: qui adolescentulus male audisset. Idem pro. M. cælio. uicinum eius mulieris miraris male audisse! Idem quinto thuscu. sed aliud molestius: quod male audiebat. Terentius. uulgus mulierũ quod male audit. Ouidius quinto tristium. indolui. nec tam mea quod fortuna male audit. Martialis. gentibus in libycis uxor tua galle male audit. Abstineo abstines. & cõtineo contines. uerba sunt huius ordinis: differunt tamen auctore Valla: quod abstinere est ab aliena uł exteriori re: ut abstineo me ab iniuria. abstineo me a muneribus. Continere uero est a propriis uoluptatibus: ut contineo me a libidine. a coitu. a cibo. Cicero quod beneficiũ est si te abstinueris ab alieno scelere. & Lucillius. manus abstinere a muliere melius est. Construitur etiam figurate cum genitiuo: uel potius ex idiomatis græci imitatione. ut Horatius. mox ubi lusit satis abstineto dixit irarũ. Vergilius præpositionẽ

ab. suppressit. vii. æñ. dicés. abstinuit tactu pater auersusq; refugit. Accipio. is. quo differat á sumo. is. diximus in prima specie actiuorũ. Recipio. is. præter alias significationes quas habet: cum est neutrũ secundi ordinis: significat promittere: quo uerbo Cicero frequenter utitur in epistolis maxime. Suscipio. is. est aliquid in curam atq; fidem suam accipere. Eripio. is. & reliqua uerba separationem significantia: huius ordinis sunt. Vergilius. ii. æñ. teq; his ait eripe flãmis. & in eodem. eripui fateor læto me & uincula rupi. nam utrobiq; subintelligitur ab. uel ex: quæ eiusdem est significationis. Amoueo amoues idem é quod aufero aufers: atq; utrumq; huius ordinis. admoueo admoues. tertiæ est speciei contrariæ significationis. ut admoueo tibi manũ: amoueo á te manũ. Auerto auertis. eodem modo differt ab aduerto. ut aduerte oculos ad me. i. conuerte ad me áuerte oculos á me. i. remoue. Eodem modo differunt aduersus & auersus. quod aduersus é faciem ostendens ex opposito. auersus terga uertens: aut oculos ab aliqua re declináſ. ut Vergilius primo eneidos. diua solo fixos oculos auersa tenebat.

Abstineo. es. por se refrenar delas iniusticias.
Cõtineo. es. por se refrenar delos deleites
Accipio. is. accepi. por recebir como quiera
Suscipio. is. succepi. por tomar a su cargo.
Recipio. is. recepi. por recebir ó recobrar.
Erípio. is. eripui. por librar ó arrebatar.
Amoueo. es. amoui. por quitar de alguna cosa.
Aufero. rs. abstuli. por aquello mesmo.
Auerto. is. auerti. por boluer de alguna cosa.

De uerbis passiuis. Cap. ii.

Assiuum uerbum est illud quod desinit in. or. & habet actiuum in. o. & exigit ante se nominatiuũ pro persona patienti & ablatiuum cum præpositione a. uel. ab. uel datiuum pro persona agenti uel facienti. ut deus amatur á me uel mihi. Eius tot sũt species: quot diximus esse in uerbo actiuo. Sed animaduertendum est: quod cum mutamus uerbum actiuum in passiuum: casus cũ quo uerbũ construitur post accusatiuũ principalem: nõ mutatur. ut impleo granarium fruminti uel frumento. granarium implet a

De uerbis passiuis. Cap. ii. Quemadmodum uerbum actiuum diffiniuimus passiuo dicẽtes Actiuum esse quod in. o. desinit: & habet passiuum in. or. ita nunc é diuerso passiuum diffinimus quod in. or. definit: & habet actiuum in. o. in quo differt á deponẽti & cõmuni: quæ non habet actiuum in. o. & exigit ante se nominatiuũ pro persona patienti: in quo differt ab actiuo: quod exigit nominatiuũ pro persona agenti uel facienti & ablatiuum cum præpositione a uel ab. uel datiuum pro persona agenti uel facienti: in quo differt á deponente. nam commune eodem modo construitur quo uerbum passiuũ. ut deus amatur mihi uel á me. Eius hoc est uerbi passiui tot sunt species: quot diximus esse in uerbo actiuo. sunt enim sex: quemadmodum ex superiori capite colligi potest. Sed est animaduertendum. Duo notanda esse dicit. Primum quod cum uerbum actiuum passiuo mutare uolumus: accusatiuum personæ patientis in nominatiuũ: & nominatiuũ personæ agentis uel facientis in ablatiuum cum præpositione a. uel ab. uel datiuum uertere debemus. Casus uero ille cũ quo uerbum actiuum post accusatiuum principalem construitur: mutari non debet: id quod per omnes species obseruandum est. ut in secunda impleo granarium frumẽti uel frumento. granarium impletur á me frumenti uel frumento. Vergilius primo eneidos. Implentur ueteris bacchi pinguisq; ferinæ. Alterum quod notandum esse dicit: est quod uerba reciproca & quæ dicuntur uocatiua in uoce passiua reciprocantur: hoc est post se construuntur cum eodem casu: cum quo ante se construebantur. ut Horatius primo car. Scriberis uario fortis & hostium uictor. habeor indoctus. prædi-

me frumenti uel frumento. do tibi pecunias pecuniæ dantur tibi a me. doceo te grammaticam. tu doceris a me grammaticam. dono te corona. tu donaris a me corona. audio ex te gammaticam. grãmatica auditur a me ex te. Animaduertendum est quoq; uerba reciproca & quæ dicuntur uocatiua: qualia sũt. Scribor. habeor. iudicor. prædicor. agnoscor dicor. uocor. nominor. appellor. nuncupor. & similia: coustrui post se in eodem casu cũ quo ante se construuntur. ut scribor fortis. uocor Antonius.

De uerbis neutris. Cap. iii.

Eutrum uerbum est illud quod desinir in. o. & nõ habet passiuum in. or. ut seruio seruis. ambulo ambulas. Eius complures sunt species.

cor ignauus. iudicor sapiens. uocor Antonius. nuncupor nebrissensis. dicor grammaticus. Non est hoc in loco dissimulandum: quod Seruius annotauit in illud Vergilii septimo eneidos. optato cõduntur tibridis alueo: esse quædam uerba quæ nulla ratione mutantur ex uoce passiua in actiuam. ut sacerdotes creari. uirgines capi. unde & captæ dicebantur: quoniam á pontifice de manu patris nõ minores decem annis capiebantur. neq; enim dici posset: quod pontifex illas capiebat. Eodem modo dicit Seruius condi proprie illos qui sibi statuunt ciuitatem. condunt ergo tibridis alueo dixit Vergilius. i. sedem stabilem locãt. Pari ratione dicimus ego linquor animo: pro exanimor qui loquẽdi modus frequens est apud Plinium. non tamen recte dixerimus: animus linquit me. Eodẽ modo consternor animo pro eo quod est terreor. ut apud Salustium æqui sine terroribus consternantur. & Ouidius secundo meta. consternantur equi. nõ tamen dici posset: quod aliquis cõsternat equos. Dicimus quoq; ex numero nostrorum militum decem sunt desiderati in prælio. i. mortui sunt: & defuerunt. Cæsar in commentariis. desiderati sũt eo die sagittarii circiter ducenti. non tamen recte diceret: nos desiderauimus ducentos sagittarios. Dicimus præterea interdico tibi aqua & igni: non aquam & ignem. at in uoce passiua dicimus aqua & ignis iterdicitur tibi á me. dicimus quoq; aqua & igni interdicitur tibi. á me autem uix dici posset: quia interdicitur impersonale est ab hoc uerbo neutro iterdico. Cicero de senectute. male rem gerẽtibus bona interdici solent. Apuleius in. iiii. floridorum datiuum uocis actiuæ in nominatiuũ passiuæ cõuertit: cum scribit. diues ille cibo interdicatur. & in digestis ti. de curatore furiosi. l. prima. lege inquit duodecim tabularum prodigus interdicitur. & ibidẽ. Mulier quæ luxuriose uiuit: bonis interdici potest. Datiuum quoq; in nominatiuũ uertit Horatius in poetria dicẽs. ego cur acquirere pauca si possum inuideor. Idem alio in loco. hæc ego procurare & idoneus imperor. Eadem quoq; ratione dicimus in actiua ego iubeo tibi. & in passiua tu iuberis á me. & ego sum iussus á te. Dicimus preterea mutuo tibi pecunias. fœnero tibi nummos. In uoce tamen passiua non dicimus pecuniæ mutuantur tibi á me aut nũmi fœnerantur tibi a me. sed tu mutuaris á me pecunias: & fœneraris á me nummos. Dicimus etiam ego delecto. sed tu delectaris á me non dicitur: sed tantum delectaris. quia mutuo fœnero. delecto actiua sunt. mutuor. fœneror. delector. deponentia: multa namq; ut diximus supra uerba sunt actiua desinẽtia in. o. q̃ nõ habẽt passiuã in. or.

De uerbis neutris. Cap. iii. Ponit in primis uerbi neutri diffinitionem dicens quod uerbum neutrum est quod desinit in. o. ad differentiam passiui deponentis & communis. & non habet passiuum in. or. ad differentiam uerbi actiui: quem tamen casum ante se & post se regat non dicit. sed adde tu: quod uerba neutra significantia actionem exigunt ante se nominatiuũ pro persona. agente uel faciẽte: ut ego seruio. quæ uero passionem illatam: aut idiopathiam. idest passionem innatam: exigunt ante

se nominatiuum pro persona paciente.ut ego uapulo.ego frigeo.post se uero cũ om-
nibus obliquis potest cõstrui: aut absolutum est. Hoc loco repetendum est:quod su
pra cum de uerbi actiui diffinitione agebatur diximus:proprium esse uerbi actiui cũ
accusatiuo construi:atq; habere passiuum in.or.esse tamen uerba quæ etsi cum accu-
satiuo in uoce actiua construun
tur:non tamen habent passiuã
i.or.itaq; partim actiua. partim
neutra esse dicendum. Careo
cares.cum ablatiuo frequentius
construitur. antiquiores etiam
genitiuo iungebant.ut Teren-
tius in heauton.omnes mihi la
bores fuere leues: præterq̃ tui
carẽdum quod erat. & Næuius
apud Gellium libro.xviii.nocti
um atticarum:carendum tui est
inquit:quod ipse expõit pro te.
Accusatiuo quoq; iungebant.ut
Turpilius apud Marcellum.me
os inquit careo.Sed ablatiuo ut
diximus frequenter iungitur.
ut Iuuenalis. cariturus turture
magno.Plinius in epistolis. Ca
rent iure togæ: quibus aqua &
igni interdictũ est. Egeo.es.
indigeo indiges.huius esse spe-
ciei:atq; cũ genitiuo etiã posse
iungi cõtra philalethen: immo
uero contra philapseudon dici-
mus.Vergilius decimo æneidos.Nec te rationis egentem abstulit atra dies.Horatius
mancipiis locuples eget æris cappadocum rex.Idẽ primo ser.Atqui tãtulo eget:quãto
est opus.Cicero pro roscio. nam per deum immortalem quid est in hac causa quod de
fensionis indigeat.& Lucillius apud Nonium marcellum. quarum abundemus rerũ
& quarum indigeamus.de ablatiui constructione passim exempla reperies. Abun-
do abundas.Cicero pro cluencio.Mulier inquit abundans audacia. Vergilius in bu-
colicis.q̃ diues niuei pecoris: quã lactis abundans.& illud quod de Lucillio affereba-
mus:quarum abundemus rerum & quarum indigeamus. Sto stas.& consto constas.
cum aliquid precio esse emptum significant huius ordinis sunt:sed de illorum cõstru
ctione plura diximus in secunda uerborum actiuorum specie. Satago satagis. pro
eo quod est curiosum atq; solicitum esse: absolutum plærumq; reperitur: quemadmo-
dum & satis ago pro quo ponitur.Cæsar in cõmentariis.qui satagentibus inquit ce-
leriter occurrant.Gellius libro.xviii.Plorantibus omnibus nostris:atq; in sentina sa-
tis agentibus.Terentius tamen in heautontimerumeno genitiuo iunxit dicens.& si
is quoq; suarum rerum satagit.

Prima species uerborum neutrorum est: quæ
post se construuntur cum genitiuo uel abla
tiuo.ut careo pecuniarum uel pecuniis.Cu-
iusmodi sunt quæ sequuntur.

Careo.es.carui.por non tener lo q̃ deseamos.

Egeo.es. egui. indigeo indiges indigui. por
auer menester.

Abundo.as.redundo.as.aui.por abundar.

Sto.as.steti.cõsto.as.cõstiti.por costar.

Satago.is.sategi.por estar solicito i cõgoxoso.

Abstineo.es.abstinui.por se enfrenar.

Secunda species uerborum neutrorũ est: quæ
post se construũtur cum datiuo.ut cædo po
tentiori.qualia sunt.

Cedo is.cessi.por dar a otro la uẽtaja i mejoria

Secunda species uerborum neutrorum.Cedo cedis cæssi.Vergilius quinto æñ.ce
de deo.hoc est da locum.& fatere te esse uictum. aliquando etiam exprimitur locus:
& tunc est actiuum tertiæ speciei.Papinius in achilleide.hortantur:ceduntq; locum:
unde & Cicero participium futuri uocis passiuæ ꝑtulit de claris oratoribus. gratiosi
inquit scribæ sint in dando & in cedendo loco. Cum accusatiuo etiam iunxit Vergi
lius libro.xi.dicens.cedat ius proprium regi.in qua significatione sæpe apud iurecõ-
sultos repitur.ut i digestis de legatis.iii.l.si mulier.si usumfructũ inquit mortis cau-
sa cessero.& in titulo de acquirenda possessione:cedere possessionẽ dixit.Nam & Di-
omedes grammaticus in idiomatis annotauit recte posse dici: cedo possessionem & ce
do possessiõe. Pareo pares.obedio.obtempereo.as.huius ordinis uerba idem prope
significant.sed cum accusatiuo etiam iunxit Papinius in achilleide dicens.non a deo

Pareo.es.obedio.is.obtẽpero.as.por:obedecer
Consulo.is.prouideo.es.prospicio.is.caueo caues.pro proueer.
Placeo places.por aplazer.
Displiceo displices.por desagradar.
Occurro occurris.obuio .as.por salir al encuentro i a recebir.
Faueo.es.studeo.es.aspiro.as.por fauorecer.
Seruio.is.por seruir como sieruo.
Inseruio.is.por hazer lo que alguno quiere.
Parco.is.ignosco.is.por perdonar.
Noceo.es.officio.is.por empecer.
Doleo.es.dolui.por doler lo que trae dolor.
Indulgeo.es.indulsi.por dar obra o regalar.
Insto.as.institi.por dar priessa.
Supplico.as.aui.por rogar umil mente.
Hæreo.es.hesi.adhæreo.es.si.por se allegar.
Illudo.is.insulto.as.por burlar escarneciendo
Inuideo.es.inuidi.por auer embidia.

parebimus omnia matri.& Gellius libro secũdo.Quædam inquit non esse parendum quædam non obsequẽdum. Consulo consulis.de hoc in secunda uerborum actiuorum specie diximus. Prouideo prouides.& prospicio prospicis.ut ego prouideo mihi.& prospicio tibi.Vergilius primo æñ.grauiter cõmotus & alto prospiciens. reperiuntur etiã actiua.ut Lucanus in.iii.hæc ubi sunt prouisa duci.& Vergilius.tris littore ceruos prospicit errãtes. Caueo pro eo quod est prouideo huius speciei uerbum apud iurecõsultos frequenter reperitur. Cicero in epistolis.melius te ei cauere uolo q̃ ipse aliis solet.Cũ accusatiuo uero significat fugere Iuuenalis.Cauet hũc quẽ coccina lena uitari iubet. Placeo & displiceo.occurro & obuio.eiusdem ordinis sunt fere semper.

Seruio & ĩseruio eo differũt: quod seruire proprie seruorum est:aut eorum qui sub tyranno uiuunt.In cuius uerbi significatione plurimum hispani labuntur sequentes linguæ suæ idioma.dicẽtes se esse seruitores & se paratos esse seruire:cum serui nõ sint.pro eo quod deberẽt dicere se paratos esse inseruire: hoc est obsequi & morem gerere. Parco parcis.& ignosco.is. tum huius ordinis tum actiua reperiũtur quartæ speciei. Vergilius.vi.æñ.parcere subiectis: & debellare superbos.Idem in.x.Auri memoras quæ multa talenta natis parce tuis. Gellius libro.xv.Vitam modo sibi ut parcerẽt orauisse.sed his in locis pro seruo seruas.Eodem modo ignosco.is.Quintilianus in declama.Ignoscite malorum periculorum metus.ignoscite humana discrimina.Piso frugi apud Priscianũ quodcunq; deliquisset:ignosciturum affirmabat.Plautus in amphitryone.Velatis manibus orant ut ignoscamus peccatum suum.Vergilius.iiii.geor.Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes.quamquã Seruius in eo loco dicat:ignocenda participium esse sine uerbi origine:perinde ac si ignosco non esset nisi neutrum huius speciei. Noceo noces.officio.is.quæ etiam actiua reperiuntur.ut Apuleius primo meta.cum multa inquit nocerentur:publicitus inquit indignatio percrebuit.& in psalmo.xxxiiii.Iudica domine nocentes me:expugna impugnantes me. Lucretius quoq; quasi ab actiuo dixit.officiuntur uti cogãtur tardius ire. Doleo doles.huius quoq; est ordinis: nisi quod qui dolorem patitur ponitur in datiuo:quod dolorem infert in nominatiuo. Martialis.si qua fides uulnus quod feci non dolet inquit sed quod tu facies:hoc mihi poete dolet.Terentius in eunucho.dolet dictum imprudenti adolescẽti & libero. Nã quod Hieronymo interprete dicitur caput meũ doleo:poeticũ est atq; figuratũ ea figura: q̃ orationi solutæ nõ est permissa.Licentius tamen alia figura dicitur uicem tuã doleo. Salustius in catilina.quasi dolẽs eius casum.Cũ genitiuo etiã iunxit Ouidius secũdo meta.dicẽs.successorũq; mineruæ indoluit. Indulgeo.es.huius ordinis frequẽtius reperitur.Vergilius.iiii.æñ.indulge hospitio:causasq; innecte morandi.Idẽ.ii.geor.indulge ordinibus. Terentius in heauton.dicimus quoq; indulgeo operã litteris. & Iuuenalis.cunctis narratur ephœbis mollior ardenti sese indulsisse tribuno. Cũ actõ tantũ Lucilius apud Marcellũ.tu inquit qui iram indulges nimis. Insto.as.institi.

Iuuenalis.Inſtantẽ regi armenio parthoq; cometen.Verg.pri.æñ.inſtãs operi regniſq; futuris.Idem in.viii.heu quãtæ miſeris cædes laurẽtibus inſtant. Idem in eodẽ.parte alia marti currũ rotaſq; uolucres inſtabat:datiuo actm̃ iunxit: ſed figurate: pro eo quod eſt inſtãter faciebat. Supplico.as.Terẽtius in andria.ipſum hunc orabo.huic ſupplicabo.Priſcianus dicit etiã accuſatiuo iungi poſſe: ſed nõ probat. Hæreo.es.& adhæreo.es.eiuſdẽ ſignificationis huius ſpeciei ſunt.Verg.ii.æñ.Hærent parietibus ſcalæ.cum uero eſt abſolutũ ponitur pro eo quod eſt dubito.Iuuenalis.ſcilicet hæres & dubitas alta chionem deducere ſella.Idem.hæremus dicat.ipſa ab hoc frequẽtatiuum hæſito.as.ſemper in hac ultima ſignificatione reperitur.Cicero in academicis dubitant.hæſitant.reuocant ſe interdum. Illudo.is.& inſulto.as.Verg.iiii.geor.neq; oues hædiq; petulci floribus inſultẽt. Idem in.viii.æñ. huic capiti inſultans tot ferro ſæua dediſſet funera.Seruius dicit inſultare eſſe aliquẽ irridere: eiuſdem ſignificatiõis eſt illudo.is.Verg.ii.æñ.certantq; illudere cepto.Idem in.iiii.& noſtris illuſerit aduena regnis.Iungitur etiam accuſatiuo.Terentius.ſatim ſuperbe illuditis me. Inuideo.es. Iuuenalis.haud tamẽ inuideas uati:quem pulpita paſcunt.apud antiquiores actiuum ordinis tertii reperitur frequẽtius.Verg.in buco.liber pampineas inuidit collibus umbras.Idem pri.geor.iam pridẽ nobis cæli te regia cæſar iuidet.& in xi.æñ.te ne inquit miſerãde puer cũ læta ueniret inuidit fortuna mihi. Impono.is.huius ordinis uerbũ eſt decipere.Iuuenalis.Facile eſt barbato imponere regi.Martialis.callidus impoſuit nuper mihi caupo rauenæ.In libro quoq; geneſeos:Hieronymo interprete: quære inquit impoſuiſti mihi:hinc impoſtores dicti ſunt & impoſtura.alias cũ actõ & datiuo iungitur.Verg.iiii.æñ.puppibus & læti naute ĩpoſuere coronas. Inceſſo.is.pro eo quod eſt inuado.is.Verg.iiii.geor.Regibus inceſſit magno diſcordia motu.Valerius max.in primo.Nec mihi cuncta cõplectendi libido inceſſit.i.inuaſit.uel inuadit.Cũ actõ iũxit Sillius italicus dicẽs.tũc præceps ruit in mediũ teluq; fatigat flaminiũ inceſſens Dicimus præterea inuado tibi & inuado te.Varro apud Marcellũ.Tanta inuaſit cupiditas bonorũ plæriſq;:ſed uidetur in hac cõſtructiõe pro inceſſo acceptũ. Incumbo is.auctore Quintiliano huius ordinis eſt:dicimuſq; incumbo huic rei:antiquiores tamen incũbo in hãc rem dicebãt:ut idem auctor ait. Volo.is.ut uolo tibi bene.ſicut & cupio tibi bene.Ennius.nõ bene tibi uult: qui te falſo criminat. Catullus.cogor amare magis:ſed bene uelle minus.Terẽ.in andria.uel quod ipſi bene cupio glycerio.Dicimus etiã uolo hanc rem.& cupio hãc rem.uolo legere & cupio legere. Timeo es.& metuo.is huius ſpeciei uerba ſũt & ẽ timere ne quid mali alicui eueniat.Verg.pri.geor.aut inopi metuens formica ſenectæ.Horatius.ii.car.te ſuis matres metuũt.iuuencis.Ennius apud Diomedẽ.metuo inquit legionibus labem.& ſic uidet̃ eſſe actiuum tertiæ ſpeciei.Quintæ quoq; ſpeciei reperit̃ apud Terẽtiũ in andria.metui inqt a chryſide.Cicero ad herenniũ.ã quo ſibi nõ iniuria ſummũ periculũ metuebat.Apuleius.vii.meta.Etiã cũ de præpoſitione iunxit.de me inquit metuentes ſibi. Eodẽ de

Impono.is.impoſui.por engañar.
Inceſſo.is.inceſſi.por acometer.
Inuado.is.inuaſi.por aquello meſmo.
Incũbo.is.bui.por poner las fuercas en algo.
Volo.uis.uolui.cum bene iunctum.por querer bien o amar.
Cupio.is.iui.cũ bene iunctũ.por lo meſmo.
Timeo.es.ui.por temer q̃ no uẽga mal a otro.
Metuo.is.metui.por aquello meſmo.
Tertia uerborũ neutrorũ ſpecies eſt:quæ poſt ſe cõſtruũtur cũ ablatiuo ſine præpoſitiõe uł potius cũ effectiuo.ut ego caleo igni.q̃lia ſũt
Flagro.as.flagraui.por encender ſe.
Ardeo ardes arſi.por arder.exardeo.es.por mucho arder.
Aeſtuo.as.æſtuaui.por auer calor.
Caleo.es.calui.por eſcalentar ſe.
Frigeo.es.frixi.algeo.es.alſi.por enfriarſe.
Fluo.is.fluxi.mano.as. por correr o manar.

Timeo.es .dicendũ eſt: Vergilius.ii.æñ. Suſpẽſum pariter comitiq; oneriq; timẽtem aliquando etiam accuſatiuũ iungimus. idem in eodẽ. & quæ ſibi quiſq;. timebat.

Tertia uerborũ neutrorũ ſpecies eſt. Flagro.as.aui. quod eſt inflãmari. ut Ouidius.ii.meta. Flagratq; cupidine currus. fragro.as.per.r. eſt odorem ex ſe emittere. ut in canticis ſalomonis. Vbera tua fragrãtia unguentis optimis. Verg.pri.æñ. thymo fragrãtia mella. Ardeo.es.arſi. nam quod Vergilius in buco. dixit corydon ardebat alexin: figuratũ eſt. Aeſtuo.as. nam Hieronymus ut ſupra meminimus noua quadã ratione dixit. in medio ignis nõ ſum æſtuatus. Caleo.es.calui. frigeo.es.frixi. palleo.es.pallui. & reliqua omnia uerba ſignificatiõis: quã græci idiopathiam.i. propriã paſſionẽ appellãt: oĩa ſunt abſoluta niſi quod poſſunt conſtrui cũ ſeptimo caſu ſignificanti inſtrumentum quo actus ille ex ingenitis principiis excitatur. ut domus flagrat igni. homo ardet ira. mulier æſtuat calore. puer calet febri. puella friget imbri. aĩalia algent frigore. & eodẽ modo de reliquis ſimilibus. Mano.as. & fluo.is. huius ordinis uerba poſſũt eſſe. dicimus nãq; fons manat aqua. & fons fluit aqua. & rurſus aqua manat ex fonte. aqua fluit ex fonte. uel de fonte.

Quarta uerborum neutrorum ſpecies eſt: que poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo & pręppoſitione a. uel ab. ad ſimilitudinem uerborum paſſiuorum in perſona agente uel faciente. ante ſe uero exigũt nominatiuũ perſonæ patientis. ut ego exulo a rege. qualia ſunt.

Exulo.as.exulaui. por ſer deſterrado.

Vapulo.as.uapulaui. por ſer herido.

Veneo.is.ueniui. uel uenii. por ſer uendido.

Fio fis factus ſum. por ſer hecho.

Liceo lices licui. por ſer pueſto en præcio en almoneda.

Quarta uerborum neutrorum ſpecies eſt. hæc neutra paſſiua dicũtur á grãmaticis neutra: quia nõ habent uocem paſſiuam in.or. paſſiua quia paſſionem ſignificant atq; ad ſimilitudinem uerborũ paſſiuorum cõſtruuntur: hoc eſt ante ſe cum nominatiuo pro perſona patienti. poſt ſe cum ablatiuo mediante præpoſitione a. uľ ab. ut ego exulo á rege. Sũt aũt huius ſpeciei pauca uerba. Exulo.as. a quo duo tantum reperiuntur participia exulans & exulaturus paſſionem quoq; ſignificantia. Cicero.iii. thuſcu. thelamonem pulſum patriaq; exulantem. Iuſtinus libro.xxv. illæ ꝗſi in perpetuũ cum uiris exulature. atq; eodem modo uapulãs uapulaturus. Quintilianus libro primo. adde quod multa uapulãtibus dictu deformia. Veneo uenis huius ordinis uerbũ eſt. quod ab antiquis ueneror.iris. declinabatur. Plautus. Ego ne illi uenear. Tyrianus apud Diomedem de agricultura. nam id melius emitur ꝗ ueneatur: ab hoc cum ſupinũ ſit uenenũ in ꝑticipio p̃teriti nõ dicimus uenus nec uenitus: ſed uenditus eodem Diomede auctore. neq; ullũ aliud habet participiũ. Fio fis. & ab eo compoſita cõfio confis. defio defis. Columela libro ſecũdo. Stercus inquit quod ex pecudibus confit. Macrobius libro primo ſatur. diem qui ex quadrantibus confit. Vergilius in bucolicis. lac mihi non æſtatæ nouum non frigore defit. Terentius in eunucho. Nil cum eſt: nil defit tamen. Antiquiores fior fieris declinabant. Cato in thermum. Poſt inquit fitur diutius. Idem. græco ritu fiebãtur ſaturnalia. hæc Priſcianus libro octauo. Participia factus & faciendus a facio mutuatur: fiens & fiendus nuſquã legi. Liceo es. inter ſuperiora numeratur. Sunt qui huic uerborum ordini addãt nubo nubis. ſed ego neſcio an ſatis latine dicatur uirgo nubit uiro a patre. apud antiquiores actiuum fuit. Vnde & in euangelio matthei legimus interprete Hieronymo: neq; nubẽt neq; nubẽtur: quod idem exponens ait: nubunt uiri: nubuntur fortaſſe fœminæ: quã uis & mulieres nubere dicantur. ſed & uiri per abuſionem nubere dicũtur: cũ in coniugium ſub minori conditione ueniunt. ſic Martialis dixit. Vxori nubere nolo meæ: & Ouidius.ii.meta. Tibi nubere nympha uolẽtis uotis cede dei. ab hoc ſunt tria participia nubens. nuptus. nupturus. Reperiũtur quoq; uerba in uoce actiua paſſionẽ ſignificantia. Præcipito.as. turbo.as. ingemino.as. tondeo.es. uerto.is. inſinuo.as. accingo.is. Vergilius.ii.æñ. Et iam nox humida cælo præcipitat. pro præcipitatur. Idẽ

In quarto. Tum flumina mento præcipitant ſenis. pro præcipitantur. unde & partici pium præſentis tẽporis paſſionẽ ſignificare reperitur: ut ſupra memorauimus. Vergilius. Tepidi turbant ſeptem hoſtia nili. pro turbantur. & ab eo compoſitum cõturbo. as. pro eo quod eſt decoquere. Martialis. conturbabit atlas & non erit uncia toto. Iuuenalis. Sic pedo conturbat mato deficit. & in lege quidam fundum digeſtis de in rem uerſo. Poſtea inquit conturbauerat qui boues uendiderat. Vergilius. iii. geor. ingeminãt auſtri & denſiſſimus himber pro ingeminãtur. Idem in codẽ. Ciniphii tondent hirci incanaq; menta pro tondentur. Idem in eodem. & totæ ſolidam in glaciem uertere lacunæ.. pro uerſæ ſunt. Idẽ primo æñ. Tum prora auertit & undis dat latus. quod Seruius exponit pro auertitur. quẽadmodum & illud Vergilii. tum uero treme facta nouus per pectora cunctis inſinuat pauor: pro inſinuatur. Idem in eodem. accingunt omnes operi. pro accinguntur. Quinta uerborum neutrorum ſpecies eſt. hæc ſunt quæ á grammaticis dicuntur abſolutiua: quæ in conſtructione caſus nõ admittũt niſi mediante præpoſitione. ut Iuuenalis. uiuat gabiis uiuat fidenis ut uixit in urbe. Viuo. is. uixi. quod cũ accuſatiuo etiã poteſt cõſtrui. ſed figurate: quemadmodum paulo poſt dicturi ſumus. Eodẽ quoq; modo dego. is. ut apud Vergilium. iiii. æñ. uitam degere more feræ. Eo. is. iui. ſed eo inficias dicimus pro ĩficior ſiue nego. Exeo. is. cũ accuſatiuo cõſtruitur ratione præpoſitionis extra & cũ ablatiuo ratiõe præpoſitionis ex cum quibus cõponitur. Solinus poſtquam tatius inquit hominem exiuit. i. diem ſuum obiit. Verg. v. æñ. Corpe tela modo atq; oculis uigilantibus exit: quod Macrobius in ſaturnalibus & ſeruius exponunt pro uitat. Lucanus exeat aula q uult eſſe pius. Adeo. adis. ratione præpoſitionis ad cũ qua componitur iungit ſibi accuſatiuum. Vergilius. adit oppida paſtor. aliquãdo præpoſitio etiã accuſatiuo iungiť. ut. Terẽtius ĩ andria. adeo ne ad eum. Ratione præpoſitiõis etiam dicimus obeo mortẽ: pro morior.. & obeo. is. abſolute poſitũ. Sulpicius ad Cireronẽ. paulo inquit ante lucem Marcellũ diem ſuũ obiiſſe. Nã cõpoſita ab eo. is. plærũq; actiua reperiunť. Nato. as. aui. quod uideť eſſe frequẽtatiuũ a no nas naui natũ. ſed nõ ſeruauit ſimplicis quãtitatẽ. enato. as. aui. eſt natando ad littus ſiue ripam peruenire. Martialis. ad uotũ diodorus enatauit. Verg. vi. æñ. gelidas enauit ad arctos. Sto. as. ſteti. eſt in hoibus pedibus inſiſtere. in quadrupedibus a motu ceſſare cũ gradiuntur. In his q̃ fluunt nõ labi. in ĩanimatis erectũ eſſe. Sedeo. es. eſt cõtractis cruribus in nates deſidere. Salio. is. eſt ſaltũ facere. ſalto. as. eſt tripudio. as. ab hoc eſt ſaltatio ab illo ſaltus. Verg. ii. geor. unctos ſaliere per utres. Horatius. ii. ſer. ſaltat milomus ut ſemel ictus acceſſit feruor capiti. Reperiť ſalio actiuũ pro eo quod eſt fœminã inire. Ouidius in. ii. de arte. læta ſalitur ouis. hinc ſalaces dicũtur libidinoſi & ſalacitas ipſa libido. Salto quoq; accuſatiuo iungitur: ſed figuratum: ſi modo ſaltationem ipſam q̃ ſaltatur ex primat. Horatius primo ſermo. Paſtorem ſaltaret uti cyclopa rogabat. Iuuenalis chironomã ledam molli ſaltante bathyllo. Ambulo. as. eſt tantum pedibus ire. incedo. is. eſt cum faſtu & magno apparatu. Verg. pri. æñ. Aſt ego q̃ diuum incedo

Quinta uerborum neutrorũ ſpecies eſt: quæ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur niſi mediante præpoſitiõe. ut ego uiuo in urbe. qualia ſunt. Viuo uis uixi. por biuir.
Eo. is. ui. por ir. adeo. is. por ir alugar o apſoua
Obeo. is. por morir. Exeo. is. por ſalir de lugar
Nato. as. por nadar. Enato. as. por ſalir a nado
Sto. as. ti. por eſtar ẽ pie. ſedeo. es. por aſſẽtarſe
Salio. is. por ſaltar. Salto. as. por bailar o dãcar
Ambulo. is. por ãdar. deãbulo. as. por paſſearſe
Incedo. is. inceſſi. por andar cõ põpa i aparato.
Sapio. is. por ſaber. Deſipio. is. por ẽloquecer.
Reſipiſco. is. por tornar a ſu ſeſo el q̃ enloq̃cio
Contendo contẽdis. certo. as. pugno pugnas. por pelear i contender.
Cõcurro. is. cõcurri. por encõtrarſe con otro.
Cõſtituo. is. cõſtiti. por concertar ſe con otro.
Attineo. es. pertineo. es. por pertenecer.

regina iouisq;. Idem in eodē. Regina ad tēplum forma pulcherrima dido incessit magna iuuenum stipante caterua. Differentiā tamen horum uerboruum Seneca notauit dicens. tenero ac molli passu gradum suspendimus: nec ambulamus: sed incedimus: Deambulare est uoluptatis aut exercicii causa ambulare: quod & spaciari dicit. Nō possum dissimulare philalethæ tarditatem: ne dicam stulticiam: qui putauit ī illo Valerii maximi quod in principio sui operis scripsit: nec mihi cuncta complectendi libido incessit: ab eo quod est incedo. is. esse præteritum: cum sit ab incesso. is. quod uerbum ipse non agnouit: neq; apud Salustium legit: quod in catilinario scripsit. tāta cupido gloriæ incesserat: quem locum Valerius æmulari uisus est. Incessere aūt ut supra diximus est inuadere. Vergilius regibus incessit magno discordia motu. Lucanus in octauo. gemitus tacitos incessere fata. Ouidius. xiiii. meta. Sæuisq; parant incessere telis. Sapio sapis est sapiens sum. Martialis. Quisquis plus iusto non sapit: ille sapit. Desipio desipis. est á cōmuni sensu sapientiaq; minus habeo: uel quod a meo sensu destituor. Resipiscere uel resipire est ad priorem mentis statum redire. Terentius. me fortunatissimū puto esse nate: cum te intelligo resipiisse. Sapio sapis. cum accusatiuo est saporem aliquem præ se ferre. Martialis. quod sapit hyblam atticosq; flores. etiā absolutum huius significati est. Idem. ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ. Cōtendo cōtendis. certo certas. pugno pugnas. concurro cōcurris. constituo. is. huius ordinis uerba sunt. ut ego contendo tecum. pugno cum cæsare. certo cum pompeio. cōstituo cum Antonio. Reperiuntur etiam apud poetas secundi ordinis hoc est cum datiuis constructa. Vergilius secūdo geor. Nec celis ideo contende falernis. Idem in bucolicis. Mōtibus in nostris solus tibi certet amyntas. quod Seruius usurpatum esse dicit pro eo quod est certat tecum. Idem in secundo geor. argytisq; minor cui non certauerit ulla. Idem in eodem. Laudibus italiæ certent non bactra neq; indi. Ouidius primo meta. Frigida pugnabant calidis humentia siccis. sed statim iunxit ablatiuo media præpositione cum: dicens. mollia cum duris sine pondere habentia pondus. Idem. xii. meta. Et quoniam concurrere cominus hosti non datur. Iuuenalis. hic ubi nocturnæ numa cōstituebat amicæ. Attineo attines· pertineo pertines. cum accusatiuo media præpositione ad construuntur. Terētius. Ad te attinere omnem hanc rem. Martialis: Hoc ad te pertinet ole: sed quid agas ad me pertinet ole nihil. Animaduertendum est. quoniam hoc uerbum sum. es. fui. per omnes uerborum neutrorum species spargitur. uisum est illud hoc ī loco ponere. nam & potest esse absolutum. ut est locus hesperiam graii cognomine dicunt. potest & post se construi cum casu simili præcedenti. ut homo ē animal. potest & cum genitiuo: ut uirtus est hominis: pecudis uero uoluptas. potest & cum duobus datiuis: unde & diomedes inter idiomata latina hæc ponit exempla. gloriæ mihi est patria. testimonio tibi sum. auxilio tibi sum. gaudio mihi est aduersarius. bono mihi ē ueritas. oneri mihi ē hæc res. cordi mihi est amicicia. dolori mihi est iudicium. curæ mihi est doctor. miseriæ mihi est labor. infamiæ mihi est amor. Sic Terentius dixit in andria. Aut tibi hæ nuptiæ sunt cordi. Construitur etiam cum septimo casu quando ponitur pro genitiuo. Vergilius primo æneidos. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. quarum quæ forma pulcherrima deiopeia. pro corporis præstantis & formæ. Quod uero subiungit cum hoc nomine opus: Diomes eiusdem est præceptū: qui inter idiomata scribit usitate dici opus ē mihi monito: apud ueteres tamen inueniri p oēs casus pter uocatiuū. atq; addit. p eo quod græci dicūt. habeo opus. habui opus: ex rōne idiomatis latini nō posse dici nisi opus ē mihi. opus fuit mihi. hieronymus igiť

Animaduertendum est hoc uerbum sum. es. fui posse construi post se cum nominatiuo. ut ego sum Antonius. cum genitiuo. ut uirtus est hominis. cum datiuo. ut tu es mihi magister. cum septimo casu. ut est uir singulari eloquentia. Cum hoc nomine opus omnibus fere casibus iungi potest.

ſermonis græci proprietatem ſecutus dixit in euangelio. Dominus opus habet his.

Sunt præterea. proprie uerbum ſubſtantiuum unum eſt tantum. ſum. es. fui. quod ſubſtantiam ſignificat quodq; ob idipſum dei proprium eſt: qui mera eſt ſubſtã-tia: ipſo dicẽte in exodo. qui eſt miſit me ad uos. ſunt tamen & alia uerba quæ poſſunt dici propemodum ſubſtantiua. ut ſiſto. exiſto. exto. fio. maneo. uiuo. quæ poſt ſe æque regũt caſum ſimilem præcedenti. Cicero in libro de amicicia. exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Idem de ſenectute. ipſius apii extat oratio: potes enĩ addere ad illud diſ-putanda. diſſerenda. ad hoc pulchra. elegantiſſima. artificioſa. Eodem modo dicimus fio ſenex Horatius. iiii. carmi. fis anus. & uis formoſa uideri. Maneo im-mortalis. Vergilius. iiii. geor. at genus immortale manet. Idẽ in. iii. æñ. uiuite fœliceſ quibus eſt fortuna peracta. Pari modo conſtruuntur uerba quæ cũ ſint intranſitiua in obliquos caſus: reciprocantur tamen. ut incedo triſtis. ſicut Vergilius. quæ di-uum incedo regina. ambulo læ-tus. ſicut Horatius nocturnus obambulat. Præterea uerba illa. de hiſ multa diximus ĩ principio huius libri. illud tamen hoc in loco tantum repetimus nihil obſtare quominus hæc uerba ſint actiua: niſi quod pu-tant aliquid idcirco dici nõ poſſe quia ueritati repugnat. Ne-q; enim omnino Pricriano aſſẽ-tior multis in locis dicẽti ſigni-ficatiõis cauſa aliquid nõ poſſe dici. neq; enim quia non eſt niſi unus mundus. unus. ſol. una luna. idcirco nõ poſſem dicere de-um momento poſſe creare innumerabiles mundos. complures ſoles. multas lunas. aut quia nõ poſſum aratro arari. ligonibus paſtinari: ꝓhibebor dicere ego non aror neq; paſtinor: ſed neq; poſſum arari nec paſtinari. Quod & de uerbis ad ſolam na-turam pertinẽtibus dici poteſt: ſed illa fateor non oĩa poſſe ad uſus noſtros accommodari. ut ego non ſereno. at poſſet dicere iuppiter: qui uultu cælum tem-peſtateſq;. ſerenat: Præterea nullum eſſe uerbum actiuum. hinc multi arguũt: uerbum impersonale ab omnibus uerbis etiam actiuis poſſe prouenire: quandoqui-dem nullum eſt uerbum actiuum quod non poſſit eſſe neutrum. ſed nos de cuiuſmodi uerbis loqueremur: expoſuimus. Præterea uerba neutra poſſe conſtrui cum accuſatiuo rem uerbi ſignificãte. ut ego uiuo uitã. & uita uiuitur a me. Ouidius. xii. meta. Vixi annos bis cẽtũ: iam tertia uiuitur ætas. Alia tñ figura Iuuenalis dixit: qui

Sunt præterea quædam alia uerba quæ dicuntur ſubſtantiua: deſiderantia poſt ſe caſum ſimilem præcedẽti ut exiſtit inutilis. extat incorruptus. manet immortalis. uiuit fœlix. & ſimilia. Sunt & alia: quæ cum ſint intranſitiua: reciprocãtur tamen. ut incedo triſtis. ambulo lætus. euado doctus.

Præterea uerba illa quæ dicũtur neutra tranſitiua iudicio meo nihil habere quod illis repugnet: cur non dicamus actiua: cum etiã ſi natura repugnaret: ſermo idcirco nõ deberet eſſe mancus. Nam ſi recte dicitur comederũt iacob: & domus tue zelus comedit me recte quoq; dicet iacob. ego ſum comeſus. ſicut & Iuuenalis dixit. & cito rapturus de nobilitate comeſa quod supereſt.

Præterea uerba quæ dicuntur ad ſolam naturam pertinere: ego non uideo cur non recipiant omnes numeros & perſonas. ut ego non ſereno. ego non grandino.

Præterea nullum eſſe uerbum actiuum quod non poſſit eſſe abſolutum ſi poſt ſe cum nullo caſu conſtruatur: ut ſi dixeris: ego amo.

Præterea uerba neutra poſſe conſtrui cũ accuſatiuo rem uerbi ſignificante. ut ego uiuo uitam. eo iter. ambulo uiam. ſeruio ſeruitutẽ. furio furorẽ. certo certamen. pugno pugnã. pecco peccatum.

curios simulant & bacchanalia uiuunt.i.more bacchantium.Eo iter siue uiam. Cicero pro murena.hanc uiam dico ite uiam. Vergilius.iiii.æñ.Sola incomitata uidetur ire uiam.Ambulo uiam in sacris litteris sæpe legimus.ut in libro sapientiæ ambulauimus uias.difficiles.Seruio seruitutem.Gellius libro.ii.diogenes cynicus seruitutẽ seruiuit.furio furorem.Vergilius.xii.æñ.sine me furere ante furorem. Certo certamen.Paulus in epistola.ii.ad thimotheum.Bonum certamen certaui. Pugno pugnã Gellius libro.iii.Qui unam atq; alteram pugnam prospere pugnasset.Idem libro.ix. aliquot pugnas populus ro.prospere pugnasset. Pecco peccatum. Hieremias in threnis interprete Hieronymo.Peeccatum peccauit hierusalem.ideo instabilis facta est.

Præterea nullum esse uerbum quod non cum accusatiuo uel ablatiuo significanti tempus indifferenter construi possit.ut docui te grãmaticam tres annos uel tribus annis.

Præterea complura esse uerba neutra absoluta:quæ figurate accusatiuo iungi possunt. ut depereo uirginem. & quod Vergilius dixit:corydon ardebat alexin.

Præterea nullum esse uerbũ.Regula hæc ad omnia uerborũ genera pertinet. Neq; obseruanda est illa differentia quam multi facere uoluerunt: ut per accusatiuũ tempus iuge atq; perpetuum significemus. per ablatiuũ uero aliquid fieri per temporum interualla intelligamus.Nã si per accusatiuũ temporis continuitas significaretur:frustra Vergilius primo æñ.dixisset. hic iã tercentũ totos regnabit annos. & in.iiii.geor.septem illum totos perhibent ex ordine mẽses. Aut si dicis totos ideo adiecisse Vergilium ut tẽporis cõtinuitatem quæ alias erat implicita: exprimeret. Cur ẽ diuerso sic ablatiuus ĩterualla temporum significat.Ouidius in.v. tristium dixit.pene decem totis aluit pœantius annis.& Terentius in adelphis.sex totis mensibus olfecissem. Ergo quemadmodũ diximus indifferenter tres annos & tribus annis docui te grãmaticam dici potest.ut Cicero in principio officiorum. quamquam te.M.fili iam annum audientem cratippum:neq; enim filius Ciceronis per totum tempus annuum quo fuit athenis.cratippum philosophum audiuit. Nam & obiter legit.aut cœnauit.aut deniq; dormiuit. Præterea complura esse uerba figurate.quia nullum uerbum cum accusatiuo construi potest nisi sit actiuum. Cum igitur depereo absolutum sit uerbum:figurate dixit Gellius libro.vi.cum eam penitus deperiret.& Apuleius.iii.meta.quẽdam Boetium iuuenẽ efflictim deperiret.pro eo quod esse deberet perdite amaret.Sic Horatius.iiii.car.non sola comptos arsit adulteri crines.& Vergilius in buco.Formosum pastor corydon ardebat alexim.pro ardẽter amabat.Idem pri.æñ.Nec uox hominem sonat:pro eo quod sonando reddit.sicut in eodẽ personat aurata docuit quæ maximus atlas.i.personando cecinit. & in bucolicis.formosam resonare doces amaryllida siluas.i.resonando ex uocis repercussione reddere nomen amaryllidis. Eadem ratione accusatiuo iunguntur illa stupeo stupes.paueo horreo.tremo.& similia.Vergil..ii.æñ.Pars stupet innuptæ donũ exitiale mineruæ pro admiratur cũ stupore.Horatius secundo car.Nec muliebriter expauit ensem.pro eo quod cum pauore timuit. Ouidius secũdo meta.ursaq; cõspectos in montibus horruit ursos.i.cum hrorore formidauit.Seneca in hercule furente.thalamos tremisco.capta nunc uideor mihi.i.cum tremore recuso. Illa quoq; gemo.lugeo.fleo.& similia.nisi figurate accusatiuo iungi nequeunt.Iuuenalis. Tunc gemimus casus urbis. & Liuius.matronæ brutum anno luxerunt.Figurate quoq; dicuntur illa olet unguẽta.sapit thymbram.callet grammaticam.Iuuenalis. affertur misero tibi caulis olebit laternam.idest imitabitur talis olei odorem. Horatius.pastillos ruffillus olet.gorgonius hircum.Idem primo episto. uina fere dulces oluerunt mane camœnæ. Notat Ouidium Diomedes:quod dixerit: perq; locos sacros & olentia sulphure fertur. nec Vergilium cum Ouidio facere cum in primo eneidos dixit. redolentq; thymo fragrantia mella.Nam thymo cum fragrantia non cum redolent iungi debet. Ergo oleo aut absolutum est: significatq; odorem emittere. aut figurate cum accusatiuo construitur significante odorem illũ quem res illa quæ olet euaporat. pro eo quoq; quod est olfacio olfacis.hoc est odorem naribus capio:alio modo dicimus.olet mihi hæc res

per datiuum. Plautus in aulularia. aurum inquit huic olet. pro hic olfacit aurum.

Omnia etiam neutra: quod in prima specie uerborum actiuorũ diximus: nullum esse uerbum: quod nõ cum datiuo possit construi: idem quoq; nunc de uerbis neutris dicimus. & ponit exemplũ ex bucolicis Vergilii. Cui pendere sua patereris in arbore poma. nam pendeo absolutũ est. sed dixit cui. i. ad cuius usum atq; utilitatem aut uoluptatem. Idem. ii. geor. Tibi res antiquæ laudis & artis ĩgredior. i. ad tuam laudem. Idem in eodem. Nemorumq; ioui q̄ maxima frõdet æsculus. i. in cuius Iouis honorem. Idem. v. æñ. quo tantum mihi dexter abis. hoc ẽ in cuius perniciem atq; damnũ.

De uerbis deponentibus & ponit imprimis uerbi deponẽtis diffinitionẽ dicens: quod uerbum deponẽs est illud quod definit in. or. ad differentiã actiui & neutri. & nõ habet actiuã in. o. ad differẽtiam uerbi passiui. & retinet tãtum actiui significationem ad differentiam cõmunis quod utrãq; habet. Eius complures sunt species, colligit autem sex. Prima eorum quæ construuntur cum genitiuo. ut misereor innocentis. Vergilius ĩ bucolicis. nil nostri miserere. Idem. ii. æñ. oro miserere laborum tantorum miserere animi non digna ferentis. cum datiuo constructum hoc uerbum nõ reperitur. cum actõ non misereor sed miseror. aris. iũgit̃. Idẽ. iiii. æñ. Aut miseratus amãtem est.

Omnia etiam uerba neutra posse iungi datiuo significante illum cuius uoluptati aut molestiæ damno aut commodo aut deniq; cuius gratia aliquid fit. Vergilius. Cui pendere sua patereris in arbore poma.

De uerbis deponẽtibus. Cap. iiii.

DEponẽs uerbum est illud quod in. or. desinit & nõ habet actiuum in. o. retinetq; tantum actiui significationem. ut ego loquor uerba. Eius plures sunt species.

Prima species uerborum deponentium est: quæ post se construũt̃ cũ genitiuo. ut misereor innocentis. qualia sunt.

Misereor. eris. mist⁹ sũ. por auer misericordia
Obliuiscor. eris. oblitus sum. por oluidar se.
Reminiscor eris. recordor aris. por recordarse

Secunda uerborum deponentium species est: quæ post se cõstruuntur cum datiuo. ut opitulor clienti. qualia sunt.

Obliuiscor. eris. recordor. aris. & reminiscor. eris. accusatiuo etiam iungitur. Horatius in epódo. Quis nõ malarũ quas amor habet curas hæc inter obliuiscit̃. Verg. ii. æñ. Quisquis es amissos hinc iam obliuiscere graios. *Secunda* uerborũ deponentiũ species est. Opitulor. aris. Cicero in episto. opitulare collegæ. subueni patriæ. Salustius in catilina. inopiæ suæ opitulati sunt. Auxilior. aris. quod Priscianus actõ uel datiuo posse iungi dicit. Cũ grõ etiã reperit̃ in sacris lr̃is cõstructũ Esaie. xlviii. Hieronymo interprete. in tp̃e inquit placito exaudiui te: & ĩ die salutis auxiliatus sũ tui. *Suffragor*. aris. quod est punccto atq; sentẽtia alicui fauere. refragari uero iisdẽ modis alicui aduersari. Cicero in pri. de legibus. mihi enĩ uideris fratrẽ laudãdo suffragari tibi. Refrago in uoce actiua cũ actõ *Sisena* apud Marcellũ protulit. dictaturũ inquit oĩbus animis & studiis refragauere: pro eo quod est dictaturæ refragati sunt.

Adulor. aris. assentor. aris. palpor. aris. blãdior. iris. cũ ablatiuo cõstrui nemini dubium est. reperit̃ tñ adulo. as. cũ actõ in uoce actiua. ut Valerius maxi. si dionysiũ inq̃t nõ adulares ista nõ esses. & Actius apud Marcellũ. pennata cauda nostrũ sãguinẽ adulat. Eodẽ modo palpor. aris. cũ datiuo reperit̃. palpo. as. cũ actõ. Horatius. ii. ser. Cui si palpere recalcitrat. Iuuenalis. quẽ munere palpat carus. Blandior. iris. Quintilianus. Blãdiar paulisper iudices calamitatibus meis. Gratulor. aris. est ut Valla inq̃t testari nos gaudere de fœlicitate alterius apud eũ ipsum qui ea fortuna affectus est. & cõstruitur cũ datiuo. aliquãdo supprimitur datiuus: cum tamẽ intelligatur. Ouidius Gratulor œchaliam titulis accedere nostris. subaudi tibi. Idem in. iii. de arte. Ego me nunc deniq; natum gratulor subaudi mihi. Reperitur & gratulari pro gratias agere:

Verbis tamē præceptiuis quibus datiui iungūtur: possumus uel datiuos uel accusatiuos copulare infinitiuis sequētibus. ut præcipio tibi legere: uel præcipio te legere. impero tibi uel īpero te audire. iubeo tibi uel iubeo te ambulare. Determanať etiā infinitiuus uerbis impersonalibus actiuæ uocis. ut cōuenit mihi legere. pudet me audire. sed de hoc cū de īpersonalibus agetur: disputabimus. Soleo. es. semp cum actō cōstruitur: atqꝫ ab eo uix separari potest: quēadmodū spero. as. futuro eiusdē mod. Nā quod Martialis dixit: spero me secutū ī libellis meis tale tēperamētū: spero pro credo positū est: sicut Cicero in epistolis. spero amiciciā nostrā nō egere testibus. Adiectiua quoqꝫ certæ cuiusdā significatiōis & participia possunt infinitiuū determinare. ut lætus. dignus. simplex. par. paratus. ausus. Næuius apud Ciceronē lætus sum laudari abste. Ouidius. ii. meta. nec tu meus esse negari dignus. Verg. ii. geor. nec modus inserere aut oculos īponere simplex. Idē in buco. & cantare pares & respondere parati. Idē primo æñ. ausus & afflictis melius cōfidere rebus. Sed plæraqꝫ ex his ex figura græca magis dicta esse uidētur. nā quod Vergilius dixit: modus inserere aut oculos īponere simplex: pro gerundio genitiui positū est. atuero cātare pares pro gerūdio accusatiui.

Sūt uero quædā adiectiua q̄ cū gerundio genitiui atqꝫ cū infinitiuo cōstrui possūt. ut certus ire & certus eundi. Verg. iiii. æñ. illa dolos dirūqꝫ nefas ī pectore uersat certa mori. Idem. in. v. æneas celsa in puppe iam certus eundi.

Circūloquimur futurū. Latinus sermo futuro infinitiui caret: præterq̄ in hoc uerbo defectiuo forē. fore: pro futurū esse: Itaqꝫ tribus modis illud circūloquimur. Primo mō per supinū: quod quia ut paulo post dicturi sumus: nunq̄ pōt iūgi nisi uerbo significāti motū ad locū: necessitate adducti accepit illud quod eiusmōi significationē ma-

gis habet impromptũ: hoc est eo. is. nonquod in ea syntaxi quicquam significet: sed quod cum supino iunctum exhibet nobis futuri temporis infinitiui sensum. Nam cũ dico spero me amatum ire uxorem: nõ intelligo me ire aut proficisci aliquo: ut uxorẽ amem: sed tantum quod illam sum amaturus. Quod si cõstare uolumus in iis quæ de uerbo impersonali cum omnibus fere grammaticis digladiati sumus: cũ circũloquimur futurum infinitiui uocis & significationis passiuæ: nullo modo posset dici ego spero me amatum iri a deo. Nam amatum iri actionem non passionem significat: quãdoquidem ut capite in sequenti dicturi sumus: primum supinum actionem significat: & iri quod est impersonale passiuam nõ habet atq; actionem æque significat: quæ a plærisq; omnibus proficiscitur. Itaq; cũ dico spero me amatum iri: impersonale est: me aũt a supino illo amatũ regitur a parte post: ex uerbi unde deriuatur significatione. quare tantũ ualet: ac si diceres spero quod omnes me amabunt: quare posses recte dicere spero me amatum iri ab omnibus: nõ autẽ me amatum iri a deo. sed de hoc plura cum de uerbo impersonali disputabimus: illud tantum admonentes proprie nullum esse futurum infinitiui uocis passiuæ: sed uerbi tantum actiui & impersonalis. Alio modo circumloquimur idem futurum actiuæ uocis per participium futuri in rus. passiuæ per participium futuri in dus. ut spero me amaturum esse deum. & amandum esse a deo. Quo in loco non possemus dicere amaturũ fore uel amandum fore: si Laurentio credimus: ne duo futura ut ille dicit inculcaremus. Martialis tamen mergite me fluctus cum rediturus ero: dixit. Circumloquimur præterea. Tertio modo circumloquimur idem tempus quemadmodũ Gellius primo libro noctiũ atti. scribit per uerbum infinitũ simile participio futuri in rus. Nam huiusmodi locutiones amaturũ. docturũ. lecturũ. auditurum. nõ participia esse putat: sed uerba infinita. ait enĩ de illis. neq; pro participio posita sunt: sed uerba sũt indefinita: quæ græci aparemphata uocant: neq; numeris neq; generibus præseruientia. ita nõ putat per illa & hoc uerbum esse circũloquia fieri futuri infinitiui: sed per se ipsa uerba esse libera & impromiscua. Nos uero participia esse diximus: uel potius ad naturam participii reduximus propterea: quod in tota cõiugatione nullũ tale uerbum infinitũ posuimus: & quod proxime ad constructionem & significationẽ participii accedebãt. Cum itaq; cõplures huiusmodi cõstructiones reperirẽtur: ne pueri circa regulas grãmatices trepidarẽt: & nequid nouum atq; insuetũ illis præciperemus: diximus pticipii accusatiuũ in rus. substãtiuatũ in genere neutro numeri singularis posse iungi utriusq; numeri generibus. Cicero in uerrẽ. sed quocũq; uenerint hanc sibi rem sperant præsidio futurũ. Plautus in cassinã cũ de puella loqueret: altero te occisurum ait: altero uillicũ. Laberius in gemellis. nõ putauit inquit hoc eam facturum en tibi cũ fœminino numeri singularis. Quadrigarius apud Gelliũ. dum ii cõciderẽtur: hostium copias ibi occupatas futurũ. Idẽ quadrigarius. est quod speremus deos bonis benefacturũ. Valerius antias apud eundẽ. aruspices dixerũt: oĩa ex sentẽtia processurũ. en tibi cũ oĩbus tribus generibus numeri pluralis. Gerundia sunt. Cap. ix. quod est de gerundiis. Diu grãmatici miserandũ in modũ se torsere: in illa quæstione perq̃ inutili: sint ne gerũdia nomina an uerba: propterea quod aliquid ab utrisq; acceperint. nos cõsideratiõnẽ illã nihili fecimus. Et quãquam potuissemus antiquorũ grammaticorũ auctoritate gerundia & uerborum modos referre: ut ultra illos quinq; essent quoq; alii duo gerũdiuus & supinus: ut tamẽ nos uno uerbo ab illorũ nodis euolueremus: diximus esse alias quasdam orationis partes: quæ neq; sint nomina neq;

Alio modo circumloquimur idem futurũ per participium futuri in rus. & hoc uerbũ esse in actiua: & per participium futuri in dus. & idem uerbum esse in passiua. ut spero deũ amatum iri: uel deum amandum esse.

Circumloquimur præterea idem tempus per participium futuri in rus. cũ pro uerbo infinito ponitur in accusatiuo: iungiturq; omnibus generibus utriusq; numeri. ut spero uirginem nupturum tibi. & uirgines nupturum uiris.

uerba neq; participia. Poni autē a nobis plures aut pauciores q̄ octo orationis partes nemo mirari debet: cum de illarum numero quemadmodū libro primo atq; iterū tertio diximus: inter auctores nō conueniat. Gerundia & supina Diomedes & fere omnes grammatici antiquiores participialia uerba appellant: quod in terminatione participiis similia sunt. gerundia participio futuri temporis passiuæ uocis: supina participio præteriti temporis eiusdē uocis. Verba Diomedis sūt. participalis uerborū modus dictus est: quod eius modi uerba sunt paticipiis similia: nec tamē participia sunt. ut legendi. legēdo. legendum. lectum lectu. hæc eadem sunt inquit quæ probus supina appellat: & merito: quoniā nec certum habent numerum. nec personam nec significatū. Diomedes igitur & probus confundunt uno appellantes noīe: quæ nos cum posterioribus grāmaticis distinximus: ut illa sint gerundia: hæc uero supina.

De gerundiis. Cap. ix.

GErundia sunt qui uerbis annumerēt: quia regūt casus. sunt qui nominibus quia habeant casus. sunt qui nomina participialia esse dicant: quod in quibusdam nomini in quibusdam participio similia sint. Nobis tamen ut captiones euadamus: dicendum est: esse aliā partem orationis: quæ tamen maximam habeat similitudinem cū nomine. Neq; id mirum uideri debet alicui: cū alii plures alii pauciores quam octo partes orationis posuerint.

Gerundia ante se casum non regunt. Nam inaudita est in sermone latino cōstructio illa: In conuertēdo dominus captiuitatem sion. & illud in deficiēdo ex me spiritum meum. illud quoq; in cōueniendo populos in unū. Post se uero regunt casum uerbi a quo descēdunt. ut tempus est carēdi uoluptatibus. inseruiendi amicis. amandi deum.

Gerundia quod ab eo dicātur: quod gerant uerbi significationem: nemini dubium est: at uero supina unde dicta sunt: fateor me nescire. sed neq; memini me legere. Nā quod Probus atq; diomedes aiunt: supina appellari quod neq; certum numerum habent. nec personam. nec significatum: nō plæne mihi satis facit: quoniā nihil simile est inter uerbum supinum & rem supinam: nisi forte supinū aliā habuit reconditiorē significationē q̄ sit illa q̄ est in promptu: á qua supina dicta sint. Gerundia ante se. quemadmodum libro. i. diximus gerundia post se regunt casum uerbi á quo descendunt. ut duxi uxorem causa illam amandi. & illam amando delector. & ad illam amandum ducta est á me. Ante se uero casum non regunt: quin potius ipsa regūtur á nomine uel uerbo. Quod uero in psalmo. cxxv. dictum est. In cōuertendo dominus captiuitatem sion: facti sumus sicut consolati: ex figura uel potius idiomate græco dictum est. Græci namq; gerundia non habent: sed illorum loco infinitiuo cum articulis & præpositionibus utuntur. nam pro eo quod nos dicimus amādi: illi dicunt huius amare. pro eo quod nos amādo. illi in hoc amare. pro eo quod nos amandum: illi ad hoc amare. Cum uero infinitiuus apud illos quemadmodū & apud nos a parte ante cum accusatiuo construatur: interpres figuram græcam secutus infinitiuum gerundio mutauit: accusatiuum uero non mutauit. Itaq; pro eo quod septuaginta interpretes in psalmo. cxli. græce dixerunt in deficere ex me spiritum meum: noster uertit in deficiendo ex me spiritum meum. & pro eo quod illi græce in conuenire populos in unum: noster in conueniendo populos in unum dixit in psalmo. C. i. Illud audacius. quod pro eo quod septuaginta uerterunt in conuertere dominum captiuitatem sion: noster interpretatus est. In conuertendo dominus captiuitatem sion: ut quemadmodum isti dicunt amphibologiam infinitiui modi peculiarem fugeret: cum nusquam minus esse possit: quam eo in loco. Neq; enim quisquam erat adeo stupidus. qui putaret a captiuitate sion dominum esse conuersum. At quanto melius dixisset conuertente domino captiuitatem sion: & deficiente ex me spiritu meo. & cōuenientibus populis in unum: aut si hoc durum nimis cuiquā uidetur: quod est

uſitatius apud interpretes per ſubiunctiuũ hoc modo: cum conuerteret dominus captiuitatem ſion. & cum deficeret ex me ſpiritus meus. & cum conuenirent populi in unum. quod etiam idem Hieronymus ſtatim obſeruauit. nam pro eo quod ſeptuaginta dixerunt: & reges in ſeruire domino: ipſe ut ſeruiant domino interpretatus eſt. & in euangelio pro eo quod græce ſcriptum eſt: nato ieſu in betlem: uertit cũ natus eēt ieſus in betlem. Sic Boetius pro eo quod Porphyrius in principio iſagógon in Ariſtotelis categórias ſcripſit exiſtente neceſſario: conuertit: cũ ſit neceſſarium. Pro eo quo ꝗ quod Ariſtoteles ĩ principio ſecũdi ethicorũ libri ſcripſit: duplici uero exiſtẽte uirtute: Leonardus aretinus conuertit: cum uero duplex ſit uirtus. Quod uero dixit: poſt ſe regunt caſum uerbi aquo deſcẽdũt: de gerundio ſubſtãtiuo actiuæ ſignificationis intelligendum eſt. Nam paſſiuum ſiue illud ſit ſubſtantiuũ ſiue adiectiuum cum ablatiuo & præpoſitione a uel ab conſtrui non poteſt. ut ſi uelis dicere cauſa exulandi a rege ueniſti ad curiam. Gerundia aut ſunt ſubſtantiua. ante Laurentiũ uallã quem unum in hac gerundiorum diſputatione: non modo ego uerum etiam omnes poſt illum grãmatici ſecuti ſũt: nullus fuit auctor qui gerũdia nominauerit: niſi tantum illa ſubſtãtiua in di. do. dum terminata. Ille igitur fuit primus: neq; enim ſua gloria fraudandus eſt: qui gerũdia adiectiua induxit: atq; per omnia genera numeros & caſus uariauit. Vergilius uoluenda dies en attulit ultro. uoluenda adiectiuum gerũdium eſt: nõ participiuum futuri: neq; enim ſignificat: quæ uoluetur: ſed quæ aſſidue uertitur ſiue uolubilis eſt: aut uoluens: ſi modo uoluens paſſionem ſignificaret: more græcorum: qui habent participium præſentis temporis quod ſignificat paſſionem etiam in uerbis actiuis. ad quorum imitationem. Vergilius ſecundo. georgicorum dixit. Tardaq; eleuſinæ matris uoluẽtia plauſtra ideſt uolubilia & q̃ aſſidue uoluuntur. Idem primo æneidos. Olim uoluẽtibus annis. ideſt uolubilibus: non qui uoluendi ſunt: ſed qui uoluuntur aſſidue. Sic præterea dicimus iuſiurandum non quod iurandum eſt aut iurabitur. ſed ꝙ iurabile eſt. iuratur. aut iurari conſueuit. Et eodem modo per alios caſus. ut eſt mihi cura iuris dicundi. Antiqui enim ſic dicebant pro eo quod eſt dicendi. nam & antiquorum more multa nunc dicimus. ut finium regundorum & de communi diuidundo. Gerundia ſubſtantiua quæ ut diximus antiquiores agnouerunt ſola: ſubſtantiue accepta inueniuntur tantum in genere neutro adiectiuorum more: cum ſubſtantiuantur in genere neutro. ut hoc dictum. hoc factum. Sed in genitiuo. accuſatiuo. & ablatiuo frequenter reperiunt: in datiuo raro. ut Cicero in philippicis. nec ſoluẽdo eras. hoc eſt unde ſolueres debitũ nõ hẽbas. Quintilianus. pater

Gerundia aut ſunt ſubſtantiua: aut adiectiua.

Gerundia adiectiua omnia genera & numeros & caſus habent. & iunguntur ſubſtantiuis ſignificãtq; ſemper paſſionem. ut uoluẽda dies en attulit ultro. ideſt uolubilis. hoc eſt quæ uoluitur. ius iurandum hoc ẽ quod iuratur. Eſt mihi cura iuris dicũdi. & do operam iuri dicundo. & ueni ad ius dicundum. & delector iure dicundo. Gerundia ſubſtantiua tantum modo reperiuntur ſubſtantiua in genitino accuſatiuo & ablatiuo generis neutri. ut eſt mihi cura ſoluendi pecunias. & ueni ad ſoluendum pecunias. & delector ſoluendo pecunias. Reperitur etiam gerundium datiui. neſcio tamen an poſt ſe cũ accuſatiuo caſu poſſit conſtrui.

Gerundia ſubſtantiua a uerbis actiuis ſignificant actionem & paſſionem præterq̃ quod gerundium genitiui ſemper ſignificat actionem. A uerbis neutris actionem ſignificantibus gerundia ſignificant actionem tantũ. á neutris paſſionem ſignificantibus paſſionem tantum. á cõmunibus & deponentibus actionem & paſſionem.

pauperi soluendo non sumus. Cicero de perfecto oratore. cum est inficiando reus accusatori duo prima sunt. Apuleius. viii. meta. cũ primũ charite nubẽdo maturuisset.

Gerundia substantiua. gerundium genitiui substantiuũ si deriuetur a uerbis actiuis: & neutris actionem significantibus semper significãt actionem. ut causa amãdi deum & inseruiendi uoluptatibus. A uerbis neutris passionẽ significãtibus passionem significant. ut tempus exulandi. ratio calescendi. A cõmunibus & deponentibus quæ significant actionem: gerundia quoq; actionem significant: quæ uero passionem: passionẽ. ut uocandi gratia. philosophandi causa. lætãdi ratio. tristandi finis. & construitur semper fere cum nomine substãtiuo. aut adiectiuo certæ cuiusdam significationis. Vergilius. iiii. geor. cecropias innatus apes amor urget edẽdi. Idem primo æñ. & coram data copia fandi. & iterum in eodem. ueniendi quærere causas. & alio loco. finem dedit ore loquendi. Gerundium ablatiui a uerbis actiuis deriuatũ & actionem & passionem significat. ut cantando. i. dum canto & dum cantor. Vergilius in bucolicis. an mihi cantando uictus non redderet. i. dum cantamus certantes inuicem. Idem in eodem opere. frigidus in pratis cãtando rumpitur anguis. Idem. iii. geor. alitur uitium crescitq; tegendo. i. dum tegitur. & ibidem. uritq; uidendo fœmina. i. dum uidetur. Quintilianus. memoria excolendo augetur. i. dum excolitur. sed animaduertendum quod hæc gerundia quando passionem significant: ponuntur sine præpositione & quasi in ablatiuo absolute. neq; regere possunt ablatiuũ cum præpositione. a. uel ab. ut si uelles dicere: fœmina uritur uidendo a maribus. A uerbis neutris actionem significãtibus actionẽ significat. á passionem significãtibus passionem. & eodẽ modo de cõmunibus & deponẽtibus. Accusatiui quoq; gerũdium a uerbis actiuis actionẽ passionemq; significat. ut tu es facilis ad discendum libros. & libri sunt faciles ad discendum. A uerbis actionem significãtibus significat actionẽ. a passionẽ significantibus passionem. deponẽtium uero & cõmunium eadem ratio est. quã de superioribus diximus. Neq; potest cõstrui cũ ablatiuo & præpositione. a. uel ab. in persona agente cum passionem significat: quemadmodũ & de gerũdio ablatiui diximus.

Quod uero Seruius ĩ illud Vergilii. xi. æñ. scribit. alia arma latinis quærenda: aut pacem troiano ab rege petendum: petendum esse gerundium facile refellitur a Valla: quia petendum nominatiuus est. gerundia aũt substantiua nusquã in nominatiuo reperiunt. Sed neq; est accusatiuus quia gerundium in hoc nunquã est sine præpositione: ut statim dicturi sumus. Ex quibus necessario infertur petendum participium esse aut nomen. Quid si nihil illorum est: sed potius uerbum infinitiuum: qualia supra diximus esse illa amaturum. docturũ lecturum. auditurum. Inter gerundia. est tanta differentia inter gerundium & participium futuri temporis terminatum in dus. tum in uoce. tum etiam in significatione: ut non possit quiuis facile discernere alterum ab altero. Itaq; inter utrumq; ponit duas differẽtias. Prima est quod gerundia significant rei administrationem. hoc est per modum officii siue habitum illum quem philosophi dicunt actum primum. Aristoteles uero appellat entelechiam. ut cum dico: cura legendorum librorum tenet me: intelligo quod illud est meum officium atq; habitus: non tamen in tempore determinato saltem ad futurum: sed quod illos lego & legere consueui. Participia uero significant tempus futurum in actu subaudi secundo: quem græci uocant energiam sine rei administratione. i. non per modum habitus siue officii. ut si dixero: libri legendi sunt á me. intelligo quod in tempore futuro legẽtur á me: nõ quod per habitũ siue administrationem siue officium habeam quod illos legere consueui. Altera

Inter gerundia adiectiua & participia hæc est differentia quod gerundia significant rei administrationem siue habitum sine tempore saltem determinato ad futurum. resoluunt q; in gerundia substantiua. ut est mihi cura iuris dicundi. i. dicendi ius. & ueni ad ius dicundum. i. ad dicendum ius. & delector iure dicundo. i. dicẽdo ius. Participia uero significãt tempus futurum in actu sine rei administratione. ut ius dicendum est á me. i. dicetur. causa est á me oranda. i. orabitur.

differentia est: quod gerundia adiectiua possunt resolui in gerundia substantiua. ut ueni causa legẽdorũ librorũ. i. legendi libros. & ueni ad legendos libros. i. ad legendum libros. Cicero in primo officiorum. orationem latinam legendis nostris efficies pleniorem. hoc est legendo nostra. Itaq; ut in summa dicam: gerundiũ a participio distat: quod illud significat per modum officii & rei administrationis sine tempore: hoc tẽpus sine officio & rei administratione. Illud per modum habitus & entechiæ hoc ẽ actus primi. hoc per modum actus & energiæ hoc est actus secundi. & quod illud resolui potest in gerundium substãtiuũ: hoc uero in tempus futurum. Idq; fieri quoniã gerundio tempus nõ accidit: participio uero accidere manifestum est.

Gerundia accusatiui. gerundia ablatiui ut paulo ante dicebamus: tum iuncta præpositionibus: tum separata reperiuntur. atuero gerundia accusatiui semper copulata prepositionibus reperiũtur: nõ tamen omnibus: sed his tantũ. ad. ob. propter. iter. ante. ut homo debet esse uelox ad audiendum: tardus aũt ad loquendum & ego ueni ab legendos uel propter legendos libros. Vergilius in bucolicis. age tityre & inter agẽdum occursare capro cornu ferit ille caueto. Idẽ in. iii. geor. de equis namq; ante domandũ ingentes tollent animos. Ablatiui gerundia his præpositionibus iunguntur. in. de. ex. e. ab. a. ut in nauigando uenti posuerunt. i. flare desierunt. ut apud Vergilium. vii. æñ. Tum uenti posuere omnisq; repẽte resedit flatus. & est libellus Hieronymi ad eustochium de uiuendo deo. idest quemadmodũ deo & non mundo inseruire debeamus. & titulus ille qui est in libris digestorum de edendo. & Cicero. tu quod cogitas de transeundo in epirũ. & illud quod omnes afferunt exemplum. ex defendendo q̃ ex accusando maior gloria cõparatur. Nam & Cicero defendit multos accusauit neminem præter unum uerrem: quod ipe in diuinatione fatetut. Plinius in epistolis. sermonibus dies transigebat: cũ a scribendo uacaret. Cicero. in quo nos isti iurisconsulti impediunt: a discendoq; deterrent. Quintilianus etiam præpositioni cum adiunxit oratoriarũ institutionũ libro primo sed ratio inquit recte scribendi iuncta cum loquendo est. Aduertendũ est. quia paulo ante dixerat gerundia accusatiui substãtiua semper asciscere sibi præpositionẽ: nunc etiãdicit gerũdia adiectiua in accusatiuo eandẽ præpositionẽ desiderare: præter q̃ cũ paucis uerbis his fere. Loco. as. cõduco. is. mãdo. as. curo. as. habeo. es. p eo quod est debeo. es. Seruius sulpicius in epl'a quadã ad Ciceronẽ. ut faciendã inquit sepulturam locarent. idest darent certa mercede architecto faciendã. Cicero. ii. de diuinatiõe Redẽptores columnã illam de cotta & torquato conduxerat faciendam. Suetonius in uita Cæsaris. gladiatores inquit notos ui rapiendos reseruãdosq; mandabat. & Plinius in epl'is. petis ut libellos meos emendandos recognoscendosq; curem. idem in epl'a ad saturninũ. præsertim cũ enitendũ haberemus. i. deberemus eniti. Tranquillus in uita Cæsaris. ut consolandos eos magis imperator: q̃ puniendos habuerit:

Gerundia accusatiui iungunť frequenter his præpositionibus. ad. ob. propter. inter. ante. ut ad numerandum uel propter numerãdas pecunias ueni. propter orandum causas studeo. inter agendum capras. ante domandum boues. Gerundia uero ablatiui iunguntur cum his præpositionibus in. de. ex. a. ab. ut in nauigando uenti posuerũt. & est libellus hieronymi de uiuendo deo. & ex defendendo q̃ ex accusando maior gloria cõparatur.

Aduertendum etiam est quod gerundia adiectiua in accusatiuo semper iungũtur præpositionibus illis. ut ad numerandas uel ob numerandas uel propter numerandas pecunias ueni. præter q̃ cum his uerbis loco. cõduco. mando. curo. habeo pro debeo. ut ego locaui faciendam sepulturam.

Animaduertendum quoq; est gerundium genitiui singularis. recte iungi substãtiuo plurali. ut Plautus nominandi tibi istorum magis erit q̃ edundi. copia.

Animaduertendum quoq; est. contra præceptum illud de conuenientia adiectiui cum substantiuo hoc est obseruatum. Plautus in captiuis duobus. nominandi tibi istorũ magis erit q̃ edundi copia. Terẽtius. date crescendi copiam nouarum: qui spectandi faciunt copiã. Cicero. ii. de diuinatiõe. dolebis tamẽ stoicos nostros epicuræis irridendi sui facultatẽ dedisse. sui enĩ genitiuus est pluralis: quia ad stoicos refertur. Liuius primo ab urbe. Non enim uereor ne quis hoc me uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet.

De uerbis supinis. Cap. x.

QVod de gerundiis diximus: idem de supinis dici potest: esse aliam ab octo partibus orationis: nisi quod gerundia participiis: supina uerbis annumerari possunt.

Primum supinum semper iungitur uerbo significanti motum ad locum. ut eo deambulatum. uado uenatũ. significatq; semper actionem: nisi sit a uerbis neutris passionẽ significantibus. Nam illa do filiam nuptum uenundo seruos. spectatum admissi risum teneatis amici: motum in se continent sicut & illa superiora.

Vltimum supinum semper iungitur nomini adiectiuo: non tanquã substantiuum. sed tanquam uerbum: regiturq; ab eo. & significat

De uerbis supinis cap. x. quod in superiori capite disputatum est: quæ nos gerundia & supina dicimus: participialia uerba antiquiores grãmatici uno nomĩe apellabãt propterea quod gerũdia participio futuri: supina pticipio præteriti similia sunt. Quæ quoniã a grãmaticis iunioribus distinguntur. quod de gerũdiis diximus esse aliam ab octo partibus orationis: idem nunc de supinis dicimus: esse aliam ab illis nouem sint in doctrina nostra sermonis latini partes orati͠ois decem. Quod si in octonario ptium orationis numero perstandum est: ad nomẽ gerundia: ad uerbum supina reducenda sũt. unde & Quintilianus illa apellat uerba supina: quemadmodum plærisq; omnes grãmatici nomina participalia.

Primũ supinũ. hæc de supinis præcepta cõtra uulgus fere omnium grãmaticorũ Priscianũq; imprimis excogitatũ est. qui putabant supina significare actionem & passionẽ: cum primũ ab actiuis & neutris uerbis actionẽ significãtibus semp significet actionẽ secũdũ semp passionẽ. Quod uero dicit primũ semper iungi uerbis significantibus motum ad locum: ea sunt quæ nõ modo habẽt motum explicitum sed etiam implicitum. ut eo. is. uado. is. proficiscor. eris. uenio. is. ago. is. mitto. is. Terentius in andria. quõ te is perditum. Verg. in. iiii. Venatum æneas unaq; miserrima dido in nemus ire parant. Idẽ iiii. geor. Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus. Idem in buco. Huc ipsi potum uenient per prara iuuenci. Idem ibidem. & potum pastas age tityre. Salustius in iugurtha. legatos inquit ad iugurtham de iniuriis questum misit. & iterũ ibidẽ. Non mea culpa ad uos oratum mitto. Motum quoq; dicit cõtinere in se illa do filiam nuptum apud Terẽtium. i. ut eat nuptũ. i. ad hoc ut nubat passiue. & uenum do seruos. i. ut uẽdãtur etiã passiue. & illud Horatii in poetria spectatũ admissi risum teneatis amici. i. recepti in domũ ut ueniatis spectatũ. i. ad aspiciendũ. Et significãt semper actionem si ueniant ab actiuis aut neutris actionẽ significãtibus. nã á passionem significãtibus passionem significãt: ut eo exulatum. i. ut exulem. uenio uapulatum. i. ut uapulem. & illa quæ diximus do filiam nuptum. uenum do seruos. Post se uero construunt cũ casu. cũ quo cõstruit uerbum á quo descendunt: de supino a uerbis actiuis & actionẽ significantibus intelligit. ut quod ex Terẽtio attulimus: quõ te is perditũ. & ex Vergilio lapsis quæsitum oracula rebus. Nam uenio exulatum á rege: nescio an satis latine dici possit. Vltimum supinum. non minori in errore ante hanc Laurentii præceptionem uersati sunt grammatici in ultimo supino. q̃ fuerant in primo: cũ putabant ita posse iungi uerbo sienificanti motum: & significare actionem quemadmodum & primũ. Itaq; reliquis ambagibus omissis: ostendit primo quomodo construat. deinde quid significet. Nam construitur inquit non cum uerbo significanti motum:

sed cum nomine adiectiuo: non tanquam substantiuū: quia cum eo non conuenit: neq; cōuenire debet in genere numero & casu: sed tanquam uerbum quod desiderat ab illo adiectiuo determinari: a quo etiam regitur. Et significat semper passionē non quemadmodum alii dicebant actionem & passionem. ut est res horrenda dictu. i. ut dicatur. miserabile uisu. i. ut uideatur. mirabile dictu. i. ut dicatur. Vergilius. iii. geor. Nec uisu facilis nec dictu effabilis ulli. & in. iiii. eiusdem. subitum ac dictu mirabile monstrū. Idē in primo. æn. in breuia & syrtes urget miserabile uisu. Idem in vii. id uero horrendum ac uisu mirabile ferri. Ex quo sequitur. ex conditionibus quas dixit ultimum habere supinū: infert quas nō habet: & quibus distinguitur a nomine: cum quo terminationem habet cōmunem. Nam supina similia sunt nominibus participialibus quartæ declinationis in accusatiuo & ablatiuo. Prima itaq; conditio ē quod nō iungitur uerbo: ut imperiti grāmatici ante hac dicebant: uenio lectu. pro eo quod ē de legēdo: quia ut diximus semper iungitur nomini adiectiuo.

passionem. ut est res horrenda dictu. i. ut dicatur. miserabilis uisu. i. ut uideatur. Ex quo sequitur quod neq; potest iungi uerbo: ut grammatici indocti dicunt uenio lectu. neq; ponitur pro nomine: ut Priscianus dicit uenio uenatu pro de uenatione. neq; iungit sibi adiectiuum neq; recipit præpositionem. neq; regit nomen Quod si dixeris bonus ciuis est dignū gubernatu: dubitaueritq; aliquis gubernatu utrum sit nomen an uerbum supinum: ex adiunctis tolletur hæc ambiguitas. Nam cum est nomē genitiuum regere potest: ut est dignus gubernatu reip. & iungit sibi nomen adiectiuū. ut est dignus magno gubernatu. & recipit præpositionem: ut recessit ex gubernatu. Cum uero est uerbum supinum quemadmodum diximus nihil tale habet: sed tantnm a nomine adiectiuo regitur: & in uerbū passiuū resoluitur.

Hæc Laurentii præceptio cū mihi sederet in animo: inueni apud Catonē in libro de re rustica clausulam: quæ illam maxime labefactaret. Nam ubi de officio uillici scribit: primus inquit cubitu surgat: ultimus cubitum eat. Quis hoc loco non dicat cubitu surgat: sic esse ultimum supinum: quemadmodum cubitum erat: primū? Sed cubitu tam nomen est pro cubatione: q̄ cubitum supinum. illud præterea miror: quod Diomedes ait: lectu proficit: supinum esse: cum manifestum sit lectu pro lectione in eo exemplo esse positum. Altera igitur conditio est quod non ponatur pro nomine: ut quod Priscianns libro. viii. & post illum omnes grammatici dixerunt: uenio uenatu. i. de uenatione. nam tunc nomen esset. & sic illud Catonis exponendum est: cubitu surgat. i. de cubatione. & illud Diomedis lectu proficit. i. lectione. Tertia conditio est: quod nō iungit sibi adiectiuum. neq; enim dicere possumus est res horrenda humano uisu. Quarta quod non recipit præpositionem: ut est res horrenda uisu a nobis. aut in nostro uisu: Quinta quod non regit nomen. ut est res horrenda uisu hominū. Ex quibus etiam infertur: ultimum supinum non deriuari a uerbis uoce aut significatione passiua carentibus: quandoquidem in eam resoluendi sunt: cum passionem significet ut si uelis dicere est res horrēda sonitu: & indigna locutu. Deinde dicit cum ultimū supinum simile sit in terminatione ablatiuo nominis participialis: si quispiam dixerit bonus ciuis est dignus gebernatu: amphibologiam esse: quæ ex adiunctis debet tolli. ut est dignus gubernatu reip. & est dignus magno gubernatu. & recessit ex gubernatu. & gubernatu multum profuit: quibus in locis manifestū est gubernatu pro gubernatione poni: declinaturq; hic gubernatus gubernatus gubernatui.

Participium eodem modo. participium duplciter consideratur: aut qua ratione est adiectiuum: & sic debet conuenire cum suo substantiuo in genere numero & casu. ut uir doctus. aut qua trahit originem significationemq; ab aliquo uerbo: & sic regit casum illius uerbi a quo descendit. Nam quia a doceo. es. participia actiuæ uocis sunt docens docturus: eadē ratione dicimus sum docens te grammaticam: & sum docturus

te dialecticam: qua doceo te grammaticam. doceo te dialecticam. & in uoce passiua eadem ratione dicimus. ego sum doctus a te grammaticam: qua ego doceor á te grāmaticam. ego sum docēdus a te dialecticam: qua ego docebor a te dialecticam. & pari modo de reliquis uerbis quæ uariis modis construuntur.

De constructione participii. Ca. xi.

PArticipium eodē modo iungitur nomini & pronomini & uerbo: quo nomen adiectiuū post se uero desiderat casum: cum quo construitur uerbum á quo descendit. ut amans filium. amaturus deum. amatus á patre. amādus ab uxore. Inseruiens amíco. inseruiturus propinquis. carens uoluptatibus. cariturus turture magno.

Sunt nomina participiis similia: ut amans. doctus. quæ sola constructione discernuntur. Nam cum dico amans uxorem participium est. amās uxoris nomen ē. Sed cum sunt nomina recipiunt comparationem. ut amantior uxoris. amantissimus uxoris. doctior Cicerone doctissimus omnium. Tempore quoq possunt discerni: nam cū dico. est amādus á me. significat quod á me amabitur. cum uero tantum est amādus: quod est dignus amari. Vix tamen sub hac forma recipit comparationem. nam quod quidam dicunt Reuerendissimus. colendissimus. obseruandissimus: ego dicerem potius admodum reuerendus. perq̄ colendus. plurimum obseruandus & alia simili modo.

Sunt nomina. participia poni ꝑ nominibus posse: libro tertio dictum est. nunc autē ut aliquid addat: illud ipsum repetit: ostenditq in quo distingui possit a nomine. Primo constructiōe. nam cum participium ut paulo ante diximus: regat casū uerbi á quo deriuatur: mutata constructione ponitur loco nominis: quod exēplis demōstrat. de constructione tamen participii loco nominis positi infra dicetur. Sed cum sunt nomina recipiunt comparationem. hoc de participiis præsentis & præteriti intelligitur. ut amās amātior amantissimus. doctus doctior doctissimus. Participia futuri temporis loco nominis posita comparationem non recipiunt. neq enim possemus dicere ab amaturus amaturior amaturissimus. ab amandus amandior amandissimus. Nam quod tempestatis nostræ homines curiales dicunt atq scribunt. Reuerēdissimus pater. colēdissimus dominus. obseruādissimus præsul potius dicendū esset per ipsum participium loco nominis positum: & aliquod aduerbiū: quod intensionem quandam significaret: augeretq significationē. ut Boetius in primo de consolatione: cū philosophiā describit: & uultus inquit admodum reuerēdi. Quod uero dixit participium futuri in rus. loco nominis aliquando poni: ostendit Laurentius libro elegantiarum primo. Nam cum dixit Quintilianus. Neq enī huius rei meminit usquam poeta: profecto non taciturus de tāta sua gloria perinde est: ac si alio modo dixisset rem sibi non tacendam: hoc est dignam taceri. Plinius quoq iunior in epistolis. cōfero inquit quinquaginta milia: nūmum plus collaturus: nisi á uerecundia tua &c̄. collaturus dixit non tam significans tempus: q̄ uolūtatem & animū conferendi. Omnia igitur quattuor participia transire possunt in uim nominis: sed quando sunt participia quando nomina quinq modis dignoscimus. Primo constructione: ut amans uxoris. pro amator uxoris. Secundo tēporis amissione. ut Ouidius militat omnis amans & habet sua castra cupido. amans pro amator posuit. Tertio cōparatione. ut amans amantior amantissimus. Quarto compositione. ut innocens. indoctus. neq enim sunt uerba innoceo innoces. indoceo indoces. a quibus deriuentur. Quinto significationis mutatione. ut diligens. non qui diligit. sed qui sollers est.

De nominis constructione cum alio casuali. Cap. xii. Postea q̄ de constructiōe uerborum participiorūq cum aliis partibus orationis dictum est: hoc loco de constructione nominis cum alio casu disputabimus: & primo cum genitiuo: non de illa con-

ſtructione quæ notiſſima eſt: cum genitiuus conſtruitur cum nomine ſubſtantiuo ex ui poſſeſſionis uel quaſi poſſeſſionis. ut liber uergilii: uergilius decem argenteorum. Sed cum nomen adiectiuum uel participium in uim nominis tranſiẽs: aut nomẽ uerbale quod in or. uel in. ix. deſinit: conſtruuntur cum genitiuo ex idiomate hoc eſt proprietate ſermonis latini: quo in loco imitati ſumus præcipue diomedem grãmaticũ: ne quis exiſtimet hæc a nobis tumultuarie fuiſſe præcepta. Dicit igitur in primis ꝙ nomina adiectiua certæ cuiuſdã ſignificationis ex ratione idiomatis latini genitiuo ĩũgũtur. Sunt autem illa potiſſimũ quæ habitum ſiue priuationem alicuius rei ſignificant. ut ĩteger uitæ. Horatius pri. car. ĩteger uite ſceleriſq; purus. Vergil. ix. æñ. atq; integer æui aſcanius. Præceps animi. Vergilius ix. æñ. & preceps animi tinarus & mauortius hemon. Prodigus uitæ. Horatius. iii. car. animæq; magne prodigum Panlum ſuperante pœno. Dubius itineris. diomedis exemplum eſt in idiomate genitiui. Vergilius. iii. geor. nec ſum ãnimi dubius uerbis ea uincere magnum q̃ ſit. Tenax propoſiti. Horatius pri. carminũ. Iuſtum & tenacem propoſiti uirum. Cupidus honoris. hoc quoq; diomedis exemplum ẽ. Atq; eadẽ ratione dicimus æmulus laudis. amens animi auidus pugnæ. certus experimenti. incertus uiæ. conſcius facti. inſcius æui. præſcius uẽturi. neſcius ueri. ignarus rerum. ingratus ſalutis. inops animi. lætus laborum. memor matris. maturus æui. proſper frugũ: reus uoti: ſerus ſtudiorũ. ſecurus amorũ. ueri uanus. animi uecors. Ouidi. vi. meta. ut tñ exẽplis ĩtelligat æmula laudis. Verg. iiii æñ. iſq; amẽs animi & rumore accenſus amaro. Idẽ in. ix. ergo auidũ pugne dictis ac numine phœbi. Macrobius in ſomnũ ſcipionis. hypocrates expimenti certus aſſeruit Seneca in œdipo. an latera cura ſerpit incertus uiæ. Vergilius. iiii. æñ. teſtatur moritura deos & conſcia fati ſydera. Idem in. vi. præſcia uenturi da non indebita poſco. Idem. iii geor. etiamq; tremens etiam inſcius æui. Ouidius pri. metha. ueri quaſi neſcia quærit. Vergilius. x. æñ. proſpicit ignarus rerum ĩgratuſq; ſalutis. Idem. iiii. æñ. ſæuit inops animi: totamq; accenſa per urbem bacchatur. Idem in. xi. quas illi læta laborum ipſa ſuis manibus. Idem primo æñ. at memor ille matris acidaliæ. Idem in. v. atq; æui maturo aceſtes. Horatius. iiii. car. pſperã frugũ celerẽq; pnos uoluere mẽſes. Verg. pri. æñ. ſecurus amorũ germane. Idẽ in. v. conſtituam ante aras uoti reus. Ouidius. xv. metha. ſpretarumq; agitur legum reus. Conſtantinus tamen in quadam ſanctione. ne ſimus inquit legibus rei: qui pugnando fideliter de omnibus gentibus meruimus eſſe uictores. Horatius. o ſeri ſtudiorum qui ne putetis. Apuleius. iii. metha. Iam uecors animi tectum ſcandulare conſcendit. Vergilius. x. æñ. aut ego ueri uana feror. Nomina præterea formam participiorum habentia. i. quæ figurantur ex participiis præſentis temporis & præteriti: poſſunt conſtrui cum genitiuo. ut Vergilius. ii. geor. patientes uomeris unci. & ab eo compoſitum impatiens. Iuuenalis. impatienſq; more pauet: & præpucia ducit. Negligens amicorum. diomedis eſt in idiomatis: fugitanſ litium. Terentius in phormione. herus meus liberalis eſt: fugitans litiũ Saluſtius in catilina. profuſus ſui: alieni appetẽs. Participia nãq; ſi eſſent: accuſatiuo iungerentur: diceremuſq; patiens laborem. appetens pecuniam. negligens amicos. fugitans lites. Eodem modo ſi dixeris. doctus grammaticam. uictus animũ. expertus bellum: participia ſunt. doctus grãmatice. uictus animi. profuſus ſui. expertus belli: nomina. Vergilius. x. æñ. expertos belli iuuenes aſt ilua trecentos. Idem. iiii. geor. ĩmemor heu uictuſq; animi. Horatius. iii. car. docte ſermonis vtriuſq; linguæ. Eadẽ qaoq;

De nõis cõſtructiõe cũ alio caſuali. Cap. xij.

Omina quoq; cum caſibus conſtruuntur: quædam cum genitiuo: qualia ſunt nomina adiectiua certę cuiuſdam ſignificationis. ut integer uitæ. ſceleris purus. p̃ceps animi. prodigus uitæ. dubius itineris. tenax propoſiti. cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia. ut patiens laboris. negligens amicorum. fugitans litium. appetens alieni. profuſus ſui. doctus grammaticæ. uictus animi. expertus belli.

ratione Vergilius dixit primo æñ. expediunt fessi rerum: & Horatius primo car. insanientis dum sapientiæ consultus erro. Idem in pri. ser. agricolam laudat iuris legũq peritus. nam participium est a perio quod in usu nõ est in simplicitate: a quo est experior. & Apuleius de repente animi mutatus.

Nomina quoq masculina terminata in. or. q formantur ab ultimo supino. u. mutata ĩ or. & fœminina terminata in trix. quæ formantur a masculinis: tor. mutata in trix. ut amator uxoris. amatrix uiri. doctor gentium. expultrix uitiorum.

Et nomina superlatiua construuntur cum genitiuo: sed tantum plurali: nisi sint nomina collectiua. ut doctissimus grecorum. sapientissimus philosophorum. fortissimus gẽtis danaum. Comparatiuum quoq inter duo ut aiacum fortior fuit telamonius.

Sunt quædã quæ possunt iungi genitiuo uel datiuo. ut similis patris uł patri. fidus regis uel regi. ꝓximus tulij uel tulio. propinquus cæsaris uel cæsari.

Nomina quoq uerbalia quæ alii pticipialia uocant: formata ab ultimo supino. u. mutata in or. cõstruũtur cum genitiuo. ut amator uxoris. doctor gentiũ: & fœminina quæ formãtur a masculinis tor mutata in trix. cum genitiuõ etiam construuntur. ut amatrix uiri: & quæ etiam irregulariter formantur. ut expultrix uitiorũ: quod ab expulsor fit. Et nomina superlatiua. superlatiuum cũ plurali tantum genitiuo cõstruitur. ut Horatius pri. ser. græcorum longe doctissimus. potest etiam cũ genitiuo singulari construi modo sit nomen collectiuum hoc ẽ in numero singulari multitudinẽ significans. ut ppl'us. gens. Vergilius pri. æñ. o danaum fortissime gentis tidide. Comparatiuum quoq quotiens inter duos fit comparatio: ad imitationem græcorum potest cum genitiuo construi: quotiens ponitᷣ: ut iuniores grãmatici dicũt: partitiue. ut si dicas. aiacũ fortior fuit telamonius. duo enim tantum fuerunt aiaces alter telamonis alter oilei filius. nam si tres fuissent: non fortior: sed fortissimus dicendum erat. sicut dicimus digitorum medius est lõgissimus. manuum uero dextra est fortior. loco etiam genitiui nõ nunq̃ ponitur ablatiuus cum præpositione de uel ex. Ouidius id epistola mede. cũ minor e pueris iussu studio q uidendi. duo enim erant medeæ filii. Cæsar in cõmentariis. heredes erant scripti ex duobus filiis maior. Illud nimis licenter dictum est: quo Paulus hieronymo itерpte scribit in epistola. spes inquit. fides. charitas tria hæc: horum maior est charitas pro maxima. aut si charitas fidei & spei simul comparatᷣ: horum posuit pro his ad imitationem græcorum: qui cum ablatiuum non habeant: comparatiuum cum genitiuo construunt: quemadmodum & superlatiuum. illo modo inter illos differentia est: quod comparatiuum iungitur cum genitiuo significante unũ aliquid sui generis. superlatiuum uero cum genitiuo significante plura sui generis:

Illud tamen hoc in loco non est dissimulandum quod ualla notauit: q comparatio unum gradum siue primum obtinet. superlatio uero ultimum. nam ubi est superlatio necesse est ut ibidem sit comparatio. Si enim plura sint uasa ad eandem magnitudinẽ facta: & aliud sit longe capacius: recte dixeris illud esse maius omnibus illis: quæ sunt inter se æqualia: quod si aliquod uas sit maius alio: & aliud maius illo: hoc comparatũ illis duobus non dicetur maius illis: sed maximum illorum. Sunt quædam quæ possunt. similis patris uel patri. sed est differentia teste Diomede: quoniam similis patris est in moribus. similis patri in corporis figura atq lineamẽtis. quod iuuenalis expressit dicens. quando quidem similem tibi se non corpore tantum: nec uultu dederit morum quoq filius. Terentius in eunucho. domini similis es. Nam quod Vergilius in pri. æñ. dixit. os humerosq deo similis ex opinione uulgi atq epicureorum dictum est: qui putãt deos humanam effigiem habere. fidus regis uel regi. Vergilius. xii. æñ. præterea regina tui fidissima. nã genitiuus ille positiui est. Ouidius. ii. metha. tu tantum fida sorori esse uelis. Proximus siue propinquus tulii uel tulio. uicinus antonii uel antonio. Horatius pri. ser. nisi nos uicina triuici uillula cepisset: campano proxi-

ma põti. Cicero pro milone. Eodem modo dicimus. amicus cæsaris uel cæsari. par põ
peii uel pompeio. Vergilius. & amicum cretea musis. Idem in pri. gens inimica mihi
tyrrhenum nauigat æquor. Lucanus in primo. quem metuis par huius erat. Idẽ in. ix.
par geminis chiron. Quædam sunt quæ possunt. diues agrorum uel agris. Ver
gilius in bucolicis. q̃ diues peco
ris niuei: q̃ lactis abundans. Idẽ
primo æñ. diues opum studiisq;
asperrima belli. Idem in eodem
ditissimus agri phoenicum. nã
genitiuus ille agri ad positiuũ:
phoenicum ad superlatiuum re
fertur. Horatius primo ser. di
ues agris diues positis in fœno
re nummis. Vacuus cerebri ul'
cerebro. Salustius in iurgatha.
ager aridus & frugum uacuus.
Iuuenalis. uacuũq; cerebro iam
pridem caput hoc uẽtosa cucur
bita quærat. Plenus rimarum
uel rimis. Terẽtius in eunucho
plenus rimarum sum: hac illac
perfluo. Vergilius primo æñ. q̃
regio in terris nostri non plena
laboris. Vergili. iiii. geor. crura
thymo plenæ. Quintilianus ta
men libro. ix. plenus inquit ui
ni ueteres dixerũt: nos plenum
uino dicimus. Dignus hono
ris uel honore. plautus in trinũ
mo: nõ ego sum dignus salutis.
Vergi. xii. magnorũ haud unq̃
indignus auorũ.. Iuuenalis. his

Quædã sunt quæ possunt iungi genitiuo uel
ablatiuo. ut diues agrorum uel agris. uacu9
cerebri uel cerebro. plenus rimarum uel ri
mis. dignus honoris uel honore.

Datiuo etiã cõplura iunguntur. ut facilis om
nibus. difficilis nemini. charus suis. iucun
dus alienis. aptus bello. idoneus paci.

Verbalia quoq; in bilis datiuo iungi possunt.
ut amabilis cunctis. uisibilis nulli.

Accusatiuo etiam iungũtur plura nomina ad
iectiua: sed ut dixim9 figurate: idq; apud po
etas tantum. ut flauus capillos. niger oculos
horridus barbam.

Ablatiuo quoq; mediãte præpositione siue se
ptimo casui complura iunguntur. ut alien9
a crimine. oriundus ex aphrica. diuersus a ui
tijs. alius ab humanitate. secundus ab hercu
le. tertius a ioue. uir singulari ingenio. excel
lenti uirtute. insigni pietate.

epulis & tali dignus amico. Dicimus etiam satur rerum & rebus. Terentius ĩ adel
phis. sed postq̃ intus sum omnium rerum satur. Ouidius. ii. metha. ambroseæq; succo
saturos præsepibus altis. Truncus pedum uel pedibus. Vergilius. iiii. geor. trunca
pedum primo Ouidius. xv. metha. & generat trũcas pedibus. Oneratus frugum &
frugibus. refertus cibi uel cibo. pacuuius apud nonium Marcellum. oneratus inquit
frugum & floris. uarro apud eundem Marcellum. ipa italiæ oppida sunt uastata. quæ
fuerũt prius hominum referta. Cicero pro lege manilia. referto prædonum mari. nã
participia esse loco nominum posita ex eo patet: quod uerba a quibus deriuãtur cum
ablatiuo non cum genitiuo construi solent. Vergilius primo. æñ. onerantq; auro. Ci
cero. ii. de oratore. peranguste refersit oratione sua. Datiuo complura iungun
tur. sunt autem ut Priscianus ait. illa quæ ad gratiam uel ad utilitatem alicuius ul' cõ
tra referuntur. ut facilis. difficilis & similia. Vergilius. ii. geor. illam experiere colen
do & facilem pecori. Martialis. difficilis. facilis. amicus. acerbus eisdem. Cicero i uer
rem. ita mihi uelim deos propicios. Vergilius. ii. geor. bis pomis utilis arbos. Verba
lia quoq; in bilis illa scilicet quæ passionem significant. ut amabilis cunctis. Vergili
us. iii. geor. nec uisu facilis: nec dictu effabilis ulli. Accusatiuo etiam. quemad
modum aliis in locis diximus nomina adiectiua cum accusatiuo construi possunt: sed
per figuram synechdochen tantum poetis premissam. ut Vergilius pri. æñ. nuda ge
nu. i. habens genu nudum. Idem in eodem. os humerosq; deo similis. i. habẽs os & hu
meros similes deo. Ablatiuo quoq; mediante præpositiõe siue septimo casu. de
quo Diomedes in idiomatis his uerbis scribit. Multa sunt quæ per ablatiuum casum
romani solent efferre. imensa est enim huius casus licentia: & utuntur eo sæpissime p
duobus casibus genitiuo & datiuo. ut bellũ uaria uictoria. homo mira eloquentia. ma
gnis uiribus adolescens. bona forma mulier: quod elegãtius dicitur: q̃ si diceres bellũ

uarium uictoria.homo mirus eloquentia . adolescens magnus uiribus . mulier bona
forma.quē uero Diomedes ablatiuū appellat:nos si constare nobis uolumus: septimū
siue effectiuū appellamus.Ablatiuus autē esset mediāte ꝓpositiōe. ut alienus a crimi-
ne.diuersus a uitiis.longinquus ab achaia.diomedis exēpla sunt. Eodem modo dici-
mus.alius ab humanitate.ꝑ di-
uersus. oriundus a carthagine.
pro originem trahens.tertius a
ioue subaudi distās. Com
paratiua puoq;.Diximus compa
ratiuum quotiens ponit̃ partiti
ue:construi cū genitiuo:nūc ue
ro dicit̃: ꝙ siue cōpararetur ad
unū:siue ad plura sui uel diuer
si generis:construitur cū ablati
uo siue septimo casu. nā ut alio
etiā loco diximus quotiēs abla-
tiuus sine præpositione ponit̃.
antiquiores septimū casum ap-
pellabant.ut achilles fuit forti-
or aiace & hectore. ac ꝑinde re-
liquis omnibus troianis.possu-
mus etiā dicere: ꝙ aiax telamo-
nius fortior fuit aiace oileo.
Ablatiuus siue septimus
casus.illorum stulticia hoc ĩ lo-
co ridenda est : qui pro eo quod
ego dixerā:munda in deditionē
christianorū uenit:quoniam eo
anno quo introductiōes has edi
dimus ronda & munda & com-
plura alia castella maurorum ex
pugnata sunt:ductu atq; auspi-
ciis ferdinandi omniū regū cla
rissimi:putātes mūda adiectiuū
esse nomen : deletis quibusdam
litteris:atq; aliis suffectis: libra
rio imprimendum dedere:mun
da in deditionem christianitatis uenit. De constructione quarundam partium
orationis.puta quisq; particula quæ nunq̃ positiuo aut comparatiuo iungitur:sed tā-
tū superlatiuo:atq; ecōtrario oīs positiuo & cōpatiuo:nunq̃ suplatiuo: quod cū apud
castigatissimos auctores ꝓpe semꝑ obseruatū repiat̃: iure Priscianus in principio sui
operis a ualla reꝑhēdit̃ quod scripserit:omniū iudicio cōprobat̃ doctissimorū: pro eo
quod esse debuit omniū sapiētiū aut sapiētiorū. Lactātius quoq; in libello de opificio
hoīs.placidiora quæq; aīalia uel nihil fellis omnino uel minus habent ꝑ eo quod esse
debuit oīa placidiora aīalia.Macrobius etiā in pri. de somno. exteriora quaq; sphæra
quas interius cōtinet ambiente:ꝑ eo quod esse debuit extima quaq; sphæra. Si uero
positiuus cōpatiōnē nō recepit:aut ꝓpter asperū litterarū cōcursum: ut quia pius &
strenuus non dicimus piior piissimus:strenuior strenuissimus : possumus dicere pius
quisq;.strenuus quisq;.Salustius in iurgutha.aut occiderat ĩ ꝑlio : aut grauiter uulne
ratus discesserat.Aut quia significatio positiui eiusmodi ē:ut nō possit gradus cōpati
onis recipe:qualia sunt noīa numerorū ordinē significantia.ut primus secūdus terti
us.possumus dicere primus quisq;.secūdus quisq;.tertius quisq;.Cicero ĩ philippicis.
primo quoq; die cōsules ad senatū referāt.tametsi primus suplatiuū sit.Idē ꝑ Rabirio
tertio quoq; uerbo excitabat̃.Trāqllus in uita cæsaris. unus dies quarto quoq; anno ĩ
tercalaret̃.Iuuenalis.septima quæq; fuit lux ignaua.Cū uero huiusmodi noīa tū unū
quēq; ex eo numero:tum ultimū significēt:iūcta cū hac ꝑticula qsq; idē quoq; signifi-

Comparatiua quoq; cum ablatiuo: siue septi-
mo casu construuntur. ut nemo est eloquen
tior cicerone.

Ablatiuus siue septimus casus plærūq; poni-
tur absolute aut per duo nomina.ut rege fer
dinando munda in deditionem christianorū
uenit:aut per nomen & pronomen.ut me p̄-
ceptore didicisti litteras:aut per nomen siue
pronomen & participium.ut deo ducēte ue-
niam ad te.me ueniente gaudebis.

De constructione quarundam partium
orationis.Cap.xiii.

QVisq; semper iūgitur superlatiuo. ut
optimus quisq; sapiētissimus quisq;.
Omnes & cunctus positiuo & comparatiuo
ut omnes boni.cuncti boni. omnes sapienti
ores.cuncti sapientiores. At uero quisq; tūc
positiuo iungitur:cum non recipit compara
tionem positiuus.ut strenuus quisq; : septi-
mus quisq; . iungitur etiam quisq; cum hoc
nomine quotus:sed semper iterrogatiue . ut
Cicero .quotus enim quisq; istud fecisset.

cant. ut quartus quisq; sit ul' unus quilibet ex quattuor: uel ultimus in ordine quattu
or. Nã cũ dico: quarto quoq; anno est annus interlacaris: intelligo ultimũ quẽq; ex nu
mero quattuor. & iudæis septimus quisq; dies est festus: intelligo ꝙ ultimus ex nume
ro septẽ. Quod uero cæsar in cõmẽtariis dixit: cognoscit nõ decimũ quẽq; esse relictũ
militẽ sine uulnere: nõ significat ultimũ ex decẽ: sed unũ quẽlibet ex numero decem
uel inter decẽ esse uulneratũ. Iũgit̃ ꝑterea qsq; cũ hoc noie ordinali quotus quota quo
tũ: sed semꝑ interrogatiue. Ci-
cero ꝓ ligario. quotus enim qsq;
istud. Tãtũ & quãtũ posi-
tiuo iũgit̃. adde etiã tu & uerbo
ut quantũ potes tantũ elabora.
tãto & quãto suꝑlatiuo. Cicero
quanto es maior: tanto te geras
submissius. neq; enĩ latine pos-
set dici. quãtũ es maior: tãtũ te
geras sumissius. Suꝑlatiuo etiã
iũxit Catullus. tanto pessimus
omniũ poeta: quãto tu optimus
omniũ patronus. Verg. xii. æñ.
o ꝑstãs animi iuuenis quantum
ipse feroci uirtute exuperas: tan
to me impẽsius æquũ ẽ cõsulere
Quintilianus in pri. quorũ con
centus tãto ẽ uehementior: tan
tũ romana in bellis gloria cæte
ris ꝑstat. Ad uim quoq; cõparati
uorũ ꝓxime accedũt illa aduerbia ante & post. ut tãto ante ego ueni: quãto tu post ue-
nisti. & illud nomẽ alius atq; suũ aduerbiũ aliter: atq; eiusdem significationis secus.
Quintilianus. at quãto alius fuit ille infœlicissimi iuuenis affectus. Terentius in an
dria. uerũ aliter euenire multo intelligit. & Cicero. multo secus euenit. Tam & quã
eiusdẽ significatiõis positiuo & suꝑlatiuo iungi põt: sed & cõparatiuo. Verg. vii. æñ.
tam magis illa fremẽs & tristibus effera flãmis: quã magis effuso crudescũt sanguine
pugnæ. Salustius. quã quisq; pessime fecit: tam maxime tutus ẽ. quod de tãtũ & quãtũ
tãto & quãto diximus: idẽ de aliquãtũ & aliquãto. multũ & multo. paulũ & paulo di-
cẽdũ ẽ. nisi ꝙ aliquãto & paulo suꝑlatiuo iũgi recusant: quẽadmodũ multo illi iũgi de
siderat. Cicero ꝓ lege manilia. q̃q̃ mihi frequẽs cõspectus uester multo iucũdissimus.
Hoc uerbũ præstat quia uim cõparatiui habet: multo iungit̃. Salustius. multo præstat
beneficii q̃ maleficii imemorẽ esse. Per semꝑ iũgit̃ positiuo. ut ꝑbonus. ꝑface-
tus. q̃ suꝑlatiuo. ut q̃ optimus. q̃ facetissimus. q̃ uero cũ ꝑ quãtũ accipit̃ suꝑlatiuo iun
gi uult. ut apud Terẽtiũ in andria. reiecit se in eũ flens q̃ familiariter. ꝑ quãtũ fami-
liariter. Quod uero idẽ in eunucho dixit: post illa tempora tu scis q̃ intimũ te habue
rim: intimũ & si suꝑlatiuũ ẽ ab intra: tñ ꝓ positiuo positũ est. sicut ꝓximus a ꝑpe: unde
& cõparationẽ iterũ recepit ꝓximior. ut suo loco diximus. Sed hæc ex elegantiis Val-
le petenda sunt. nos tantum admonuisse lectorem uoluimus. Hei & uæ semper
iunguntur datiuo. Omnia sunt facilia.

Tantum & quantum positiuo iungitur. ut tã
tum doctus quantum facetus. tanto & quan
to superlatiuo. ut tanto doctior quanto face-
tior. Idem quoq; dicimus de aliquantũ & ali
quanto. multũ & multo. paulũ & paulo.

Per semper iũgitur positiuo. ut ꝑbonus. ꝑdo-
ctus. q̃ superlatiuo. ut q̃optimus. q̃doctissi-
mus. perq̃ positiuo. ut perq̃ bonus. ꝑq̃doct9

Nei. & uæ. semper iũguntur datiuo. ut hei mi
hi. uæ tibi. Meu &. o. accusatiuo. ut heu me
miserum. o te infœlicem. En & ecce nomina
tiuo & accusatiuo. ut en priamus. en ipse ca-
pellas. ecce homo. ecce hominem.

Liber quintus. qui est de secũda grammatices parte: hoc est prosodia: cui respõ det syllaba. Quod ad præsentem ratione attinet: syllabæ consideratio quadripartita ẽ Primo nãq; de syllabarum temporibus differemus. Deinde de carminum pedibus: qui ex syllabis constãt. Tum de generibus carminum: quæ ex pedibus componuntur. Postremo de accẽtu cuiusq; syllabæ. Nam quemadmodum libro tertio diximus: quttuor accidunt syllabæ. tenor. tempus. spiritus. litterarũ numerus. de spiritu & numero litterarum suo loco dictum est. nunc uero in hoc quinto libro agit de tenore siue accentu & de cuiusq; syllabæ tempore siue quantitate. Syllaba nãq; quod ad præsentẽ rationem attinet: duobus modis consideratur: aut quatenus habet lõgitudinem uel breuitatem: aut quatenus habet altitudinem aut profunditatem. Longitudo & breuitas attenditur ratione temporis & duratiõis: q̃ syllaba in prolatione consumit. altitudo uero & p fundita: ratione accentus quo syllaba eleuatur: aut & deprimitur. Sed quoniam accentus præsupponit syllabarum quantitatem: iccirco prius differendum est de syllabarum temporibus: hoc est de illarum longitudine & breuitate cum pedũ uersuũq; ratione: per quos potissimũ syllabæ quantitas deprææhenditur. Deinde ĩ ultimo huius libri capite de accentu: hoc cũ de syllabarum altitudine & profunditate disputabimus.

Liber quintus de prosodia: hoc est syllabarum quantitate pedibus. carminibus & accẽtu. Caput primum de quibusdam regulis generalibus.

SYllaba longa est: quæ duo tempora consumit in prolatione. Breuis uero syllaba ẽ: quæ unum tempus consumit. Omnes uocales apud latinos mediæ sunt: hoc est quæ produci & breuiari possunt. V. uero post. q. semper liquescit. post. g. &. s. plerũq;.

Syllaba longa est. incipit proponere regulas: qbus possimus dignoscere syllabarum quantitatem. & primo præcepta quædã generalia. Tum de cremẽto nominum atq; uerborum. Deinde de primis syllabis mediis & ultimis. Principio tamen præmittit quædam præsupposita ad cognitionem eorum: quæ deinceps tradẽda sunt. Primum est: q syllaba longa siue producta: siue ut Quintilianus appellat porrecta: est illa quæ duo tempora consumit in prolatione: hoc est dum pronũciatur. Breuis uero siue curta: siue correpta: quæ unum tempus tantũ consumit: perinde ac si breuis syllaba: siue tempus illud unum in quo profertur: sit mensura temporis in prolatione: ex memorabili præcepto illo Aristotelis methaphysicorũ libro. x. in quolibet genere quantitatis esse aliquod unum: quod sit metrum & mensura & minimum in illo genere. Neq; ignoro fuisse nonnullos qui hæc scrupulosius inuestigauerint: atq; posuisse quintuplicem quantitatis rationem in syllaba ut sit unum tempus: cum syllaba natura breuis est. ut uir. unum & semis: cum syllaba natura breuis indifferens est ad breuem & longam. ut tenebre. cuius dictionis media communis est. Duo tempora: cũ syllaba natura longa est. ut do. Duo & semis cum post uocalem natura longam sequitur consonans. ut dos. Tria tempora: cum post uocalem natura longã sequuntur duæ consonates. ut mons. Sed mihi introductiones præsertim latinas proponenti satis fuit numerosam illam partitionem ad integra reducere. ut quæ syllaba unum tempus & semis haberet: natura breuis & positione longa diceretur: quæ uero duo & semis: aut tria tempora longa esset. Illud quoq; hoc loco addendum est: quod & alias sæpius dicetur: syllabam longam pro breui: & breuem pro longa auctoritate poetica non nunq̃ poni. Omnes uocales. Alterum præsuppositum est: quod apud latinos omnes uocales mediæ sunt: siue indifferentes: siue ancipites: siue liquidæ. hoc est quod produci & breuiari possunt. apud latinos uero dixit: quia græci duas habent uocales eternum longas. e. longum. &. o. mega. duas quoq; semper breues. e. psilon &. o. micron. tres medias. alpha. i. iota. y. psilon. V. uero post. q. semper liquescit. ut aqua. liquor. Aduertendum est hoc loco: et pro cognitione eorum quæ paulo post dicenda sunt: quod grammatici dicunt litteram liquescere: cum

uim ſuam atqꝫ rigorem amittit: & quodam modo langueſcit. Quod tribus modis contingere poteſt: aut quia uocalis quæ in aliqua dictione longa eſt: poteſt eſſe breuis in alia. & hoc modo Priſciauns dixit. omnes uocales apud latinos eſſe liquidas. Aut quia littera ſiue illa ſit uocalis ſiue conſonans aliquid de ſua ui atqꝫ rigore amittit: non tamen penitus in pronunciatione exteritur: quemadmodum cum poſt. q. ſequitur. u. & poſt illam altera uocalis. hac enim ratione ut dicit Quintilianus. u. eliquatur. Conſonans quoqꝫ liqueſcit: cum poſt ſyllabam natura breuem ſequitur muta cum liquida remanente in ſua ui muta liquida quodam modo euaneſcit. Aut quia in pronunciatione littera penitus expungitur. ueluti cum in carmine dictio finitur in. m. uel in uocali: ſequiturqꝫ altera dictio incipiens a uocali. abiicitur enim uocalis illa uel. m. cum ſua uocali. Itaqꝫ cum dixiſſet uocales eſſe medias & liquidas primo liqueſcentiæ modo: ſubiungit ꝙ. u. poſt. q. ſemper eſt liquida ſecundo liqueſcentiæ modo. poſt. g. uero & . s. aliquando liqueſcit: aliquãdo uim ſuam retinet. Nam. u. littera triplici fungitur officio: quia aut eſt uocalis: aut conſonans: aut liquida. Cum uero eſt liquida neqꝫ poteſt appellari uocalis: quia non retinet uim ſuam. neqꝫ conſonans: quia nõ ferit uocalem ſequentem: poterit tamen cum adiectione uocalis liquida appellari: ſecũdo liqueſcentiæ modo: ſed poſt. q. ſemper. poſt. g. uero. & . s. plærũqꝫ. Nam cum dicimus lingua ſanguis. reſtinguo. u. liquida eſt. Cum uero ambiguus ambigua ambiguum . irriguus. irrigua . irriguum. arguo. arguis. uocalis eſt. Præterea cum dicimus ſuauis. ſuadeo ſueſco. ſuetus. u. liquida eſt. Cum tamen dicimus ſuus ſua ſuum. ſuo ſuis. ſueuus ſueui. u. uocalis eſt. Lucanus in primo. fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos. Poteſt etiam. u. liquida in uocalem mutari. Papinius pri. theba. ĩmo agite & poſitis quas nos inopina ſuaſit. & Horatius in pri. ſer. cum mihi non tantũ fures feræqꝫ ſuetæ. V. quoqꝫ conſonans aliquando in uocalem mutatur Ouidius in epiſtola medeæ. debuerãt fuſos euoluiſſe meos: euoluiſſe quinqꝫ ſyllabarum poſuit: pro euoluiſſe quattuor ſyllabarum. Horatius quoqꝫ ĩ primo car. ſilue trium ſyllabarum pro ſiluæ duarum poſuit dicens. nunc mare nunc ſilue. Hoc loco admonendi ſunt qui. u. liquidam perindeꝓferunt ac ſi eſſet uocalis. in quo non minus itali errant proferentes aqua. lingua. ſuauis & ſimilia. u. uocali expreſſa: q̃ hyſpani: cum illam in pronunciatione omnino expungunt: cum illis in locis neqꝫ exprimenda neqꝫ ſupprimenda ſit: ſed quaſi liquida lãguidiori quodam ſono raptim proferenda.

Ex conſonantibus liqueſcunt. l. m. n. r. s. ſed. l. r. frequenter. m. n. s. raro.
Si dictio finitur in. m. aut in uocali: ſequiturqꝫ dictio incipiẽs ab altera uocali: uocalis illa prior a carmine abijcitur: uel. m. cum ſibi coniuncta uocali.

Ex conſonantibus. hoc eſt tertium præſuppoſitum: quod ex numero conſonãtium. l. m. n. r. s. liqueſcunt. ſed l. r. frequenter. nam paſſim exẽpla reperias. m. n. s. raro. L. inq̃ & . r. frequenter liqueſcunt: hoc eſt uim ſuam amittũt: neqꝫ cum mutis ſyllabicatæ producũt uocalem quæ procedit: quam uim alias duæ conſonantes habent in carmine: quemadmodum paulopoſt dicturi ſumus. nam in proſa oratione ſemper liqueſcunt. ut atlas recludo. pharetra. tenebræ. Ouidius in epiſtola deianiræ. hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas. Vergilius. iiii. æñ. ultimus heſperidũ locus eſt: ubi maximus atlas. Idem pirmo æñ. auxilioqꝫ uiæ ueteres tellure recludit. Idem. ii. geor. ingredior ſanctos auſus recludere fõtes. Idem primo. ſuccinctam pharetra macnloſæ tegmine lyncis. Idem in eodem. uirginibus tyriis mos eſt geſtare pharetram. Idem in moreto. ſolicitaqꝫ manu tenebras explorat inertes . Idem ĩ v. æñ. & inhorruit unda tenebris. ĩ prioribus enĩ exẽplis. l. & . r. liq̃dæ ſunt. poſterioribus uero uim ſuã retinẽt. In diuerſis quoqꝫ dictiõibus eadẽ ẽ obſeruatio. Verg. primo æñ. albaniqꝫ pr̃es. ubi. r. liq̃da ẽ. Idẽ ĩ pri. ge. tribulaqꝫ trahæqꝫ & iniquo põdere raſtri. ubi. r. uim ſuam retinet. Liqueſcit quoqꝫ. m. tertio liq̃ſcẽtiæ mõ: queãdmodũ paulo añ diximus: atqꝫ e ueſtigio dicemus: idqꝫ frequẽter. raro tamẽ ſecundo liqueſcẽtiæ mõ queãdmodum cũ ponitur ante. n. ut apud Sydoniũ Georgio merula interp̃te. ducia innemoſyne demirans carmina ſapphus. ubi. m. liqueſcit. Vim tamen ſuam apud Catullum retinet in hendecaſyllabo phaleutico. dulce innemoſynon mei ſodalis. Vim

quoq; suam amittit in eadem dictõe. Ouidius quinto fastorum. dissensere deæ: quarũ
polymneia cœpit. & Horatius in primo car. euterpe cohibet: nec polymneia. ubi rati
one carminis asclepiade quinq; syllabarũ est polymnæia: sunt qui dicant polyhymnia
illis in locis legendum esse: ut ratio carminis stare possit: sed hi non uident: quod cũ
polymnia per ei. dipthongon in penultima scribatur: uterq; auctor dipthongo soluit
quod plærũq; in huiusmodi dictionibus fieri cõsueuit. ut calliopeia pro calliopia. pe-
nolopeia pro penolopia. Vim quoq; suam retinet. t. litteræ subiecta apud Ouidiũ. xi.
metha. cũq; choro meliore sui uineta tinoli. Idem in. vi. deseruere sui nymphæ uine-
ta tinoli. ubi plæriq; sed false legunt timoli. N. quoq; q̃q̃ raro liquescit in eadem di
ctione apud Martialem. delectat marium si perniciosus ichneumon. Sillius quoq; ita-
licus. non nunq̃ affirmat terapnæis ilion armis. In diuersis quoq; dictionibus. ut Oui
dius. x. metha. piscosamq; gnidon: grauidamq; amathunta metallis. Apud eundem ta-
men uim suam retinet in epistola paridis. rure terapneo nata puella phrygem. S. p̃
terea liquescit tertio liquescentiæ modo. apud antiquiores frequẽtius: ut apud Enni
um egregie cordatus homo catus ælius sextus. Idem alio loco. oua parire solet pennis
genus condecoratum. in ælius enim & genus. s. littera expũgitur. Sæculum tamẽ eru
ditius non utitur hac licentia: nisi pauci ad modum antiquitatis amatores. ut lucreti-
us. arboribus ueteres decidere falcibus ramos. falcibus enim dactylus est. s. littera ex-
trita. hac eadem licentia Cicero frequenter utitur in arato. in quo opere maiorem in
modum antiquitatis affectator deprehẽditur. Vergilius adhuc audacius fecit in illo
uersu. inter se coiisse uiros: & decernere ferro. neq; enim. s. litteram extriuit tantum:
sed & uocalem illi adherentem. Idem in. ix. æñ. & præceps animi tinarus & mauorti-
us hemon. sunt qui carmina illa aliter legant: ne Vergilium tante nouitatis auctorẽ
esse putent. Liquescit quoq;. s. secundo liquescentiæ modo in principio dictionum
sequenti muta sola: uel muta cum liquida. Horatius primo ser. ignoscent si quid pec-
cauero stultus amici. Idem in eodem. linquimus insani ridẽtes præmia scribæ. & alio
in loco. si quod sit uitium non fastidire strabonẽ. Sequenti quoq;. m. liquescit. ut apud
Lucanum in. x. terga sedent crebro maculas distincta smaragdo. & Tibullus libro. ii.
Operiat quicũq; legit uiridesq; smaragdos. Si dictio finitur in. m. hoc est quar-
tum præsuppositum: quod in partes duas diuiditur. Prima est q si in carmine dictio fi
nitur in. m. sequiturq; altera dictio incipiens a uocali: ne icurramus in metacismum
qui est barbarismi species abiiciamus. m. cum uocale illi adhærẽte. Vergilius primo
æñ. uenturũ excido libye sic uoluere parcas. ubi um. syllaba dispuncta scandimus uen
tur excido libyæ. quæ figura ectlisis dicitur: estq; metaplasmi species. Altera pars p̃
suppositi est q si dictio finit in uocali: sequiturq; altera dictio incipiens item a uoca-
li: abiicitur uocalis illa prior: ne pronunciationem scilicet hiulcam faciamus. Vergi-
lius primo æñ. Cum iuno æternum seruans sub pectore uulnus. ubi. o. uocali extrita
dicimus. Cum iun æternum seruãs. hæc figura synaloepha dicitur: quæ est metaplas-
mi species. Fit quoq; ectlipsis & synaloepha ex fine uersus præcedentis & ex initio
sequentis. Vergilius. ii. geor. aut dulcis musti uulcano decoquit humorẽ: & foliis un
dam tepidi despumat aheni. Idem in eodẽ. inseritur uero ex fœtu uncis arbutus hor-
rida. & steriles platani malos gessere ualentes. Horatius quoq; i primo car. cum in fi-
ne uersus fecisset synaloepham: ex sequenti uersu syllabam mutuatus est dicens: labi
tur ripa ioue non probante uxorius amnis. est enim illud carmen sapphicum: hoc ue-
ro adonicum. Apud antiquissimos auctores. m. sequenti uocali nõ abiiciebatur ali
quando. Ennius. insignita forent tum milia militum octo. & Priscianus in perihegeii
ex dionysio. & forma contrapositarum imagine coni. Iuuenalis quoq; quod apud au-
ctores ideo rarum est. etiam. m. produxit in fine dicens. uiuendum est recte tum pro-
pter plurima: tum his præcipue causis. potest tamen excusari: quod aspiratio aliquan-
do habet uim consonantis. ut apud Vergilium primo æñ. post habita coluisse samo.
hic illius arma. Est quando non fit synaloepha: etiam si post dictionem in uocali fi
nitam sequatur dictio incipiens ab altera uocali: quod si uocalis illa prior fuerit lõga
breuiatur ratione uocalis sequentis. Vergilius in bucolicis. & longum formose ua-
le uale inquit iolla. nam etsi secundum uale ultimam producat: ratione tamen sequẽ
tis uocalis illo i loco breuiat. Idem. v. æñ. uictor apud rapidũ simoenta sub ilio alto. &
i bucolicis. credimus: an q amãt ipi sibi somnia fingũt. Idem in eodẽ opere. te corydo

o alexi trahit ſua quęq; uoluptas.ubi o particula breauiatur ratione uocalis ſequētis: cū alias lōga reperiatur uocali etiam ſequente.Horatius pri.car. O & pſidiū & dulce decus meū.& Ouidius ī epiſto.penelopes.O utinā tūc cū lacedæmona claſſe petebat.

Syllaba quæ dipthōgo ſcribitur:longa eſt. ut audio.præterq̄ ſi uocalis ſequatur. ut inſulę ionio in mari.præuro is.præeo is.

Syllaba quæ poſt uocalem duas habet conſonantes:aut unam uim duarum habentē: longa eſt poſitione. ut gens. pax. Conſonantes uim duarū hn̄tes ſūt .x.p.cs. aut.gs.z.p duplici.s.I. in medio duarū uocalium poſita p duplici.i.conſonāte. Quod ſi poſt ſyllabam

Syllaba quæ dipthongo ſcribitur.Primaregula de quantitate ſyllabarum ē : q ſyllaba quæ ſcribitur dipthongo eſt lōga.Meminiſſe autem hic debes: quod libro tertio ſcriptū eſſ:ſex eſſe dipthongos in uſu apud latiuos.ae.au.ei.eu.yi.œ. Animaduertendum tamen eſt.non ſemper uocales illas ex quibus dipthongus coaleſcit: dipthongo conglutinari:quin potius in multis dictionibus ſolutæ reperiuntur.ae.ut in his dictiōibus paſiphae . phaeton. danae. aer. Nam paſiphae tetraſyllabū eſſe tum ratio demonſtrat:quoniam a græcis per ae ſolutas ſcribit: tum poetarū uſus.Phaeton quoq; & danae ſemper triſyllaba reperiūtur.Martialis libro.v.deucalion:aut ſi non placet hic phaeton.Idem alio in loco. quid tibi uis dipyron qui phaetōta facis.utrobiq; enim eſt penthametrum elegiacum carmen.Horatius.iii.car.incluſam danaen turris ahenea:quod eſt carmen aſclepiadeum.Iuuenalis tum ſūmus uertitur aer. Quod uero.M.manibus in libris aſtronomicon dixit. phaetontem patrio curri per ſigna uolantem.atq; ante illum.Varro.cum te flagranti deiectum fulmine phaeton:ut Quintilianus libro primo ſcribit uitium eſt: quod græci ſynæreſin uocant.Nam ſi eſſet proſa oratio.caſdem litteras enūciare ueris ſyllabis licebat.hæc Quintilianus.ſicut econtrario per diæreſim. Horatius primo epiſto.dixit ſi recte facies:hic murus aheneus eſto.ubi ad ſoluendum dipthongon.h. littera intellecta eſt. Au.præterea non ſemper in dipthongon coit. ut in his dictionibus menelaus.proteſilaus.amphiaraus.Oe.quoq;.ut in his poeta.poema.boetius.boetia:Ei.uero & eu.& yi.in dictionibus grecis ſemper coeunt. Quod uero ſubiungit:præterq̄ ſi uocalis ſequatur:non uſq;quaq; uerum eſt:ſed quotiens dictio finitur in dipthōgō: ſequiturq; altera dictio incipiens a uocali:aut in ipſa iunctura dictiōis compoſite. ut præuro.præeo.Vergilius.iii.æn̄.inſulæ ionio in mari quas dira celeno.Idem in.vii. ſtipitibus duris agitur ſudibus ue præuſtis.& in.v.nec tota tamen ille prior præeunte carina.quibus in locis dipthongus:quæ alias erat longa:ratione ſequentis uocalis breuiatur.Eſt tamen ubi dipthongus etiam uocali ſequente producitur.ut apud Vergilium.vii.æn̄.ardea cruſtumeriq;:& turrigeræ antēne. Syllaba quæ poſt uocalem.Secunda regula eſt:q ſyllaba ſiue illa ſit in principio ſiue ī medio ſiue in fine dictionis:quæ poſt uocales duas habet conſonantes aut plures : aut unam uim duarum habentem:longa eſt poſitione.Poſitione proprie dicitur ſyllaba produci: quæ cum ſit natura breuis:ratione tamen ſequentium duarum uel plurium conſonantium producitur. ut terra:quoniam a tero dicta eſt primam debuit breuiare : ſed ratione duplicis r.eandem produxit.eodem modo gens:quoniam a genere deriuatur:in quo prima eſt breuis:primam quoq; debuit breuiare.produxit tamen eandem ratione duplicis conſonantis hoc eſt.n.s.Sed quia nondum ſcimus diſtinguere ſyllabam naturá longam a ſyllaba natura breui:placuit interim utrūq; confundere:ut etiam que longa eſt natura:ſi ſequantur due conſonantes:poſitione longa dicatur. Vim autem duarum conſonantium habēt tres litteræ.x.z:&.i.in medio duarum uocalium poſita.Nam ut dicunt omnes qui de orthographia ſcripſerunt præcepta.X.littera in compendium.cs aut.gs.ſucceſſit.&p eo quod autiquiſſimi ſcribebāt pacs.legs. coeptū ē ſcrihi pax.lex quorū genitiui pacis & legis idipm arguūt. Præterea.z.q̄ tātū in dictōibus pegrinis utimur:p duplici.s.ponit.Vn̄ &p eo q græci dicūt patrizo.pitizo. nos patriſſo & pitiſſo dicimus.I.quoq; ī medio duarū uocaliū poſita p duplici ponit quā ēt uetuſtiſſimi uſq; ad ciceronis tpa duplicē ſcripſerūt: quarum prior ad uocalē pcedētē poſterior ad

natura breuem sequatur muta cum liquida in prosa oratione syllaba illa semper est breuis: in carmine uero indifferens est. ut tenebre. pharetra.

Syllaba quæ post uocalem: alteram habet uocalem breuis est: idqꝫ in dictionibus latinis: nam in barbaris & grecis aliam rationem sequimur. partim enim producunt ut argous argia. æneas. aer. spondeus. dius. partim breuiant: ut tragœdia. comœdia. symphonia. sophia. elegeia.

sequentem pertinebat. ut masia. pompeius. Quod si in principio dictionum tres ille duplices litteræ ponantur: pro simplicibus habendæ sunt: neqꝫ enim habent uim ꝑcedentem uocalem producendi. Lucanus in. ii. tumidum super æquora xerxem cōstruxisse uias. Vergilius. iii. æñ. iam medio apparet fluctu nemorosa zacynthos. In eo uero quod Alexander dixit: simplex zeta tamen reperitur. ut est perizoma: imperitiam suam testari uoluit: neqꝫ enim usq̃ lectum est perizoma: sed perisoma. ut geneseos. iii. capite. fecerunt sibi perisomata idest īuolucra quædam pro uestibus: a peri circum: & soma. atos. quod est corpus dicta. Tantum tamen Alexandri error inualuit: ut sectatores illius pro perisomata quod est in uetustissimis codicibus: perizomata scripserint: nihili uerbum: sed quod ex eiusdem errore ī lexicon sit redactum. Quod si perizoma uspiam reperiretur: quia dictio est composita: nihilominus zeta simplex esset: quemadmodum in his dictionibus. biiugus. a. um. quadriiugus. a. um. in quibus quemadmodum in simplici prima uim habet unius consonantis: ita & in compositis. Vergilius v. æñ. non tam præcipites biiugo certamine campum. Deinde regulam limitat dicens: ꝙ si post syllabam natura breuem & cætera. breuis enim syllaba dicitur natura: que semper est breuis: nisi aliquando reperiatur in carmine longa positione duarum consonātium. Naturale nāqꝫ. ut Aristoteles libro ethicorum. v. ait: est quod semper & ubiqꝫ eandē uim habet. ut ignis qui hic & in persis urit: natura calidus est. Ergo contra naturā suam syllaba breuis producitur quod uitium sola carminis licētia excusare potest: atqꝫ ideo in prosa oratione semper breuis ꝓferenda est. Illud quoqꝫ notādū est: ꝙ de duarum consonātiū sequella diximus: nō solum in eadem dictione intelligendum eē uerum etiam in diuersis. Vergilius ī bucolicis. terrasqꝫ tractusqꝫ maris cœlūqꝫ profundum. Idē pri. geor. tribulaqꝫ traheæqꝫ: & iniquo pondere rastri. Iuuenal. occulta spolia: & plures de pace triūphos. Quod si aliqua syllaba fuerit longa natura etiam si muta cum liquida sequatur: nō potest esse breuis. ut saluber salubris. october octobris. aratrū aratri. Syllaba quæ post uocalē. Tertia regula est: ꝙ uocalis ante uocalem in eadem dictione breuis est: ut deus. meus. traho. ueho. quod in dictionibus latinis intelligendum esse dicit. nam in græcis & barbaris hæc regula nondum satis elucubrata est: tentandum tamen est illam quo ad fieri potest explicare: obseruato inter se ordine uocalium latinarum. Igitur. a. ante alterum. a. quod in dictionibus græcis rarum est: in barbaris frequentius: semper breuiatur. ut nausicaa alcinoi filia. phraates. abraham. baal. Vergilius in priapeia: nausicaam pleno sæpe tulisse sinu. Martialis. si mihi nausicaa patrios donauerit hortos. Horatius primo episto. ius imperiumqꝫ phraates cæsaris accepit. Sedulius in paschali. tunc coluere baal: nunc eligere barabam. A. ante. e. cum in dipthongon non coeunt: aliquando breuis est. ut pasiphae. phaeton. danae: de quibus supra diximus: cū de dipthongis differebamus: aliquando producitur. ut aer. laertes. michael. Iuuenalis tunc summus uertitur aer. Ouidius in epistola penelopes. respice laertem: ut iam sua lumina condas. Flaccus in argonautica. hic & odoratus flagranti crine michael.

A. ante. i. plærumqꝫ producitur. ut thais. lais. nais. taygeta. Martialis. thaida quintus amat: quam thaida. thaida luscam. Propertius. non ita complebant ephireæ laidos ædes. Vergilius in bucolicis. Ecce ferunt nymphæ calathis tibi candida nais. Vergilius. ii. geor. sperchiusqꝫ & uirginibus bacchata lacenis taygeta: & quotiens ai dipthongus greca soluitur a nostris. ut achaia: panchaia. Ouidius in epistola paridis. ah. quotiens dices q̃ pauper achaia nostra est. Vergilius. ij. geor. totaqꝫ thu-

riferis pāchaia pinguis arenis. In dictiōibus quoq; latinis. a. ante. i. producitur eadē
ratione: quia æ dipthongus soluit ai dipthongon græcam: ut aulai: aurai: pictai. Ver
gilius. iii. æñ. aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem in. vi. æthereum sensum:
atq; aurai simplicis ignem. Idem in. ix. diues equum: diues pictai uestis & auri. Breui-
ant ueto caicus. caistrus. calais. sais. Tergilius pri. geor. dulcibus in stagnis rimantur
prata caistri. Idem in. iiii. saxosumq; sonans hypanis missusq; caicus. Ouidius. vi. me-
tha. implumes pueri calais zethusq; fuerunt. Propertius libro. ii. mercurioq; sais fer-
tur bebeidos undis. Barbara quoq; iuenio semper nostros breuiasse. ut caiphas: caim:
naim. A. ante. o. producitur. ut aon. onis. amithaon onis. machaō. chaon. didy
maon. imaon. parthaon. lycaō. Vergilius in bucolicis. aonas in mōtes ut duxerit una
sororum. Idem. iii. geor. phyllirides chiron. amithaonusq; melampus. Idem. ii. æñ. pe
lidesq; neoptolemus. primusq; machaon. Idem in. v. & clypeum efferri iussit: didymao
nis artes. Idem in. x. audiit illa deus: dum texit imaona alesus. Ouidius. ix. metha. ac-
cipe me generum dixi parthaone nate. Idem in primo eiusdem. struxerit insidias no-
tus feritate lycaon. & a laos composita. ut laocoon. laodomia. laomedō. Vergilius. ii.
æñ. laocoon ardens sūma decurrit ab arce. Idem in. vi. euadenq; & pasiphaen: his lao-
domia. Idem in. iiii. leomedontiadæ sentis periuria gentis. Pharaon quoq; nostri pro
duxerunt. ut Arator: nec iā sua iura pharaon ægyptusq; tenet: Ediuerso Sedulius bre
uiauit gabaon in paschali dicens: sol stetit ad gabaon. Chaos quoq; & phaon breuiāt.
Vergi. iiii. geor. atq; chao densos diuū numerabat amores. Ouidius in epistola sap-
phus. arua phaon celebrat diuersa tiphoidos aetne. A. ante. u. si non cōeant in di
pthongon semper producitur. ut amphiaraus. & a laus composita. ut protesilaus. me-
nalaus. archelaus. Ouidius. iii. de pōto. notus humo mersis āphiaraus erat. Idē in epi
stola laodomie. bella gerant alii: protesilaus amet. Idem ī epistola oenones. ardet amo
re tui: sic & menalaon amauit. E. ente. a. in dictiōibus græcis quæ per ei dipthō-
gon scribūtur: atq; apud nos mutāt ei. in. e. longū pducit semp ut æneias æneas. citha
reia citharea. deiopeia deiopea. penelopeia penelopea. calliopeia calliopea. medeia me
dea. galatheia galathea. amaltheia amalthea. alexandreia alexandrea. plateia platea.
choreia chorea. maleia malea. Vergilius pri. æñ. at pius æneas per noctē plurima uol
uens. Idem in eodem. parce metu citherea manent īmota tuorum. Idem in eodem. qua
rum quæ forma pulcherrima deiopea. Idem in priapea. mēs erat in cunno penelopea
tuo. Idem in bucolicis. orphei calliopea lino formosus apollo. Idem in eodem opere.
nerine gelathea thymo mihi dulcior hiblæ. Ouidius ī epistola hisyphiles. medeæ me
dea forem: quod si quis ab alto. Tibullus libro. iii. quicquid amalthea quicquid mar-
pesia dixit. Horatius. iiii. car. portus alexandrea supplex. platea. chorea. malea. tam et
si apud grecos per ei. dipthongon scribūtur. aliquando breuiāt. e. ante. a. Horatius.
ii. episto. puræ sint plateæ. Vergilius. vi. æñ. pars pedibus plaudūt choreas & carmi
na dicūt. Idem in. v. ionioq; mari maleæq; sequacibus undis. Longæ etiam reperiūtur
ut apud Ouidium. viii. metha. imemores nostri festas duxere choreas. Lucanus in. vi.
& ratibus lōge flexis donare maleæ. Quæ uero apud grecos per e psilon scribunt: bre
uiāt. e. ante. a. theatrū. boreas. artocrea. baleares. Vergilius pri. æñ. hic portus alii ef
fodiunt: hic alta theatri. Idem in bucolicis. hic tantum boreæ curamus frigora quan
tum. Persius. oleum artocreasq; popello. Vergilius. iii. geor. stuppea torquentem bale
aris uerbera funde. E. ante. e. breuiat. ut nemee es. leena. e. sed de nemees littera
tura alio inquiremus loco. Vergilius in bucolicis. torua leena lupum sequitur. Aeæa
circe: & neseæ nympha dipthongon producuntur. E. ante. i. in dictiōibus in qui
bus ei dipthongus græca soluitur a nostris: semper est longa. ut baccheius. priameius
phineius. perseius. theseius. cibeleius. cithereius. pegaseius. & huiusmodi possessiua.
Vergilius. ii. geor. quid memorandum æque baccheia dona tulerunt. Idem. iii. æñ. o
fœlix una ante alias priameia uirgo. Idē in eodē. harpiæq; colunt aliæ phineia postq̄.
Ouidius. v. metha. sternitur & menaleus perseia castra secutus. Idem. xv. flenti thesei
us heros siste modum dixit. Idem in. x. siquidem cibeleius atys. Idem in. xiiii. tempesti
uus erat cœlo cithereius heros. Persius. cantare credas pegaseium melos. Idem quo-
q; de illis dicendum deiopea. deiphobe. deiphobus. deidamia. deianira. Verg. pri. æñ.
quarum quæ forma pulcherrima deiopea. Idem in. vi. deiphobe glauci fatur quæ talia
regi. Idē in eodē. deiohpbe armipotēs genus alto a sanguine. Papinius ī achilleide.

Ouidius in epistola deianiræ.impia quid dubitas deianira mori. Eadem quoq ratio
ne echeneis pisciculus qui a latinis dicitur remora.e.penultimam producit.Lucanus
in.vi.In mediis echeneis aquis.Franciscus philelphus putat legendum esse in mediis
clechinus aquis. E.ante.o.breuiatur in dictionibus quæ per.e.psilon.scribuntur.
ut theodorus.cleopatra.neoptolemus.Iuuenalis lautorum pueros artẽ scindens theo
dori.Martialis.Nec tibi regali placeas cleopatra sepulchro. quæ uero per.e.lõgũ scri
buntur producunt.ut eous.eoa.eoum. Vergilius pri.æñ. eoasq acies & nigri mem-
nonis arma. E.ante.u.breuiatur.ut creuia.tartareus.Vergilius.ii.æñ. lachrymas
dilectæ pelle creusæ.Idem in.vi.hinc uia tartarei quæ fert acherontis ad undas. quæ
uero apud græcos per.ei.diphthongon scribuntur: quam nos in.e.uertimus: produ-
cunt.ut alpheus. spõdeus.choreus. Papinius.sicamos lõge relegens alpheus amores.
Ruffinus.spondeusq grauis numeroq aptissime pæon. I.ante.a.uariam habet rati
onem.nam quæ a græcis per.i.iota scribuntur apud nos breuiant. ut sóphia.philoso
phia.tragœdia.comœdia.elegeia. simphónia. Martialis.hic pius antistes sophiæ sua
dona ministret.Idem alio loco.cum tibi sit sophiæ par fama & cura deorũ. Vergilius
in ciri.florentis sophiæ uirides complectitur hortos. atq eadem ratione contra mul-
torum usum philosophia penultimã breuiat.Horatius.effutire leues indigna tragœ-
dia uersus.Idem.interdum tamen & uoces comœdia tollit.Idem.ut gratas inter men
sas symphonia discors.Ouidius.flebilis indignos elegeia solue capillos. Maria quoq
nomẽ proprium diuæ christi iesu genitricis ex litteratura græca breuiat penultimã:
quia per.i.iota scribit. Claudianus de nuptiis honorii. præparat & pulchros mariæ
sed luce minores.Sedulius quoq in paschali.quis fuit ille nitor máriæ cũ christus ab
aluo processit.Idem tamẽ aliis in locis produxit. Composita quoq ab árchia.ut mo-
narchia.tetrárchia.topárchia.hierárchia.& inde deriuatũ ãrchias: poeta quẽ Cicero
defẽdit.& a máchia.ut naumáchia.uathracomyomáchia.gigantomachia.& ágraphia
& orthográphia.cosmographia.chorográphia. pseudographia.& a lógia.ut theolo-
gia:astrologia.etymolóhia.acirológia.philológia. & a nomia.ut astronómia.antino-
mia.chironomia.multa quoq alia quæ uulgo in penultima acutu accentu proferunt.
ut melanchólia.agõnia.chirurgia.usia. Producũt uero q apud græcos per.ei.diph-
thongon scribũtur.ut argia.hippodamia. deidamia.laodomia:langia.lampia.lebadia
thalia.Papinius.xii.theb.quærit inops argia uias.propertius.q si dotatæ regnũ uetus
hippodamiæ. Papinius in achilleide.deidamia dolos.Verg.vi.æñ.his laodomia it co-
mes.Papinius.ii.theba.cuita ferunt:quos pigra uado langia tacenti.Idẽ in.iiii.pœne
socer.cadensq uadis lampia niuosis.Idẽ in.vii.in ualles lebadia tuas. Verg.in buco.
Nostra neq erubuit siluas habitare thalia. Eadem quoq rõne dicimus magia.pædia.
mochia.angaria.latria.idolatria.dulia.hyperdulia.eugenia.hermenia. I.ante.e. p
tim breuis e.ut hiera.hyena.Verg.ix.æñ.quos iouis eduxit luco siluestris hiera. Oui
dius.xv.meta.passa marẽ nunc esse marẽ miremur hyenã. Partim producũt.ut pierus
pierides. Ouidius.v.meta.pierus has genuit.Verg.in buco.pergite pierides. I.an
te.o.producitur in dictiõibus q per ei.dipthongon apud græcos scribunt.ut arion.
amphion.clio.hyperion.ixion.orion.pandion.echion.io. Verg.in.buco.orpheus in
siluis.inter delphinas arion.Idẽ in eodẽ opere.amphion dircæus in acteo aracyntho.
Ouidius pri.de arte.nec mihi sunt uisæ clio cliusq sorores.Idẽ pri.fasto. placat equo
persis radiis hyperiona cinctũ.Idẽ.xii.meta.duxerat hippodamẽ audaci ixione natus.
Verg.pri.æñ.Cũ subito assurgens fluctu nymbosus orion.a orion tamen pro eodem
breuiauit Catullus dicẽs.proximus hydrochoi fulgeret aorion.Ouidius.vi.meta.hic
dolor ante diem pandiona misit ad umbras. Idem in.iii.eiusdẽ. quinq superstitibus:
quorũ unus echion.Idem in pri.cõstiterat quocunq loco spectabat ad io.Enyo quoq
martis soror pducit.Martialis.cũ dubitaret adhuc belli ciuilis enyo. Quæ uero per
i.iota scribũtur breuiant.ut iollas.dione.Verg.in buco.Phyllida mitte mihi:meus ẽ
natalis iolla.Idẽ in eodẽ opere.ecce dionæi processit cæsaris astrũ. I.ante.u.in dicti
onibus q apud græcos per ei.diphthõgon scribunt:lõga ẽ.ut sperchius.lycius.arius.
bacchius.Verg.ii.geor.sperchiusq & uirginibus bacchata lacænis.Papinius.templa
lycie dabis & ditia dona sacratis.Luca.i.iii.hinc fortis arius.Ruffinus.principiũ bac
chius erit cõcludit iambus.a trophiũ quoq & poliũ cõposita.ut peristereotrophium
orphanotrophiũ.myropoliũ. ichthiopolium.xenodochium quoq pro hospitio. quia

per. ei. diphthongon apud græcos scribitur. hac eadem ratione dius dia dium & dia
insula producit. i. Breuiant uero quæ apud illos per. i. iota scribuntur. ut arcadius.
boetius. chius. insula. Lucanus in. viii. quas a sine cautes. & quas chius asperat undas.
Horatius primo episto. Quid tibi uisa chius bullati notaq; lesbos. possessiuũ uero ean
dem producit. Idem. ii. ser. cæcuba uina ferens alcon chium maris expers. Martialis.
chia seni similis baccho. quam setia misit. Illa quoq; breuiant: in quibus supra dictũ
est. ei. diphthongon aliquando solui: ut baccheius. priameius. æneius. theseius. ephy-
reius. quæ quidem diphthongus aliquando etiam in. e. diphthongon uertitur. ut the
sæus. ephyræus. Ouidius. vii. meta. Soluere desierat thesea laude tributum. Properti-
us. non ita complebant ephyreæ laidos ædes. O ante. a. dictionibus quæ a græcis
per. o. micron scribuntur: breuiant. ut oaxes. coaspes. coastræ. thoas. Vergilius in bu-
colicis. pars scythiam & rapidum cretæ ueniemus oaxem. Propertius in. iiii. uel regia
lympha coaspes. Lucanus in. iii. æthera tangentes siluas liquere coastræ. quæ uero per
o. mega scribuntur: producunt: ut troas. troadis. Vergilius in. v. æñ. at procul in sola
secretæ troades acta. O ante. e. si per. o. mega scribitur a grecis: longa est. ut typhœ
us: aloeus. neq; enĩ per. œ. diphthongon in penultima scribitur typhœus: ut quidam
putauerunt: sed per eus diphthongon in fine & per. o. mega in penultima: que cũ. e.
non potest in diphthongon coalescere. Lucanus in. v. Conditus inarimes æterna mo-
le typhœus. Neq; obstat quod Vergilius libro. ix. æñ. dixit. inarimæ iouis imperiis im
posita typhœo. nam synæresis est frequẽter in illo loco recepta. Quod siquis est qui
græce litteraturæ non credit: saltem Ouidii uersu illo conuincetur: qui in primo fa-
storum scribitur. quas quotiens perflat: spirare typhœa credas. Nullum enin nomen
secundæ declinationis mittit accusatiuuũ in. a. nisi in. eus. diphrhongon terminetur
De alœo nemo unquam dubitauit: quin per. o. longũ in penultima & per. eus. diph-
thõgon in ultima scribatur. Lucanus in. vi. impius hanc prolẽ superis immisit alœus.
Boetia quomodo a latinis scribi debeat: nostri sæculi docti quidam homines dubitãt.
nam cum a græcis per. oi. diphthongon scribatur: quæ apud nos in. oe. diphthongon
uerti consueuit: bœotia post. œ. diphthongon. o. mega hoc est longa subiecta: nõ boe-
tia o. & . e. solutis proferenda est. Quod siquis dixerit diphthongon. oi. solui in. oe.
quod quidam etiam in euboia fecerunt: oi. diphthongo in. oe. solutas cõuersa: scribẽ-
tes atq; proferentes euboea quattuor syllabarum: esto concedamus illi hoc: sed qua li-
centia dispunxerunt alterum. o. pro bœotia boetia dicentes? Si uero o micron a græ-
cis scribatur ante. e. breuiatur: ut simoentis & pyroentis obliqui ab eo quod simois &
pyrois. Vergilius primo æñ. Alma uenus phrygii genuit simœntis ad undã. Flaccus
quinto argonauticæ. & formidantem patraos pyroenta dolores. O. ante. i. eandẽ
rationẽ sequitur: nam quæ per. o. mega scribuntur: producunt. ut zoilus. troilus. stoi-
cus. lagois. Martialis. zoilus ægrotat faciunt hanc stragula febrem. Vergilius primo
æñ. parte alia fugiens amissis troilus armis. Iuuenalis. stoicus occidit baream. delator
amicum. Horatius. ii. sermo. nec scarus: aut poterit peregrina iuuare lagois. Quæ
uero per. o. micron scribũtur: breuiant. ut simois. pyrois. Troia uero & euboia in qui
bus a latinis. oi. diphthongus soluitur. o. producunt ratione. i. quod habet uim dupli
cis cõsonãtis: quotiens inter duas uocales ponitur ĩ dictionibus latinis: & in quibus
dam græcis. ut Vergilius. iiii. æñ. troia per undosum peteretur classibus æquor. ubi
troia duarum syllabarum est: quia. i. consonans. Possessiuum uero troius troia troium
tametsi trisyllabum sit: atq; per. i. uocalem scribatur: primam producit: quoniã a græ-
cis per. o. mega scribitur. Vergilius primo æñ. Armaq; fixit troia. nunc placida cõpo-
stus pace quiescit. O. ante. o. breuis est. ut laocoon. hippocoon. demophoon. bo-
otes. Vergilius. ii. æñ. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Idem in. v. hirtacidæ
primus locus exit hippocoontis. Idem primo geor. non obscura cadens mittet tibi si-
gna bootes. Ouidius in epistola phyllidis. hospita demophoon tua te rhodopeia phil-
lys. O. ante. u. in dictionibus quæ per. o. mega scribũtur: qualia sunt possessiua in
ous. oa. oum. finita. producitur. ut argous. a. um. cous. a. um. sardous. a. um. herous.
a. um. eous. a. um. eadem quoq; ratione achelous penultimã produxit. Papinius libro
vii. theba. machus ante retro nosterq; achelous abibit. Quæ uero per. o. micrõ scri
buntur. breuiãt. ut alcinous. antinous. V. ante reliquas uocales rara est apud græ-
cos. si tamem apud uspiam reperiatur quia per piphthongõ ab illis scribitur: longa e.

Fio ex dictionibus latinis cum est dissyllabum. producit uocalem ante uocalē. nam cum plurium syllabarum est: breuiat. Iuuenalis. nam tuus ēdynnō dilecte fiet ad ulter. Idem. liceat modo uiuere fient: fient ista palam. Genitiui quoq; & datiui numeri singularis quintæ declinationis. e. ante. i. producunt. ut dies diei. progenies progeniei. Vergilius in uiro bono omnia q̄ secū reputauerit acta diei. Excipiūtur huius ordinis tria nomina quæ isdem in casibus. e. ante. i. breuiāt. ea sūt res rei. spes spei. fides fidei. Octo quoq; nomina primæ & secūdæ declinationis nominum cū suis compositis quæ mittunt genitiuum in ius. & datiuum in. i. & tria pronomina secundæ pronominum declinationis. hoc ē iste ista istud istius isti: ille illa illud illius illi: ipse ipsa ipsum ipsius ipsi. in genitiuo habent. i. ante u. indifferentem. prætерq̄ alterius quod semper breuiat. quin & ipsum ꝑducere reperiē apud Terētianum referēte Prisciano qui ait: sesculos uel unam uincet alterius singulum. Est enim uersus trochaicus septem continens pedes & syllabam: in quo sextus pes necessario ē spōdeus Diana quoq; primam habet indifferentem. Vergilius pri. æñ. exercet diana choros q̄ mille secutæ. Lucanus in. vi. parua mycenеæ quantum sacrata diane. Quod si quis ambigit an diana latinum sit nomen: legat Macrobium in primo libro saturnaliorum. Pro in compositiōe. Quarta regula est: ꝙ hæc præpositio pro in compositione producitur. ut probo as. &c̄. Breuiant uero quæ hic ponuntur ꝓcella. e. quæ a pro & cello is. quod in usu non est: composita uidetur. Vergilius primo æñ. talia iactanti stridens aquilone procella. Procuro as. Ouidius. iii. fastorum risit & his inquit facito mea tela procures. Actius exercēt epulas læti: famulosq; procurāt Vergilius tamē. ix. æñ. produxit. quod superest læti bene gestis corpora rebus procurate uiri. Horatius. hæc ego procurare & idoneus imperor & nō. ergo pro i hoc uerbo media est. Proficiscor eris. & si gellius libro. ii. ex auctoritate Ciceronis. primā dicit habere breuem: longa tamen aliquādo etiam reperitur. Iuuenalis profectura domo sicula nō mitior aula. Propertius libro. ii. hæc quoq; profecto ludebat iasone uarro. Vergilius. vii. æñ. arcades his oris genus a pallāte profectū. & Papinius. vii. thebais ego te coniunx ad debita regna profectum. Profundo quoq; primam indifferentem habet: & si gellius eodem auctore dicat breuiare. Catullus. has postq̄ moesto profudit pectore uoces. Sillius libro. xi. punicorum impia dementis uulgi: & uix tota ꝓfudit. Profiteor eris. Ouidius. ii. de remedio. utilitas lateat: quod non profitebere fiet. Horatius in poetria. incœptis grauibus plerīq; & magna professis. Profor aris Lucanus in. ix. hoc satis est dixisse iouem: sic ille profatur. Vergilius. iiii. æñ. & sic accensa profatur. Profugio is. Flaccus. vii. argonauticæ: contingit uix deinde mori. & sic fata profugit. Columela. sed trepidus profugit chelas & spicula phœbus. Profugus. a. um. Vergilius. italiam fato profugus lauinaq; uenit. Profundus. a. um. idē in bucolicis. terrasq; tractusq; maris cælūq; profundum. Profestus. a. um. Horatius ii. ser. non ego narrantem temere edi luce profesta. Profanus. a. um. Vergilius. vi. æñ. procul o procul este profani. Pronepos otis. & proneptis is. Ouidius. xi. metha. est neptunus auus: pronepos ego regis aquarum. Persius. iam reliqua ex amitis patru

Fio cum est dissyllabum semper producitur. Genitiuus quoq; & datiuus quintæ declinationis. e. ante. i. producunt. ut dies diei. Nomina uero & pronomina mittētia genitiuū in ius. penultimam habent indifferentem. ꝑterq̄ alterius quod semper breuiat. & alius quod semper producit. Diana quoq; primā habet mediam atq; cōmunem.

Pro in compositione plærūq; producitur. ut ꝓbo as. procumbo is. prodo is. Breuiant uero procella. ę. procuro as. proficiscor eris. profundo is. profiteor eris. profor aris. profugio is. profugus. a. um. profundus. a. um. ꝓfestus. a. um. profanus. a. um. pronepos otis. proneptis is. propero as. propertius. ij. propontis idis. propino as. Breuiant quoq; uocali subsequente, ut proauus. prohibeo. es.

elſis: nulla proneptis. Propero as. Vergilius. ix. æñ. ne properate meas teucri defendere naues. Propertius. Martialis accipe facundi carmen iuuenile properti. Propontis idis. Lucanus in. ix. paruo ruat ore propontis. Propino as. Iuuenalis. Hiſcere tanq̃ habeas tria nomina quando propinat.

E. de. præ. ſe. di. præpoſitiones in compoſitione producuntur. ut eligo is. deligo is. prælego is. ſeligo is. diligo is. Breuiant tamẽ ſi uocalis ſequat̃. ut deorſũ. ſeorſum. dehinc dehiſco. præuro. Dirimo quoq̧ & diſert⁹ breuiãt Re in compoſitiõe breuiatur. ut refero refers. Producunt uero quæ poſt ſe duplicem habent conſonantem. ut reſto. reſpondeo. reiicio refero.

Breuiant quoq̧ dictiões a pro cõpoſite: ſi ſequatur uocalis exilis uel aſpirata. ut proauus. prohibeo. aliquãdo etiam fit ſynaloepha. ut in hac dictione proinde Vergilius. xi. æñ. proinde tona eloquio ſolitũ tibi. E. de. præ. ſe. di. Quinta regula eſt: ꝙ hæ præpoſitiones cum ueniunt in compoſitionem: producũtur ut eligo is. edo is. educo is. deligo is. dedo is. deduco is. præpono is. præfero is. præbeo es. ſeligo is. ſeduco is. ſeparo as. diligo is. diluo is. diiudico as. Quod ſi uocalis ſequatur: breuiãt. ut deorſum: quod ex de & orſum componitur. dehiſco quod ex de & hiſco is. dehinc quod ex de & hinc. Vergilius. iiii. æñ. ſed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat. Vergilius. iii. æñ. dona dehinc auro grauia ſectoq̧ elephanto. Præuro is. Vergili. vii. æñ. ſtipitibus duris agitur ſudibuſue præuſtis. ſeorſum. idem in eſt non. alterutrum. pariter non nunq̃ ſæpe ſeorſũ. Adi quoq̧ compoſita duo breuiant: dirimo is. Ouidius primo metha. hanc deus & litem melior natura diremit. & Diſertus. a. um. quod tam etſi a diſſero is. deriuatur. altero. s. extrito primam breuiauit. Horatius primo epiſtola. fœcundi calices quem non fecere diſertum. Illud quoq̧ hoc in loco notandum eſt: ꝙ ſi de præpoſitio componatur cũ dictione incipiẽte a uocali: præterq̃ quod diximus breuiari: aliquando etiã reperitnr produci. Papinius. xi. theba. deeſt ſeruitio plebes: hoc ignis egentes. Horatius in poetria. cogitat ut dehinc ſpecioſa miracula promat. Aliquando fit ſynæreſis ſiue colliſio. Vergilius in bucolicis. incipe damœta: tu deinde ſequere menalca. Idẽ in eodẽ opere. uir gregis ipẽ caper deerrauerat: hic ego daphynin Idem. vii. æñ. diuitis huber agri: troiæue opulentia deerit. Iuuenalis. dehinc clamore pari concurritur æ uice teli. Horatius. ii. ſer. redde age quæ deinceps præmia reſiſti. Aliquando expungitur uocalis: a qua dictio cũ qua cõponitur incipit. ut debeo quod a de & habeo. debil' quod a de & habil'. dego quod a de & ago. demo quod a de & emo.

Re. in compoſitione breuiatur. ut refero refers: quando non accipitur pro eo quod eſt diſtat. nam tunc per duplex. f. ſcribitur: ut primam producat poſitione. Producunt uero dictiones in quibus poſt re ſuccedunt duæ conſonantes: aut una uim duarum habẽs. ut reſpondeo. reſcribo. reiicio rexi. Nam cum re ꝑpoſitio natura breuis ſit: ſi uſpiam in compoſitione longa reperiatur: neceſſe eſt hoc fieri ratione duarũ cõſonantium: aut unius uim duarum habentis. Sed cum ſupra diximus. i. conſonantem in principio dictionum pro ſimplici poni: idq̧ etiam in compoſitis obſeruari: in hoc uerbo reiicio: aliquando habet uim duplicis conſonantis: aliquãdo ſimplicis. Duplicis: ut apud Vergilium. iii. geor. reiice ne macul' refuſcet uellera pullis. Idẽ. v. æñ. hæc fatus: duplicem ex humeris reiecit amictum. Papinius theba. & patria uigil arte lacon hos reiicit ictus. Simplicis: ut apud uergilium in bucolicis. Tityre paſcentes a flumine reiice capellas. ubi teſte ſeruio. reiice proceleumaticus ẽ. Papinius lib. iiii. theba. tela manu reiicitq̧ canes. uel potius dicendum eſt. i. conſonantem expũgi: quod & in hoc uerbo ſubiicio reperitur. ut apud Papiniũ in achilleide. ſubiicit gauiſus ulyſſes. Lucanus in. viii. crine iacet ſubiiciq̧ facẽ cõplexa maritum. Rettuli quoq̧ præteritum ab eo quod eſt fero: cum longum reperitur per duplex. t. ſcribi debet. Horatius. ii. epiſt. rettulit acceptos regale numiſma philippos. Propertius. rettulit & querulo iurgia noſtra ſono. Cũ uero breuiatur per ſimplex. t. ſcribendum eſt. ut apud Sueuiũ in quodã edyllio. fera prælia bello in perſas retulere. ſunt quoq̧ qui illud Catulli. ſi reditum tetuliſſet is: aut in tempore longo: retuliſſet legãt. Eadẽ quoq̧ ratio-

ne reffero:cum pro eo quod est distat accipitur:per duplex.f.scribi debet:quoniam p̃ducit primã:sed quemadmodũ alio loco diximus:nõ a re præpositione:sed a res & refero compositum uidetur. Relatum in supino ab eo quod est refero. repperi & reppuli præterita ab eo quod ẽ reperio is.& repello is.cum hoc uerbum reduco is.primæ indifferenti reperiuntur:quare tum.simplici:tum geminata consonante post re. scribi debent.Iuuenalis dixerit astrologus:credent a fonte relatum hamonis.Lucanus in iiii.densaturq; globus:quantum pede prima relato.Lucretius libro.iii. id rursum cæli rellatum templa receptant.Terentius in phormione.quod ab illo allatum ẽst: id sibi rellatum putet.ubi ratione carminis.l.deberet geminari. Donatus testatur. Lucanus reppulit a libycis ĩmensum syrtibus æquor.Tibullus. nã ciconũq; manus aduersis reppulit undis.Ouidius in epistola medeæ.quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes.Sillius.xvi.puni.troiugenis repulit pœnos.Propertius.ah. pereat quicũq; meracas repperit uuas.Ausonius.at qui condiderat postq̃ non repperit aurũ:aptauit collo quem repperit laqueũ. Lucretius in primo.reducit uenus: & reductam dædala tellus.Horatius.ii.ser.dii tibi dent capta classem reducere troia.Idem ĩ epistolis. palma negata macrum donata reducit opimũ.Vergilius.iiii.æñ:eiectã classem socios a morte reduxi.Relliquiæ quoq; relligio:quorum alterum a reliquendo:alterum a religando dicitur:in carmine semper producta reperiuntur:quare duplici.l.scribenda sunt. Vergilius primo æñ.troas relliquias danaum atq; imitis achilli.Idem in.iiii. relliquias colerem:priami tecta alta manerent.Idem in. ii.Relligione patrum multos sacrata per annos.Idem in eodem. corpora perq; domos & relligiosa deorum.

Dictio composita terminans in.i.uel in.o.primam partem compositionis breuiat illud.i.uel.o.ut omnipotens.archigenes. carpophorus.democritus.

Prçterita duarum syllabarum producũt ex illis priorem.ut feci.legi. Breuiant tamen bibo bibis bibi.scindo scindis scidi.findo findis fidi . do das dedi. sto stas steti . fero fers tuli.

Supina duarum syllabarum producunt ex illis priorem. ut lauo lotum. moueo motum. nuo nutum.Breuiant uero do datum. sto statum.cieo citum.sero satum. sino situm. ruo rutum.lino litum.eo itum.queo quitum. reor ratum.

Dictio composita.Hæc regula duas cõtinet partes.Prima est: q̃ dictiones cõpositæ siue sint græce siue latinæ terminantes in.i.primam partẽ cõpositiõis:breuiant illud.i.ut omnipotens quod ab oĩs & potens cõponit̃ . armiger quod ab armis & gero.archigenes quod ab archon.i. princeps: & genes genus.antitheton quod ab anti cõtra & theton positũ.Vergilius.ii.æñ. iuppiter omnipotens præcibus si flecteris ullis. Idem in eodem.Armiger autumedon una omnis scyria pubes.Iuuenalis.aduocat archigenen: onerosaq; pallia iactat. Persius. librat in antithetis doctas posuisse figuras. Altera pars ẽ: q̃ dictiones græce terminãtes in.o.primã partẽ cõpositionis breuiãt illud.o. ut carpophorus quod ex carpos & phoros hoc ẽ ferẽs fructũ cõponit̃.christophorus eodẽ modo ferẽs xp̃m.democritus.demophoon Iuuenalis.q̃q̃ & carpophoro facies tua cõputat annos.Idẽ.p̄petuo risu pulmonẽ agitare solebat democritus.Ouidius.hospita demophoon tua te rhodopeia phyllis. A priori pte regule excipiunt̃.ubiq; & ibidẽ aduerbia.quorũ prius ab ubi & que:posterius ab ibi & dem p̄ticula componit̃.Verg.ii.æñ.horror ubiq; animos simul ip̃a silẽtia terrent.Idẽ in pri.uoluit̃ in caput:ast illã ter fluctus ibidẽ. Tibiicen quoq; quod ex tibiis & cano cõponit̃:duabus breuibus p̄ synæresin coeũtibus penultimã p̄ducit. Iuuenalis.& linguã & mores & cũ tibiicine chordas. Producũt quoq; cõposita quæ ĩ priori parte cõpositiõis declinant̃.ut plæriq;.utriq;. quãticũq;. qualicũq;. Meridies etiã quod a medius & dies cõponit̃.d.mutata in.r.antepenultimã p̄ducit. Catullus. iubeo ad te ueniã meridiarũ.est enim carmen phaleuticũ. Aduertẽdũ tñ est: q̃ si dictio cũ qua cõponit̃ semi a uocali incipiat:p̄ synalœphan exteritur.i. ut semuncia quod a se

mis & uncia. semihomo: quod a semis & homo. semustus quod a semis & ustus. Persius. hæreat ut stultis breuis ut semuncia recti. Vergilius. viii. æn. semihominis caci facies: an potius semhominis caci facies: quoniam in compositione litteræ quæ non pronunciantur: etiam nec scribuntur. Præterita duarum syllabarum producũt ex illis priorẽ. ut feci a facio is. legi a lego is. moui a moueo es. caui a caueo es. q̃uis enĩ prima uerbi positio breuietur: nihilominus in præterito producitur. Præterq̃ in uerbis sex quæ hic explicantur cum suis compositis. ea sunt bibo is. bibi. adbibo is. adbibi. Martialis dixit. & ardentes auido bibit ore fauillas. Scindo is. scidi. abscindo is. abscidi. rescindo is. rescidi. Papinius. viii. theba. oraq; pectoraq; & uiridem scidit horrida uestem. Lucanus in. iii. qua mare tellurem subitis aut obruit undis aut scidit.

Findo is fidi. diffindo is. diffidi. Vergilius in. viii. & media aduersi liquefacto tempora plumbo diffidit: ac multa porrectum extendit arena. D o das dedi. reddo is. reddidi. trado is. tradidi. Vergil. ii. æn. insidiæ iam deiphobi dedit ampla ruinam. Sto stas steti. obsto as. obstiti. consto as. constiti. resto as. restiti. Idem in. v. his magnum alciden contra stetit: his ego suetus. Fero fers tuli. circumfero ers circumtuli. confero ers. contuli. Ouidius primo metha. & tulit ad climenem epaphi conuitia matrem.

Iuui quoq; præteritum ab eo quod ẽ iuuo iuuas. Catullus ad ortalum breuiauit dicens. non ita me diui uera gemunt iuuerint: sunt qui legant iuerint pro iuuerint: sed huiusmodi syncopes ratio inaudita est. Habẽtia uero uocalem ante uocalem nihil dubium est breuiare. ut ruo is. rui. nuo is. nui. luo is. lui. Supina duarum syllabarum producunt ex illis priorem. ut lauo as. lotum. moueo es. motum. nuo is. nutum. Breuiant uero eandem supina quæ hic explicantur: cum suis compositis. Do das datũ reddo is. redditum. trado is. traditum. Vergilius primo æn. postq̃ introgressi & corã data copia fandi. Sto stas steti statum. Lucanus in. x. his asscripsit aquis quorum stata tempora flatus. deriuata quoq; eandem legem seruant. ut statio onis. status us. statura. æ. Vergilius. ii. æn. nunc tantum sinus: & statio male fida carinis. Ouidius. iiii. fastorum. hic status in cælo multos permansit in annos. staturus tamen hoc est participium futuri in rus. semper producit primam. Lucanus in. vi. unaq; percussit pontũ symplegas inanem & statura redit. Composita uero quæ mutant. a. in. n. semper breuiant: quæ uero non mutant: producunt. ut præsto as. præstitum. præstatum præstatus. præstaturus. consto as. constitum. constatum constaturus. Lucanus in. ii. Cõstatura fides superum. Cieo uel cio cis ciui citum. Ouidius. ii. metha. obuius ire polis: ne te citus auferat axis. Composita tum uero breuia: tum producta reperiuntur. ut excio is exciui excitum: uel excitũ. concio is. conciui concitum uel concitũ. accio is. acciui accitum uel accitũ. Papinius. iii. theba. excitus & longã iam pridem indignantia pacem Vergilius. iii. æn. excitum ruit ad portas & littora complent. Flaccus. v. argo. ipse aũt tantis concita furoribus arma. Vergi. pri. æn. regius accitu chari genitoris ad urbem

Sero is. seui satum. & ab eo composita. ut consero is. conseui consitum. assero is. asseui assitum. Vergi. in buco. dulce satis humor. Ouidius. consitaq; arboribus lycæa reliquerat arua. Sino is. siui situm. & ab eo compositũ desino is. desiui desitum. Idem. ii. metha. hic situs est phaeton currus auriga paterni. Cicero pro cornelio. cœptum igitur per eos: qui uolebãt desitũ: per hunc qui discessit. Ruo is. rui ruitũ facit in supinis: sed ab eo cõposita rutũ: quæ omnia breuiant. ut obruo is. obrui obrutũ. diruo is. dirui dirutũ. eruo is. erui erutum. Ouidius in episto. penelopes. obrutus insanis esset adulter aquis. Idem in eadẽ. diruta sunt aliis: uni mihi pergama restãt. Lino is. lini uel leui litũ. & ab eo cõposita. ut oblino oblitũ. illino illitũ. relino relitũ. Vergil. iiii. paribus lita corpora guttis. Ouidius in epistola canaces. oblitus a domine cæde libellus erit. Lucanus in. viii. illita tela dolis: nec marte cominus unq̃. Eo is iui itum. & ab eo cõposita. ut prætereo is. præteritũ. obeo is. obitum. Ouidius primo metha. sed itum est in uiscera terræ. Vergilius. viii. æn. o mihi præteritos referat si iuppiter annos. Idem in. x. morte obita quales fama est uolitare figuras. Ambio is. quod ab am præpositiõe inseparabili & eo cõponit: tum breuiare: tum producere reperitur. nam ambitus us. nomẽ breuiat. Lucanus in pri. Lethalis ambitus urbi. ambitus. a. um. participiũ: pducit. ut Valerius. v. argonauticæ. ambitũq; senẽ: promissaq; uellera puppi. Ouidius pri. metha. iussit & ambitæ circũdare littora terræ. Queo quis quiui quitũ & ab eo compositum nequeo is. nequiui nequitum. Terentius in ecyra. nam cum cõ-

pressa est nata: forma in tenebris nosci non quita est. Reor reris ratum. Vergili. ii. æn. nos abiisse rati: & uento petiisse mycænas. & ab eo deriuatum ratio breuiat.

Supina plurium syllabarum uenientia a præteritis uerborũ ui. mutata in tum. producũt penultimam. ut amo as. amaui. amatum. cupio is. cupiui cupitum. audio is. audiui auditum.

Prẹterita geminantia primas syllabas habent illas utrasq; breues: nisi in secunda sequãtur duæ consonantes. Cædo tamen cecidi. & pedo pepedi nihilominus eandẽ producunt.

Dictio deriuata & composita æqualia retinet tempora suis primitiuis & simplicibus: etiã si uocalis in uocalem mutetur: dũmodo eadẽ consonans maneat. Quod si consonans mutetur: ad regulas particulares recurrendum ẽ. Nihilominꝰ tñ patit̃ hæc regula exceptionẽ. ut tego tegula. rego regl'a. Sedeo sedes. lateo laterna. In primitiuis breuiat: in deriuatiuis producit. Econtrario est in dico dicax. Luceo lucerna. Areo arista. Offa offella. Mãma mamilla.

Supina plurium syllabarum: ꝙ supina plurium syllabarum: nam de dissyllabis paulo ante posuit regulam si formãtur a præterito perfecto indicatiui modi terminato in ui. ui. mutata in tum. in quacũq; coniugatione producũt penultimã. ut amo as. amaui amatum. Pecto is. quẽadmodum libro tertio diximus: ꝙ in præterito pectiui fecit: in supino pectitum: penultimã breuiauit. Columela. uerũ ubi iam puro discrimine pectita tellus. sed suspicamur ab alio præterito hoc est pectui: quod ĩ usu nõ repperimus. Præterita geminantia primas syllabas. de pteritis plurium syllabarum intelligit. nam de dissyllabis superius regula tradita est. fuerũt aũt duo tantum do dedi & sto steti. omnia inq̃ illa breuiant utrasq; syllabas. ut pario is. peperi. disco is. didici. tũdo is. tutudi. pãgo is. pepegi. pungo is. pupugi. tango is. tetigi. pello is. pepuli. tollo is. tetuli. cano is. cecini. Si uero post secundã syllabã sequãtur duæ consonantes producũt illam. ut mordeo es. momordi. tondeo es. totondi. spondeo es. spopondi. pendeo es. pepẽdi. posco is. poposci. parco is. peperci pendo is. pependi. tendo is. tetẽdi. fallo is. fefelli. curro is. cucurri. Cædo quoq; & pedo itam etsi non sequuntur duæ consonantes: etiam producunt. ut cecidi pepedi. Iuuenalis. ebrius & petulans si quemq̃ forte cecidit. Horatius. ii. ser. nam displosa sonat quantum uesica pepedi. In compositiõe quoq; eadem ratio seruatur. Nam illa quæ primã syllabam in compositione amittunt alteram producũt aut breuiant ſm ea quæ dixi. ut fallo is. fefelli. refello is. refelli. cædo is. cecidi. abscido is. abscidi. pello is. pepuli. compello is. compuli. tundo is. tutudi. contundo is. contudi. Horatius. ii. episto. duram qui contudit hydram. antiquiores tamen eandem produxerunt. ut Ennius. uirosq; ualentes contudit crudelis hyems.

Dictio deriuata & composita. ꝙ tanta est uocalis in dictiõe deriuata & composita: quanta fuit in dictione primitiua & simplici. hæc regula patet latissime. Deinde regulam adhuc declarat dicens: ꝙ si uocalis in uocalem mutetur: nihilominus eadem quantitas manet. ut ab in & amicus componitur inimicus. a. mutata in. i. manente eadem consonante hoc est. m. ergo utraq; uocalis hoc est. a. in simplici. & . i. in composito breuiatur. Rursus ab inimico deriuatur inimicitia manente eadem syllarum quantitate. Dipthongus quoq; eadem ratione in uocalem longam semper uertitur. ut cædo occido. lædo collido. plaudo explodo. claudo includo. Quod si consonans mutetũ aliam rationem sequi debemus: nam eandem est ad primas atq; medias syllabas. Esto exẽpli gratia iuuenis breuiat primã. iunior producit eãdem. & eodem modo iuuo. cado. foueo. bis. nouem. decem. primas breuiant. ab illis tamen deriuata iucũdus. iumẽtum. casus. fomes. bini. noni. deni. quia mutant consonantes: producunt easdẽ. Habet tamen hæc regula exceptionem. nam a supinis uerborum prime cõiugationis in atum exeuntibus frequentatiua deriuantur uel formantur potius. a. longa in. i. breuẽ

mutata.ut ab imperatu imperito as.a minatu.minitor aris.a portatu portito as.Præterea uerba que dicuntur meditatiua uel potius desideratiua : formanturq; ab ultimo supino.quod in.u.lōgum desinit:addita rio.ut ab esu esurio.a mictu micturio.a partu parturio.in quibus.u.breuiatur.Iuuenalis.esurit intactam parioli nisi uendat agauen.Idem.noctibus hic ponunt lecticas:micturiunt hic. A no quoq; nas naui natum.prima longa dicimus:nato natas eadem breui. Vergilius in.v.æñ. illum & labentem teucri:& risere natantem.& a nosco noscis noui notum. prima longa deriuatur noto notas eadem breui.Vergilius in bucolicis. parta meæ ueneri sunt munera nāq; notaui.Agnitus quoq; & cognitus a notus composita breuiant.Iuuenalis.agnitus accipies iubet a præcone uocari.Lucanus in.iii.calida mihi cognitus axis ægypto. Igitur ex breui syllaba plærūq; fit longa non modo manente eadem consonāte: sed etiam eadē uocali.ut a rego is.rex & regula.a lego is.lex legis.a lateo es.laterna.æ.a sedeo es.sedes is. a uomo is. uomis eris. a uoco as.uox uocis. a uenio is.uena . ab humeo es.humor oris.a rapio is.rapum.i.a ligo as.ligula.æ.a macro macero as.a uitio uitupero as a iugo iugerum.i.ab italia italus.a.um.a sicilia siculus.a. um. a cerere ceritus.a.um. a secus aduerbio:secius.& mutara uocali ab homine humanus.a.um. Econtrario ex syllaba longa fit breuis.ut a dico dicax acis.ab luceo lucerna.æ. ab areo arista.æ. a sopio sopor oris.a frango frangor oris.& fragilis.a sagio sagax acis.a uado is.uadū.i. a dissero is.disertus.a.um.a iuro as.deiero as.peiero as.ab æquo as.aqua.æ.a fido is.fides.ei.ab odi odisti.odium.ii.a titulo tutor aris.a quattuor quater.a farre farina.æ.a tigno tigillus.a signo sigillum.ab offa offella æ.a māma mamilla.æ.a lotus lotium.ii. a fatuu fatuus.a.um.ab acer acerbus.a.um.a fœmine femur oris.Sed de his omnibus in primis atq; mediis syllabis dicemus.

De crementis nominū.Cap.ij.

GEnitiuus singularis crescēs super nominatiuum:quandoq; breuiat:quandoq; producit crementum.

In.a.breuiant.ut dogma atis.toreuma atis.

In.o.exeuntia in onis.uel enis.producunt. ut cerdo.cerdonis.anio anienis.In inis uero breuiant.ut uirgo uirginis.

In.c.unum est quod producit.halec halecis.

De crementis nominū Reliqui omnes artis grāmatice p̄ceptores quos ego unq̄ legi: quātitatem syllabarum nominis per declinationē primū: deinde per regulas particulares quas de primis mediis atq; ultimis syllabis scripserunt:sparsisse uideo . fecerunt illi fortasse hoc recte: sed ad puerorum eruditionem nō satis cōmode.Nos tamen qui hanc curam suscepimus: ut nihil illis ediscendū p̄poneremus: quod non illa ætas possit capere:separauimus a declinatione hanc syllabarum perplexitatem:nec per numerosas illas regulas sparsim diffudimus:sed in unum quasi conspectum in hoc secūdo capite compegimus:quod est de crementis nominū. Crementum uero nominis dicitur:quotiens genitiuus singularis crescit super primam nominatiui positionem.idq; aut in singulari:aut in plurali.agit itaq; in primis de cremento singulari: sed potissimū tertiæ declinationis:quia prima non habet crementum: nisi cum mittit genitiuum in.ai.secnndæ tantum in.r.desinentibus:quæ cum tertia declinatione cōfunduntur.quartæ & quintæ ad generalem regulam de habentibus uocalem ante uocalē referenda sunt. In.a.igitur desinentia:quæ omnia græca sunt: mittunt genitiuum in atis.breuiant syllabam quam superat cremētum. ut dogma dogmatis. poema poematis.schema schematis. In.o. exeuntia in onis uel in enis. producunt. ut cerdo cerdonis.mango mangonis.anio anienis.nerio nerienis.Exeuntia uero ī inis.breuiant.ut uirgo uirginis.apollo apollinis. Nomina uero græca in.on.desinentia si ad declinationem latinam reducantur.etiam breuiant:si apud græcos breuiabāt.ut agamemnon.agamemno agamēnonis.Papinius in achilleide.stimulatq; agamēno uolentes. In.c. duo tantum sunt . lac lactis . quod positione producit . halec halecis quod natura.Martialis.capparis & putri cepas halece natantes : q̄q̄ hic pro pisce etiam possit accipi.

In.al.neutra producunt. ut animal alis. Masculina uero breuiant. ut sal salis. hannibal hannibalis.

In.el.barbara sunt quæ producunt.ut michael michaelis.

In.il.breuiant.ut uigil uigilis.pugil pugilis.

In.ol.unum est quod producit.sol solis.

In.ul.breuiant.ut cõsul cõsulis. præsul p̃sulis

In.an.producunt.ut acarnan acarnanis. pæan pæanis.

In.en.exeuntia in enis.producũt.ut splen splenis.In inis uero breuiãt. ut numẽ numinis.

In.in.producunt.ut delphin delphinis.

In.on.partim breuiant.ut canon canonis. demon dęmonis.partim producunt. ut platanon platanonis.

In.al.neutra producũt.ut animal animalis.tribunal tribunalis.uectigal uectigalis.Masculina uero breuiant.ut hic sal salis.hannibal hãnibalis. Vergilius primo æñ.uela dabant læti:spumas salis ære ruebant.Iuuenalis. expende hannibalem: quot libreras in duce summo.Valerius probus grammaticus præstantissimus referẽte Gellio libro.iiii.hannibalis & hasdrubalis & hamilcaris & huiusmodi nomina barbara ita p̃nũciabat.ut penultimam circũflecteret:quod nisi longa esset:fieri non poterat.tamen unum tãtum Ennii poetæ tetrametrõ attulit:ex eo libro qui scipio ĩscribitur.idest. qui propter hannibalis copias considerant.ubi sexta syllaba necessario debet esse longa:quia tertius pes spõdeus est. In.el. desinentia. oĩa sunt barbara: præterq̃ duo monosyllaba mel & fel.Quod si ad nostram declinationem. ut alio in loco diximus:referantur:adiectione syllabæ id fieri debet. ut michael michaelus.israel israelus. penultima lõga . sed q̃a nostri sub terminatione barbara audent inflectere:merito debent produci: quandoquidem I el.longa finiuntur: quod a græcis per.e.longum scribi consueuerũt.ut michael michaelis.gabriel gabrielis. Mel uero mellis & fel fellis positione duplicis.l.producuntur. In.il.breuiant.ut uigil uigilis.tanaquil tanaquilis. In.ol. unum tantum reperitur sol solis:quod producit. In.ul.breuiant.ut cõsul consulis.præsul præsulis.exulis exulis. In an.producunt.ut acarnan.acarnanis. Ouidius.viii.metha. amnis acarnanum lætissimus.Pæan pæanis.Vergilius.vi.æñ.lætum pæana canentes. In.en. quæ mittũt genitiuum in enis.producunt.ut ren renis.splen splenis.syren syrenis.Persius:quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.Horatius. syrenum scopulos & circes pocula nosti. In inis uero breuiant.ut numen numinis.fulmen fulminis. uolumẽ uoluminis. In.in.per.i.latinum.uel in.yn.per.y.græcum producunt. ut delphin delphinis.salamin salaminis.phorcyn phorcynis.Vergilius in bucolicis.orpheus in siluis inter delphinas arion.Horatius primo car. teucer salamina patremq;. Ouidius iiii.metha.squallebant late phorcynidos ora medusæ. In.on.partim breuiant: partim producunt.nam quæ apud græcos mittunt genitiuum in. onos. penultima p o.micron:breuiant.ut dæmon dæmonis.canõ onis.lycaon onis.pœon onis. amithaõ onis.agamẽnõ onis.æson onis.ãphion onis.ixion onis.parthaõ onis. simõ onis. sidõ onis.mẽnõ onis.emathiõ onis. Ouidi.pri.meta.fœda lycaoniæ referẽs cõuiuia mẽsæ Idem in.v.uel nos emathiis ad pœonas usq; niuosos.Vergilius.iii.æñ.phillirides chiron:amithaoniusq; melampus.Idem.iii.æñ. res agamemnonias uictriciaq; arma secutus.Ouidius.vii.metha.& casu subito formosior æsone natus.Idem.xii.metha.duxerat hippodamen audaci xione natus. Papinius in achilleide . cũq; suo memorant amphione thebas.Ouidius.x.metha.accipe me generum dixi phartaone nate.Martialis. quid torus a nilo:quid sindõe tinctus olẽti? Vergilius primo æñ. eoasq; acies & nigri memnonis arma. Quæ uero apud græcos mittũt genitiuum in onos.per.o. mega. penultimam producunt eandem.ut amydon onis.ancon onis.babylon onis.citheron onis.caulon onis. colophon onis. chromion onis. cydon onis. damon onis.daphnon onis.dolon onis.emathion onis.helicon onis.lacon onis. ladon onis. nasamon onis. orion onis.platanon onis.porphyrion onis.peteon onis. sason onis. smon onis. sicyon onis.salomon onis.triton onis.trygon onis.Iuuenalis.hic alta sicyone:ast hic amy

pone relicta. Catullus. quæq; ancona: gnidumq; arenoſam colis. Martialis. aſſiduus lactet nec babylona labor. Propertius. ſaxa citheronis thebas agitata per artem. Vergilius. iii. æñ. caulonisq; arces & naufragium ſcylaceum. Lucanus in. viii. & placida colophona maris pumantia paruæ. Ouidius. vii. metha. quodq; ſuam ſecurus arat chrõnona colonus. Lucanus in. vii. illuc & libye numidas & creta cydonas. Vergilius ĩ bucolicis. paſtorum muſam damonis & alphiſibœi. Martialis. daphnonas platanonas & aerias cypariſſos. Ouidius in epiſto. penelopes. rettulit & ferro rheſũ dolonaq; ceſos. Vergilius. emathiona liger: coryneum ſternit aſylas. Vergilius. vii. æñ. pandite nunc helicona deæ: cantuſq; mouete. Papinius. vi. theba. tandem ſperatus nuda de plebe laconum. Ouidius primo metha. donec arenoſi placidum ladonis ad amnem. Sillius libro. vi. examinum naſamona tyran ſuper ipſe iacebat. Vergilius. iii. æñ. armatũq; auro circũſpicit oriona. Martialis. & nomen praſmi porphirionis habet. Papinius. vii. theba. & ſulco peteons domant: refluuũtq; meatu. Sillius. adriaci fugite infauſti ſaſonis arenas. Vergilius. ii. æñ. talibus inſidiis periuriq; arte ſinonis. Ouidius. ii. meta. ceruleos habet unda deos tritona canorum. Martialis. captabit tepidum dextra leuaq; trygona. *Sunt* quædam habentia indifferens crementum. ut ſydon ſydonis. ægeon onis. edon onis. Vergilius primo æñ. atq; equidem teucrum nemini ſydona uenire: in deriuatis tum producta: tum breuis reperitur: quod ipſum argumẽto fuerit in primi genio ſyllabam eſſe mediam: q̃q̃ apud homerum ſemper producta legatur. Vergilius primo æñ. obſtupuit primo aſpectu ſydonia dido. Idem ĩ. iiii. ſydoniam picto chlamydem circundata limbo. & iterum in eodem. & quos ſydonia uix urbe reuelli. Aegeon quoq;. Ouidius. ii. metha. ꝑduxit dicens. ægeona ſuis ĩmania terga lacertis. Claudianus uero breuiauit cum dixit. hæc centum gemini ſtrictos ægeonis enſes. Edon p̃terea mons ſiue pxomontorium thraciæ ꝙ mediam habet: ſecũdã ex deriuatis licet cognoſcere: quandoq; enim producitur. ut apud Vergiliũ. xii. æñ. ac uelut edoni boreæ cum ſpiritus alto. Ouidius. protinus in ſiluis matres edonidas omnes. quandoq; breuiatur. Idem in. ii. de remedio. ibat ut edonio referens trieterica baccho. Lucanus in primo. edonis ogigyo decurrit plena lyæo. Sillius. iiii. puni. edonis ut pangea ſuper trieteride motu.

In. ar. producunt. ut puluinar puluinaris. torcular torcularis. Breuiant uero cæſar cęſaris arar araris. iubar iubaris. par paris. nectar nectaris. baccar baccaris. & nomina propria barbarorum. ut hamilcar hamilcaris.

In. er. breuiãt. ut puer pueri. mulier mulieris. anſer anſeris. Producũt uero uer ueris. & nomina græca. ut iber iberi. celtiber celtiberi. byzer byzeris. crater crateris. halter halteris phyſeter phyſeteris. clyſter clyſteris. climater climateris. character characteris. cremaſter cremaſteris. luter luteris. panther pãtheris. ſtater eris. ſoter ſoteris. pręſter eris.

In. ar. ꝑducunt. ut puluinar aris. cochlear aris. Breuiant uero cæſar cæſaris. & quæ ſequuntur. Vergilius in bucolicis. ecce dionei ꝓceſſit cæſaris aſtrum. Idẽ in bucoli. aut ararim parthus bibet: aut germania tigrĩ. Idẽ in. iiii. æñ. it portis iubare exorto delecta iuuentus. Idem in bucolicis & cantare pares & reſpõdere parati. Idem pri. æñ. ſtipant & dulci diſtendunt nectare cellas. Idẽ in bucolicis. errantes hederas paſſim cum baccare tellus. & nomina propria barbarorũ. ut hamilcar aris. aſpar aris. boſtar aris. gaſpar aris. balthaſar aris. ſed hæc quemadmodũ ſupra ex Probri atq; gellii auctoritate diximus poſſunt etiam producere: ſed frequentior uſus habet: ut breuient. In. r. ſiue ſint ſecundæ declinationis ſiue tertiæ: breuiant crementum ut puer pueri. ſocer ſoceri. paſſer eris. mulier mulieris. Nemo enim unq̃ dixit ꝙ mulier in obliquis produceret præter unum priſcianum: neq; in locis illis: in quibus de hoc agebat: ſed ĩ libello de accentu: quem multi auctoris illius non eſſe putant. Alexandrum uero quãti faciamus aliis in locis teſtati ſumus. Quod uero quidem afferunt illud lucretii: ea eſt muliebris origo. Lucretius. non mulieris ſed muliebris ſcripſit. Producũt uero ex latinis hoc uer ueris. Vergilius primo geor. uere nouo gelidus canis cum montibus humor. Et nomina græca quæ per. e. longum ab illis ſcribuntur. ut iber iberi. ul' iber

In.ir.breuiant.ut uir uiri. martyr martyris.

In.or.producunt.ut amor amoris. dolor doloris.Breuiant uero arbor arboris.ęquor ęquoris.marmor marmoris.memor memoris. & cōpoſita a puero corpore & decore.ut publipor publiporis.tricorpor tricorporis. indecor indecoris.Et nomina græca.ut neſtor neſtoris.hector hectoris.rhetor rhetoris.

In.ur.breuiant.ut ſatur ſaturi.uult̄ uulturis.

In.as.producunt.ut æſtas æſtatis. pietas pietatis. Breuiant uero mas maris. uas uadis. anas anatis. Et nomina græca mittentia genitiuum in adis.ut pallas palladis. troas troadis.arcas arcadis.

In.es.breuiāt.ut ſtipes ſtipitis.miles militis. abies abietis.Producunt uero.quies quietis inquies inqetis.locuples locupletis.magnes magnetis.heres heredis.merces mercedis.& nomina græca exeuntia in etis.ut dares daretis.rhamnes rhamnetis.lebes lebetis.

iberis.celtiber celtiberi.Lucanus in.iiii. gallorum celtæ miſcentes nomē iberis. Martialis primo.epigra.uir celtiberis. nō tacende gentibus. eſt enim trimetrum iambicū Byzer eris.Flaccus.v.argonauticæ. byzereſq; uagi phyllirææq; a nomine dicta littora.populi ſunt ponti. Crater eris.Vergilius in bucoli.crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.Halter eris.Martialis.quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti! Phyſeter eris.Ruffus in arato.delphines uirides & phyſeteras anhelos.Et eodem modo clyſter eris.climater eris.brachioniſter eris.character eris.cremaſter eris.luter eris. panther eris.ſtater eris.ſoter eris.p̄ſter eris. In.ir.tā ſecūdæ q̄ tertiæ declinatiōis breuiant.ut uir uiri.treuir treuiri.gadir gadiris.martyr yris. In or.p̄ducūt.ut amor amoris.decor oris. color oris.Breuiant uero arbor oris: quoniā a robore deriuat̄. æquor oris.marmor oris.& nomina cōpoſita a puero corpe et decore.ut publipor oris.marcipor oris.q̄ ratioue oraginis breuiare Priſcia.ē auctor.tricorpor tricorpis.Verg.vi. & forma tricorpis umbre. Indecor oris.dedecor oris. Verg.lib.xii.æn̄.neq; me īdecorē germana uidebis. Ador tum breuiare tū p̄ducere Priſcia.auctoritate p̄bat.Annius h̄ adoris dat primicias ſibi ſāguine libat.Idē. illā ſpōte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos.Idē p̄duxit alio ī loco.emicat ī nubes nidoribus ardor adoris. Ab eo quoq; deriuatū uergilius produxit.vii.æn̄. inſtituūtq; dapes et adorea liba p̄ herbā. Noīa quoq; græca q̄n̄ mittūt genitiuū in oris.p̄penultima p̄.o. micrō.breuiāt.ut neſtor neſtoris.Ouidius.xiii.meta.q licet eloqo fidū quoq; neſtora uincat.hector.oris.Verg.ī æn̄.hectoris andromache pyrrhin cōnubia ſuas.Rethor oris.Iuuenal'.de cōducēdo loqt̄ iā rhetore thyle. In.ur.breuiāt tā ſecūdæ q̄ tertiæ declinatiōis.ut ſatur ſaturni.uultur uris.iecur iecoris. In.as.p̄ducunt.ut bonitas atis. Breuiāt uero mas maris.Perſius.atq; maré ſtrepitū fidis intēdiſſe latinæ. Vas uadis. Horatius pri.ſer ille datis uadibus:q rure exrractus ī urbē eſt.Anas anatis.Ruffus in arato.iatipedēq; anatē cernes excedere pōto.Martial'.& anatis habeas urrhophygium macre.ē enī trimētrū iābicū h̄n̄s ī primo loco tribrachū.Macer quoq;.anſeris aut anatis mixta pinguedine tauri.& noīa græca mittētia genitiuū ī adis. ut pallas palladis. Verg.pri.æn̄.iterea ad tēplū nō æque palladis ibāt.troas adis.Idē ī.v.at p̄cul ī ſola ſecretæ troades acta.Arcas adis.Idē ī buco.ambo florētes ætatibus arcades ābo. In es.mittētia genitiuū ī itis.uel ī etis.uel ī eris.breuiāt.ut ſtipes itis.Vergili.paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus.Abies abietis.Idē.ii.æn̄.edificāt.ſectaq; ītexerūt abiete coſtas.Ceres eris.Idē ī pri.tum cererē corruptā undis cerealiaq; arma.Producūt uero qes qetis.& ab eo cōpoſitū inqes etis.locuples etis. Perſius. in locuplete penu defenſis pinguibus umbris.Magnes magnetis.q̄q̄ hoc græcum eſt.Lucanus. & magnetes æquis minye gens cognita frenis.Heres heredis.Martialis.heredem fabius labienum ex aſſe reliquit.Merces mercedis.Vergilius.ii.geor.cogendæ in ſulcum:ac multa mercede domandæ. Et nomina græca mittētia genitium in etis.ut dares daretis. rhamnes rhamnetis.lebes lebetis.tapes tapetis.Vergilius.v.æn̄.creber utraq; manu: pulſat uerſatq; dareta.Idem in.ix.eurialus phaleras rhamnetis & aurea bullis. Ouidi

us in epiſtola. briſeidis. uiginti fuluos operoſo ex ære lebetas. Sillius. iiii. punicorum illum ſydomo fulgentem ex æretapeta. In. is. mittentia genitiuum in idis. ut cuſpis cuſpidis. thebais thebaidis. uel in inis ut ſanguis ſanguinis. uel in eris. ut cucumis cucumeris. puluis eris. cinis eris. uomes eris. omnia hæcbreuiant. Producunt uero mittentia genitiuum in iris. ut glisgliris. uel in itis. ut dis ditis. ſamnis ſamnitis. Nomina quoq; græca in in. uel in is. deſinētia: quæ mittunt genitiuum in inis ut delphin uel delphis. ſalamin uel ſalamis. eleuſin uel eleuſis eleuſinis. phorcyn uel phorcis phorcinis. In. os. producunt ſiue mittentia genitiuum in oris. ſiue in otis. ſiue in odis. ut ros roris. lepos lepor[illegible]. rhinoceros rhniocerotis. monoceros monocerotis. nepos nepotis. cuſtos cuſtodis. nam mittentia genitiuum in ois. ſupra diximus producere: cum de uocali ante alteram uocalem agebamus.

Breuiant uero bos bouis. & compoſita a potis & pote. cōpos compotis. impos impotis.

In. us. mittentia genitiuū in oris. uel in eris. uel in odis. breuiant. ut corpus corporis. tēpus temporis. uulnus uulneris. ſydus ſyderis. tripus tripodis. œdipus œdipodis. Producunt uero mittētia genitiuū in utis. uel in udis. ut ſalus ſalutis. uirtus uirtutis. iuuentus iuuentutis. ſenectus ſenectutis. ſeruitus ſeruiautis. incus īcudis. ſubſcus ſubſcudis. palus paludis.

Breuiant uero ex mittētibus genitiuum in utis. intercus intercutis. ex exeuntibus in udis. pecus pecudis. Monoſyllaba uero que mittunt genitiuum ī uris. producunt. ut ius iuris. thus thuris. crus cruris. rus ruris. mus muris. In. s. præcedente aliqua conſonante breuiant: niſi ſequantur duæ conſonantes. ut arabs arabis cælebs cælibis. chalybs chalybis. ſcobs ſcobis. ſcrobs ſcrobis. hyems hyemis. lælaps lælapis. daps dapis. princeps principis. particeps participis. a capite compoſita breuiant utrūq; crementum. ut biceps bicipitis. anceps ancipitis. inops inopis. Producūt uero duo. plebs plebis quod a quibuſdam per. æ. dipthōgon ſcribitur: atq; ab antiquioribus hæc plebes plebis declinabat. Ouidius. an ſi pulſaſſem minimū de plebe quiritē.

Seps ſepis: quod etiam hæc ſepes ſepis declinabatur. Vergi. in buco. Sepibus in noſtris paruam te roſida mala. Et noīa græca ī ops deſinētia quæ per. o. mega ſcribuntur. ut hydrops hydropis. cyclops cyclopis. conops conopis. europs europis: ī qbus. o. duci tum ex obliquis: tum ex deriuatis licet intelligere. Horatius primo epiſto. ſi noluis ſanus: cures hydropicus & ni. Macer tamen breuiauit dicēs. hydropicis ſic humores deſiccat acutos. Vergilius. iii. geor. at genus e ſiluis cyplopum & montibus altis. conops interpretatur culex. a quo Iuuenalis fecit conopeum. pro genere quodam ten-

In. is mittentia genitiuum in idis. uel in inis. uel in eris. breuiant. ut cuſpis cuſpidis. ſanguis ſanguinis. puluis eris. ꝓducunt uero q̄ mittūt genitiuum in iris. uel in itis. ut glis gliris. lis litis. Et nomina græca in. in. uel in is. finita quæ mittunt genitiuum in inis. ut ſalamin uel ſalamis ſalaminis. delphin uel delphis delphinis.

In. os. mittentia genitiuum in oris. uel in otis uel in odis. producunt. ut lepos leporis. rhinoceros rhinocerotis. tripos tripodis. Breuiant uero bos bouis. impos impotis. & compos compotis.

In. us. mittentia genitiuum in oris. uel eris. breuiant. ut corpus corporis. uulnus uulneris. Producunt uero mittentia genitiuū in utis uel udis uel uris. ut uirtus uirtutis. incus incudis. ius iuris. Breuiant uero ex exeūtibus in utis. intercus intercutis: ex exeuntibus in udis. pecus pecudis.

In. s. præcedente conſonante breuiāt. ut arabs arabis. cælebs celebis. hyems hyemis. inops inopis. lælaps lælapis. municeps municipis Producunt uero ſeps ſepis. plebs plebis. Nomina uero græca partim breuiant. ut epops epopis. æthiops æthiopis. partim producūt ut. hydrops hydropis.

torii ad arcendos culices.ait enim.ut teſtudineo tibi lentule conopæo. eſt nãqꝫ ſpondeus in quinto loco Europs europis rex fuit ſicyoniorum:a quo ut quidã putant europa dicta eſt . ergo europa deriuatum oſtendit in primigenio crementum produci. Vergilius primo æñ. europa atqꝫ aſia pulſus. Quæ uero per.o.micron ſcribuntur: breuiant.ut cecrops cecropis.epops epopis.æthiops æthiopis.Ouidius.ii.metha.uirginibus tribus gemino de cecrope natis.Vergilius.iiii.æñ. ultimis æthiopum locus eit. Gryphs & ciniphs in cremento alterum producit:alterum breuiat. Vergilius ĩ bucolicis.iungentur iam gryphes æquis:æuoqꝫ ſequẽti.Idem.iii.geor. ciniphii tõdẽt hirci:ſetaſqꝫ comantes.

In.t.breuiant, ut caput capitis. occiput occipitis.

In.ax.producũt.ut pax pacis.Breuiat uero fax facis.Nomina græca partim producunt. ut aiax aiacis.ſiphax ſiphacis.partim breuiant. abax abacis . dropax dropacis. ſmilax ſmilacis.ſtorax ſtoracis.

In.ex.breuiant.ut iudex iudicis. remex remigis. Producunt uero ueruex ueruecis. halex halecis . myrmex myrmecis . iubex iubicis. rex regis.lex legis.

In.ix.producũt.ut lodix lodicis.fœlix fœlicis Breuiant uero bebrix bebricis . calix calicis. coxendix coxendicis.cilix cilicis. eryx erycis filix filicis.fornix fornicis.hyſtrix hyſtricis larix laricis . natrix natricis . pix picis.onyx onychis.ſardonix ſardonychis . ſalix ſalicis. uarix uaricis.Et mirtentia genitiuum in gis ut oryx.orygis.ambiorix ambiorigis.Et nix niuis.

In t.breuiant.ut caput capitis. occiput occipitis. In.ax.ꝓducũt.ut pax pacis.audax audacis. Fax facis breuiat. Vergilius in bucolicis. mopſe nouas ĩcide faces:tibi ducitur uxor.Ex grecis partim producũt. ut thrax thracis.aiax aiacis . ſiphax ſiphacis. Vergilius.iii.æñ. thraces arãt acri quondam regnata lycurgo Idem in primo. unius obnoxam & furias aiacis oilei. Iuuenalis. tolle tuum præcor hãnibalé uictũqꝫ ſiphacem. Ouidius.vi. faſtorum.poſtera lux oritur: ſuperat maſiniſſa ſiphacem Claudianus tamen breuiauiuit dicens. Compulimus durum ſiphacem tractũqꝫ metelle. Partim breuiant.ut abax abacis.a quo eſt abacus. atax atacis. a quo atacinus. atrax atracis:uñ atracius.a.um. colax colacis . dropax dropacis. pharnax pharnacis.ſmilax ſmilacis.ſtorax ſtoracis:uľ ſtyrax ſtyracis.Iuuenalis.ornamentũ abaci:nec nõ & paruulus infra.Horatius primo ſermo. hoc experto fruſtra uarrone atacino.Catullus.ſmyrna cauas atracis penitus mittetur ad undas Colax colacis breuiare ex carmine terentiano colligitur.Martialis.pſilotro faciem lauas & dropace clauã.Serenus.necnõ appoſito curantur dropace mebra.Lucanus ĩ.ii. tigranẽqꝫ meũ nec pharnacis arma relinquas.Ouidius.iiii.metha. & crocon ĩ paruos uerſum cũ ſmilace flores . ſunt qui apud Pliniũ in libro.xvi. ubi illud ouidii carmen tractatur:non ſmilax ſed ſimilax legant triſyllabum : & apud Ouidiũ in quinto pede faciantproceleumaticum.Sed ille pes nunq̃ fere recipitur niſi duæ uocales quodãmodo per ſynæreſin coeant.Vergi.in ciri.nõ ſtorace ideo fragrantes picta capillos.Serenus.aut ſtyracẽ tornes:aut duri uulturis alã. In.ex.breuiãt.ut iudex iudicis. pollex pollicis.index indicis.cortex corticis. Producũt uero ueruex ueruecis. Iuuenalis. ſutor & elixi ueruecis labra comedit. Halex halecis ꝓ piſcipulo & ꝓ garo.Martialis halecẽ:ſed quã ꝓtinus illa uoret.Idẽ alio loco.capparis & putri cepas halece natantes Vibex uibicis.Perſius.ſi puteal multa cautus uibice flagellas. Myrmex myrmecis nomẽ ſerui apud Apuleiũ ĩ nono libro meta:ꝓducit exꝓportiõe illorũ halecis & ueruecis. Rex & lexꝓducũt tã etſi illud a rego regis:hoc a lego legis deriuet. In.ix. ꝓducũt.ut ꝑdix ꝑdicis.lodix lodicis.fœlix fœlicis.uernix uernicis. Breuiant uero bebryx bebrycis.flaccus.ii.argonauticæ.bebrycis & ſycthiciꝑcul ĩclæmẽtia ſaxi. Verg. v.æñ.bebrycia ueniẽs amyci de gẽte ferebat.Sillius tñ.iii.punicorũ.ꝓduxit eãdem dicẽs.poſſeſſus baccho ſæua bebrycis ĩ aula. Calix icis.Horati. fœcũdi calices:quẽ nõ

fecere disertum. Coxendix coxendicis. Serenus. clausa acies inter geminæ coxendicis umbras. Cilix cilicis. Iuuenalis. sic puguas cilicis laudabat & ictus. Erix ericis Vergilius primo æñ. siue ericis fines: regemqꝫ optatis acesten. Filix filicis. Vergilius. ii. geor. & filicem curuis inuisam pascit aratris. Fornix fornicis. Horatius primo sermonum: contra alius nullam nisi denti in fornice stantem. Hystrix hystricis Calphurnius in æglogis. uenit & hirsuta spinosior hystrice barba. Larix laricis. Lucanus in. ix. & larices: fumoqꝫ grauem serpentibus urunt. Natrix natricis. Lucillius ii. satyrarum. si natibus natricem impressit crassam & capitatam. Pix picis. Vergilius primo geor. atræ massam picis urbe reportat. Onix onychis. & ab eo compositū sardonix sardonychis. Marbodeus. sardonychem faciunt duo nomiua sardus onyxqꝫ. Iuuenalis. sardonyches denso numerantur pectine chorde. Salix salicis. Vergilius in bucolicis. florentem cythisum & salices carpetis amaras. Varix uaricis unde uaricosus. Persius. dixeris hæc inter uericosos centuriones. Breuiant quoqꝫ mittentia genitiuū in gis. ut phrix phrygis. styx stygis. strix strigis. & hoc nomē nix niuis: quod nouo more in. ix. terminatorē misit genitiuum.

In ox. producunt. ut uelox uelocis. Breuiāt uero cappadox cappadocis. præcox præcocis.
In ux. producunt ut lux lucis. pollux pollucis Breuiant uero Crux crucis. Dux ducis. Nux nucis. Trux trucis. Volux uolucis. Coniunx in cremento breuiat.

De cremento nominum plurali.

A. e. o. in cremento nominum plurali producuntur. ut musa musæ musarū. dies die dierum. dominus domino dominorum.
I. u. in cremēto nominum plurali breuiatᷣ. ut pater patris patribus. portus portus portubus. Irregulariter declinata sequuntur proportionem regulariter declinatorum.

In. ox. ꝓducūt. ut atrox atrocis. ferox ferocis. Breuiāt uero cappadox cappadocis. Lucanus in. ii. cappadoces mea signa tenent. Præcox præcocis. Calphurnius in æglogis. insita præcocibus subrepere persica prunis. In ux. producunt. ut lux lucis. frux frugis. Breuiant uero crux crucis. Iuuenalis. iudice me dignus uera cruce. Dux ducis. Vergili. primo æñ. regia portabat tyriis duce lætus achate. Nux nucis. Idem in bucolicis. sparge marite nuces. Trux trucis. unde est trucido as. Horatius. nec coram ꝑplo natos medea trucidet. Volux uolucis. nomen uiri proprium. Priscianus libro. vii. breuiare dicit. Coniunx quoqꝫ ꝙ in genitiuo. n. litteram amisit: breuiat. Vergilius in bucolicis. cōiugis ut magicis sanos auerte sacris. De cremento nominum plurali. cremētum nominum plurale dicitur: quotiens genitiuus & datiuus numeri pluralis crescūt super genitiuum singularis. ut musa musæ musarū. dominus domini dominorum. sacerdos sacerdotis sacerdotibus. Quod si genitiuus pluralis non crescit super genitiuum singularem: non dicitur habere crementum plurale. ut cæsar cæsaris cæsarum. rhetor rhetoris rhetorum. dicit igitur quod. a. e. o. in cremento nominum plurali producūtur. ut musa musæ musarum. dies die dierum. dominus domini dominorum. In illis uero quæ non habent singularem sequimur proportionem aliorum. ut ambo amborum. ambarū amborum ambobus ambabus ambobus. duo duorum duarum duorum duobus duabus duobus. Illa quoqꝫ quæ irregulariter declinantur: sequuntur proportionē regulariū. ut quis uel qui cuius. quorum quarum quorum. alter alterius alterorum alterarum alterorum. & ita de reliquis nominibus & pronominibus in hunc modum declinatis.

Bos bouis tam etsi crementū non habet: nihilominus. o. producit. Horatius in epodo. paterna rura bobus exercet suis. est enim trimentum iambicum. Illud quoqꝫ hoc in loco repetēdum est. quod ex auctoritate Seuii diximus in genitiuo singulari quartæ & quintæ declinationis: nominatiuum pluralem regere genitiuum & datiuum singulares. itaqꝫ genitiuus & datiuus quintæ declinationis regularis non in. ei. sed in. e. uel in. es. uel in. ii. terminatur. I. u. in cremento nominum plurali breuiatur. sed animaduertendum ꝙ in superiori regula diximus de irrigulariter declinatis.

De crementis uerborum. Quid sit uerbi crementum: ostēdit dicens ꝙ cum prima uerbi positio qnātum ad hanc crementi ratione attinet: fit in secunda persona singulari præsentis indicatiui modi uocis actiue: quotiens illā uerbi declinatio superat: est crementum. Itaqꝫ primum crementum est in syllaba quæ æquiperat secundam illā personam. & sic secūdum & tertium deinceps. Dicit igitur ꝙ a in primis & secundis & tertiis uerborum crementis producit. amamus. amabatis. amaueratis. docebamus. docueramus. legamus. legebamus. audiamus. audiebamus. Excipitur primum crementum huius uerbi do das quoniā semper in illo. a. breuiatur. ut damus: dabam. dabo. date. darem. dare. Persius. quin damus id superis de magna quod dare lance. Vergilius in primo æñ. uela dabant læti. Idem in codē. cum dabit amplexus. Primū inꝗ crementum: quoniam secūdum & tertium regulam præpositam sequitur. ut dabamus. dabatis. dederamus. dederatis.

De crementis uerborū. Cap. iij.

Crementum uerborum fit: quotiēs ratio declinandi superat secundam personam singularis præsentis indicatiui modi uocis actiuæ.

A. igitur in crementis uerborum producitur. ut amamus. amabamus. amaueramus. In primo tamen cremento huius uerbi do semper breuiatur. ut damus. dabam. dabo.

E. in cremento uerborum producitur. ut amemus. docemus. Breuiat tamen primum crementum tertiæ coniugationis in omni tempore præsenti & ī præterito imperfecto subiunctiui. ut legerem. legere. legeris. Breuiat quoqꝫ. e. ante. r. in præterito plusꝗperfecto īdicatiui: & ī præterito pfecto & futuro subiunctiui actiuę uocis. & in futuro indicatiui passiue uocis primę & secundę coniugationis. ut amaueram. docueram. amauerim. docuerim. amauero. docuero. amaberis. doceberis. Breuiat etiam prætetitum imperfectū & futurū īdicatiui huiꝰ uerbi sū. ut erā. ero.

I. in cremento uerborum breuiat. ut legimus legitis. amauimus. amabimus. Producit tamen in primo cremento uerborum quartæ coniugationis. ut audimus. auditis. In præterito uero nisi sequatur. u. consonans. nihilo minus ~~producitur~~ breuiatur. ut uenimus. repperimus Quod si. u. consonans sequatur: in hac & in tertia coniugatione producitur. ut audiui. cupiui. quæsiui. Producunt quoqꝫ. uelimus uelitis a uolo uis. nolito nolite. nolimus nolitis a nolo nonuis. simus sitis a sum es.

gon terminātur. ut amathus. untis. Verg. x. aenī. est amathus. est celsa mihi paphos atq; cythera. Panthus. u. Idē in. ii. panthus otriades custos phoebiq; sacerdos. atq; eadem rōne Iesus ꝓducit. Gtūs quoq; singularis &c̄. ut gtō sensus. noīatiuo plurali sensus. actō sensus. uocatiuo o sensus. T. terminalis breuis est. ut amat. caput. sicut. quod intelligendū est si nō praecedat alia cōsonās. aut diphthongus. ut amāt. ast. aut. In abscissis uero producit: ut cū dicit Vergilius sumat neptuni troia pro sumauit ut expōit Seruius positū est. sed hic producit positione. Iuuenalis. quis nescit. aut quis nō uidit uulnera pali: sed dicet quispiā hoc loco semi penthemimerim esse. Quid quod Martiani capellae auctoritate dictiones in. t. desinētes indifferētes esse possīt: quāuis in usu auctorū ꝓpe semꝑ breuiāt. Oīs syllaba. huius regulae auctores snut Cicero & Quintilianus. Ruffinus quoq; de pedibus oratorum sic inquit. breuis ultima claudet. longa sit an breuis nullū discrimē habet: ut solet in metris doctus cōponere uates. Itaq; in fine carminis siue clausularū quae prosa oratione conscribmnt syllabae finales indifferēter poni possunt. hoc est longa pro breui & breuis pro longa. Horatius pri. car. iam satis dirae niuis atq; durae. in fine spondeū posuit pro trocbeo. est enī carmen sapphicū. E cōtrario Vergilius pri. aenī. Italiam fato profugus lauinaq; uenit. trocheū posuit pro spōdeo. trocheus enī nō recipit ia uersu heroico: ut putauit Alexander. Dictiones barbarae. Haec regula colligit ex iis quae multis in locis a nobis sunt repetita. dicit igit quod dictiones barbarae quales sunt hebraicae. ut iacob. abraham. eleazar. ioseph. & gotthicae. ut theodoric. alaric. roderic. federic. & hispanae. ut isabel. leonor. guiomar. & teutonicae. ut manric. enric. amalric. quae accētu acuto proferunt: in quancūq; litterā desināt ultimas syllabas producūt. Cuius signum est quod cū ex ratione declinationis latinae syllabā adiicimus: accentus remanet in eadē: quod nō faceremus nisi syllaba illa esset longa. ut iacob iacobus. abrahā abrahamus. eleazar eleazarus. ioseph iosephus. theodoric theodoricus. alaric alaricus. roderic rodericus. isabel isabela. leonor leonora. guiomar guiomara. māric māricus. enric enricus amalric amalricus. Pes est sublatio. huc usq; disputatū est ē nobis de quātitate syllabarū nunc uero consequens est ut de pedibus dicamus: qui eo modo syllabis constant: quo syllabae ex litteris conficiuntur. Principio itaq; ponitur pedis diffinitio ex Diomede sumpta. pes inquit est sublatio ac positio. idest constat ex sublatione ac positione comprehēsa spacio duarum aut amplius hoc est plurium syllabarum: quia ex una syllaba nō potest esse pes etiā si longa sit. Sublatio namq; & positio nō in tꝑibus: sed in syllabis debet fieri. Addit quoq; idem auctor aliā differentiā iisdem pene uerbis. pes inquit est poeticae dictionis duarū amplius ue syllabarū ex certa temporū obseruatiōe modus. recipiēs arsin & thesin. idest qui incipit ablatiōe & finit positiōe. nā arsis graecae interpretat eleuatio. thesis uero positio. Dicti sunt autē pedes: quia quemadmodū nos pedibus ambulamus: ita & uersus pedibus incedunt. ad quod uidetur respexisse Vergiliū cum in primo georgi. scripsit. ferte simul faunisq; pedem dryadesq; puellae. Aut pedes dicti sunt: quia illis eo modo uersus mensurantur: quo nos spacia pedibus metiri consueuimus. Nam Aristotele auctore. x. metaphysicorū libro: in quolibet genere. nere quātitatis est aliquid unum: quo reliqua metimur: est & minimū in illo genere. quēadmodū in numeris unitas in uocibus diesis. digitus. aut ulna. aut pes. aut passus aut aliquid simile. hinc igitur translatū est ūt uersum ita pedibus metiremur quēadmodum arcae. cubiculi. atrii. coenaculi. aut cuiuseunq; alterius spacii longitudiuem latitudinemq;. Accidūt autem pedi sex. numerus syllabarum. tempora. sublatio & positio. inter utramq; proportio. figura. ordo. Syllabae in pede ut parum debēt esse duae.

ut paulo ante diximus. Itaq; pedis cuiuſq; ſyllabæ aut ſunt duæ. aut tres. aut quattuor aut quinq;. quamquã pedes qui ſũt plurium ꝗ trium ſyllabarum cõpoſiti ſunt: ut paulo poſt dicemus. Tempora in pede aut ſunt duo. ut in pyrrhichio. aut tria. ut in iambo & trocheo. aut quattuor. ut in ſpondeo & dactylo. & codẽ modo de reliquis. Sublatio ſiue arſis eſt: qua pedis tempora in priori ſua parte eleuantur. poſitio ſiue theſis: qua pedis tempora in poſteriori ſua parte deponuntur. Nam cum pedis tempora in duas partes diuidãtur: prior arſi eleuatur. poſterior theſi deprimitur. Proportio quoq; accidit pedis partibus illis interſe comparatis. Eſt enim proportio: cum duas quantitates inter ſe comparamus. Proportio itaq; inter cuiuſq; pedis partes aut eſt æqua. aut dupla. aut tripla. aut ſeſquialtera. aut ſeſquitertia. Aequa diuiſio eſt: quotiẽs ſublatio pedis in temporibus par eſt poſitioni. ut in pyrrhichio. ſpondeo. dactylo. anapeſto. proceleumatico. diſpondeo. coriambo. horum enim arſis tantum in ſe habet quantum & theſis. Dupla uero eſt quotiens pedis ſublatio duplo maior aut duplo minor ꝗ poſitio. ut in trocheo. iambo & duobus ionicis. nam in trocheo arſis duo habet tempora. theſis uero unum. E contrario in iambo arſis unum tẽpus habet & theſis duo. In ionico a maiori. arſis duo habet tempora theſis uero qutatuor: ecõtrario in ionico a minori arſis quattuor habet tempora theſis uero duo. Tripla uero eſt: quotiens ſublatio triplo maior eſt quam poſitio. quod ſoli amphibracho cõtingit. Seſquialtera proportio eſt quotiens arſis continet tantum temporis quantum & theſis & ultra hoc illius dimidium. aut é contrario. ut ĩ bacchio & amphimacro & quattuor pæonibus. qui pedes cum temporibus quinq; conſtent ſi comparẽtur tria ſublationis ad duo poſitionis: aut é contrario ſeſquialtera proportio reſultabit. Seſquitertia proportio eſt: quotiens arſis tot continet tempora quot theſis aut econtrario & ultra hoc illius tertiam partẽ: ut in epitritis: qui cum ſint temporum ſeptem ſi comparentur quattuor ad tria: fit proportio ſeſquitertia quam græci epitritam uocãt a qua & quattuor pedes epitriti ſunt appellati. Figura etiam in pedibus reperitur: quoniam alii ſunt ſimplices: ut illi qui cõſtant binis uel ternis ſyllabis. alii compoſiti: ut qui conſtant quaternis aut quinis aut pluribus ſyllabis: nam ex duobus ſimplicibus componũtur. ut proceleumaticus ex duobus pyrrhichiis. choriãbus ex choreo & iãbo. pyrrhianapeſtus ex pyrrhichio & anapeſto. Ordo ꝑterea accidit pedibus: qm̃ in uerſu alii aliis in locis ſiue regionibus diſponũtur. ut ĩ ſapphico trocheus in primo loco. ſpõdeus in ſecũdo. dactylus in tertio. trocheus in q̃rto. & iterũ trocheus in q̃nto. & eodẽ modo de reliq̃s quẽadmodũ capite inſequẽti differemus.

Duarum igitur ſyllabarum pedes quattuor tantum ſunt.

Pyrrhichius duabus ſyllabis breuibus cõſtat. ut deus.

Spondeus conſtat duabus ſyllabis longis. ut montes.

Iambus conſtat ex breui & longa. ut dies.

Trocheus cõſtat ex lõga & breui. ut ſãguis.

Duarũ igr̃ ſyllabarũ. qm̃ diximus numerũ ſyllabarũ pedi accidere: atq; eſſe duas aut tres aut q̃ttuor aut deinceps: Primo ponit pedes q̃ duabus ſyllabis cõſtãt. & ſũt tãtũ q̃ttuor qui numerus ex eo colligiẽ quod aut utraq; ẽ breuis & eſt pyrrhichius. aut utraq; lõga. & eſt ſpõdeus. aut prima breuis & alteta lõga. & eſt iãbus. aut é diuerſo ꝑma lõga & altera brenis & ẽ trocheus. Pyrrhichius itaq; cõſtat duabus ſyllabis breuibus totidẽq; tꝑibus. ut deus. furor. amat. docet. Hic a græcis dibrachus appellaẽ: quia duas ſyllabas habet breues. diciẽ etiã periambus & ægeon. pyrrhichius ut auctor ẽ Diomedes dictus ẽ a pyrrhica ſaltatiõe: ul'a pyrrho achillis filio a quo metrũ pyrrhicũ eſt cognomiatũ. alii a cõcitatiõe q̃dã ignea qua moueẽ pyrrhicũ appellatũ eſſe dicũt. Spõdeus pyrrhichio cõtrarius cõſtat ex duabus ſyllabis lõgis. & q̃ttuor tꝑibus. ut mõtes. heros. audis. dictus ut auctor ẽ Diomedes quod in tẽplis hoc pede q̃dã carmina ſpõdontes hoc eſt libãtes decantabãt. ſpõde enĩ libamẽtũ interꝑtaẽ numa põpilius ut idẽ auctor ĩq̃t rei dĩnæ deditus hũc pedẽ põtificiũ appellauit. Iãbus cõſtat ex ꝑma breui & ſecũda lõga tẽporũ triũ. ut dies amas. doceẽ dictus ut diomedes ait a iãbizĩ hoc ẽ a maledicẽdo. ẽ enĩ pes uerſibus maledicis aptiſſimus. ul'ab iãbe celei

& menaline uxoris famula: quæ cererem dum Proſerpinam quæreret ad eos delatam
maledictis inſectata eſt. Hunc pedem apuli á dauno duce ſuo daunium appellarunt.
Alii gradalem martiq; gradiuo ſacrum: quod gradariæ pugnæ huius effectu moueren
tur. De quo inquit Horatius in poetria. ſyllaba longa breui ſubiecta uocatur iam
bus. pes citus. unde etiã trimetris accedere iuſſit. Trocheus qui & choreus cogno-
minatur iambo contrarius conſtat ex prima lõga & ſecunda breui trium temporum.
dictus eſt autem a trechin hoc eſt á currendo. uel a trocho. i. rota. quia in uerſu rota-
tim ac uolubiliter fluit. Hunc a Mercurio repertum ferunt. Aurunci uero Italiæ po-
puli hunc pedem rutulum a rutulis italiæ populis appellarunt. Trium ſyllaba
rum pedes octo ſunt. aut enim omnes tres ſunt breues: & appellatur tribrachus. aut

Trium ſyllabarum pedes ſunt octo tantum.

Tribrachus qui conſtat ex tribus breuibus. ut dominus.

Dactilus ex lõga & duabus breuibus. ut tpa.

Anapeſtus ex duab9 breuib9 & lõga. ut dños.

Bacchius ex breui & duab9 lõgis. ut athenæ.

Antibacchius ex duabus longis & breui. ut natura.

Amphimacer ex longa breui & longa. ut aureos.

Amphibrachus ex breui longa & breui. ut amoris.

Moloſſus ex tribus longis. ut æneas.

prima eſt longa & duæ breues.
uocaturq; dactylus. aut primæ
duæ breues & tertia lõga & uo
catur anapeſtus. aut prima bre-
uis & duæ lõgæ: & uocatur bac
chius. aut prima & ſecunda lon
gæ & tertia breuis. & uocat an-
tibacchius. aut prima longa. ſe-
cũda breuis. & tertia rurſus lon
ga. & uocatur amphimacer. aut
ecõtrario prima breuis. & ſecũ-
da lõga. & tertia iterum breuis
& uocatur amphibrachus. aut
omnes tres ſunt longæ. & uoca
tur moloſſus. Tribrachus igi
tur cõſtat ex tribus ſyllabis bre
uibus totidemq; temporibuſ. ut
dominus. anima. legimus. di-
ctus eſt autem tribrachus quaſi
tribreuis: quoniã tres ſyllabas
habet breues. Dactylus con-
ſtat ex prima longa & duabus breuibus quattuorq; temporibus. ut tempora. corpora.
audiat. Appellatus eſt autem dactylus a tactu digitorum qui præter pollicem ternis
internodiis ſiue articulis cõſtant. græce namq; dactylus latine digitus eſt. Vel dictus
eſt ut alii putant ab idæis dactylis cretæ populis qui iouem infantem in ida ſilua cre
te educarunt. atq; huius pedis rhithmica compoſitione & tympanorum atq; æris tin-
nitu uagitum pueri occultauerunt. Anapeſtus dactylo contrarius conſtat ex prima
& ſecunda breuibus & tertia longa totidẽq; temporibus. ut dominos. animos. docui.
dictus anapeſtus ab anapin hoc eſt repercutiendo: quia ſono reciproco recurrendo da
ctylum repercutit. unde a græcis antidactylus eſt cognominatus. Bacchius conſtat
ex prima breui & reliquis duabus lõgis. tẽporibuſq; quinq;. ut athenæ. ſacerdos. ama
ui. dictus bacchius: quia bacchantibus dithyrambi hoc eſt uerſus in laudes liberi pa-
tris hoc pede compoſiti conueniebant. Antibacchius bacchio cõtrarius conſtat pri
mis duabus longis & tertia breui. temporibuſq; quinq;. dictus ab anti quod eſt cõtra
& bacchius: quia ut diximus bacchio eſt contrarius: unde & ab aliis palin bacchius ẽ
appellatus: quia palin græce rurſus ſiue econtrario interpretatur. Hunc pedem alii la
tium alii ſaturnium appellarunt. Amphimacer conſtat ex prima longa. & ſecunda
breui. & tertia iterum longa. temporibuſq; quinq;. ut aureos. dæmones. audiũt. appel
latus eſt auem ab amphi quod eſt circum & macros longus: quia ſyllaba breuis utrin-
q; duabus lõgis claudit. Hic quoq; pes creticus eſt appellatus quia cretes ſaltãdo eius
rhithmica cõpoſitione utebãtur. Amphibrachus ſyllabarũ ordine ſupiori cõtrari
us. conſtat prima breui. & ſecunda longa. & tertia rurſus breui: quattuorq; tempori-
bus. ut amoris. carina. amauit. dictus ab amphi circum & brachys breuis: quia ſylla-
ba longa aduabus undiq; breuibus continetur. hunc alii ſcolium appellabaut: quod
ſcolio quæ erat cytharæ ſpecies cõueniebat. Moloſſus cõſtat ex tribus lõgis tpibuſq;
ſex. ut æneas. ãchiſes. audiui. dictus qa moloſſi hoc ẽ epirotæ ad bellũ pcedẽtes huius

pedis modulata compoſitione utebantur. Hippius quoq; dictus eſt hic pes: quia æqueſtri pugnæ conueniebat. hippos enim æquus interpretatur. Quattuor ſyllabarum pedes ſunt ſedecim. aut enim omnes quattuor ſunt breues: & uocatur proceleumaticus. aut omnes quattuor ſunt longæ & uocatur diſpondeus &c̃. Sed quemadmodnm ſupradiximus quattuor atq; amplius ſyllabarum pedes ex duorum aut trium ſyllabarũ pedibus cõponunt: itaq; maior illorũ pars ab illorũ ſygizia ideſt coniugatione nomina ſortiunt.

Quattuor ſyllabarum pedes ſunt ſedecim:

Proceleumaticus qui conſtat duobus pyrrhichiis. ut arietis.

Diſpondeus ex duobus ſpondeis conſtat. ut oratores.

Dichoreus ex duob⁹ choreis ſiue throcheis. ut cantilena.

Diiãbus ex duob⁹ iãbis cõſtat. ut ꝓquinqtas

Choriambus ex choreo ſiue trocheo & iãbo. ut nobilitas.

Antipaſtus ex iãbo & trocheo. ut medulina.

Pæon prim⁹ cõſtat ex trocheo & pyrrhichio ut temporibus.

Pæon ſecundus ex iambo & pyrrhichio. ut colonia.

Pæon tertius ex pyrrhichio & trocheo. ut catamitus.

Pæon quartus ex pyrrhichio & iambo. ut celeritas.

Proceleumaticus igit̃ pes ex duobus pyrrhichiis conficitur. eſtq; temporum quattuor. ut ariete. pariete. abiete. tenuia. Sed ẽ animaduertendum id quod etiã Seruius notauit in illud Vergilii primo geor. tenuia nec lanæ per cælum uellera ferri. Proceleumaticus inquit eſt pro dactylo: quam rem quotienſcũq; facit Vergilius ſeruat locum ſynæreſi. ut in bucolicis. tityre paſcentes a flumine reice capellas. & ĩ ii. æñ. ſectaq; intexũt abiete coſtas. & ĩ eodem. labat ariete crebro. & iterum in eodem. hærẽt parietibus ſcalæ. & in. v. genua labant. uaſtos quatit æger anhelitus artus. nam ĩ reice capellas ex duabus uocalibus. e. i. conficitur longa itaq; erit dactylus. ĩ abiete. ariete. pariete. i. e. ĩ unã ſyllabam longam coaleſcunt: conficiturq; amphibrachus: qui poſitione tantum ſyllabarum a dactylo differt. Dictus eſt autem proceleumaticus hic pes ut auctor eſt Valerius: a proceleuo hoc eſt hortor quia ii qui ſe ad aliquod opus faciendum ſiue molem impellendã uel attollendam hortantnr: hoc pede ob miniam celeritatem ſyllabarum utuntur. Vnde Martialis. lentos tingitis ad celeuma remos. & Hieronymus in epiſtola ad heliodorum. quoniam ẽſcopulis enauigauit oratio: iam epilogi celeuma cantandum eſt. ſic enim appellatur cantus ille nauticus: quo proreta remiges hortatur: ut ſimul & quaſi uno ictu ſiue impulſu remorum incumbentes nauem impellant. Diſpõdeus conſtat duobus ſpondeis. hoc eſt quattuor ſyllabis longis temporibuſq; octo. ut oratores. moecenates. audiuiſſent. dictus eſt autem diſpõdeus a dis quod eſt bis & ſpõdeus. quia ex duobus ſpondeis compoſitus eſt. Dichoreus cõſtat ex duobus choreis ſiue trocheis. hoc eſt ex prima longa. ſecunda breui. tertia longa. quarta breui. temporibuſq; ſex. ut cantilena. audiemus dimicare. appellatuſq; eſt dichoreus ſiue ditrocheus: quod ex duobus choreis ſiue thocheis componitur. a quibuſdam etiam catatrocheus dicitur. Diiambus ſuperiori contrarius conſtat ex duobus iambis. hoc eſt prima breui. ſecunda longa. tertia breui. quarta longa. temporibuſq; ſex. ut propinquitas. propagines. amauerant. dictus eſt autem: quoniam ex duobus iambis componitur. Choriambus conſtat ex choreo hoc eſt trochco & iambo. ideſt prima lõga. ſecũda breui. tertia breui. & quarta lõga. tẽporibuſq; ſex. ut nobilitas. armipotẽs. audierã. dictus quoniã ex choreo & iãbo conſtat. Anapeſtus ſuperiori cõtrarius cõſtat ex iãbo & trocheo. hoc eſt ex prima breui. ſecũda longa. tertia longa. & quarta breui. temporibuſq; ſex. ut medulina. ſaloninus. legebamus. dictus antipaſtus ab anti contra. Pæones q̃ttuor ſũt cõſtãtq; ſinguli tẽporibus qnis ſyllabis q̃ttuor. ſed tribus breuibus & una lõga. q̃ ſi ꝑmo loco ponat̃ erit pæõ ꝑmus q cõpõit̃ ex trocheo & pyrrhichio. u t tpibus

corporibus.legeritis.Si syllaba longa secundo loco ponatur.erit pæon secundus. qui
cōstat ex iambo & pyrrhichio.ut colonia.amaueris. Si syllaba lōga ponat̃ in tertio lo
co erit pæon tertius.q cōstat ex pyrrhichio & trocheo.ut catamitus.legeremus.Si syl
laba lōga ponat̃ i q̃rto loco erit pæon q̃rtus.q cōstat ex pyrrhichio & iābo.ut facilitas
docuerāt.dicti sūt aūt pæones a pæonibus populis qui forte illos pedibus in carmine
utebant̃. Epitriti pedes q hippii appellant̃:q̃ttuor quoq; sunt:constantq; singuli tē-
poribus septenis:syllabis quattuor:sed tribus longis & una breui. quæ si primo loco
ponatur:erit epitritus paimus:qui componitur ex iambico & spondeo.ut sacerpotes.
amauerunt.Si syllaba breuis ponatur in secundo loco erit epitritus secundus: qui cō

Epitrit9 prim9 ex iābo & spōdeo.ut sacerdotes
Epitritus secundus ex trocheo & spōdeo ut cō
ditores.
Epitrit9 tertius ex spōdeo & iābo.ut discordiæ
Epitrit9 q̃rt9 ex spōdeo & trocheout audiuistis
Ionicus a maiori ex pyrrhichio & spondeo.ut
diomedes.
Ionicus a minori ex spōdeo pyrrhichio.ut de-
metrius.

De metris Caput.

Etrū ē pedū iūctura numero modoq;
finita.Denominat̃ aūt aut ab auctori
bus. ut alcaicū. acchilochiū. hipponaticum

ponitut ex trocheo & spondeo.
ut conditores.audierunt. Si syl
laba breuis ponatur in tertio lo
co.erit epitritus tertius: qui cō
ponitur ex spōdeo & iambo. ut
discordiæ.audierant. Si syllaba
breuis poaatur in quarto loco:
erit epitritus quartus:qui cōpo
nitur ex spondeo & trocheo. ut
oratoris.audiuistis.Dicti sūt au
tem epitriti ut diximus:quia ar
sis & thesis horum pedum ĩ epi
trita hoc est sesquitertia propor
tione sunt. Ionici pedes duo
sunt: constantq; singuli tempo-
ribus senis:& quattuor syllabis
duabus lōgis totidēq; breuibus
quod si duæ syllabæ breues p̃ce
dant totidemq; longe sequant̃.
erit ionicus a maiori:qui cōpo-
nitur ex pyrrhichio & spondeo
ut diomedes.docuissent.Si uero duæ syllabe longæ præcedāt totidemq; breues sequā
tur.erit ionicus a minori:qui componitur ex spondeo & pyrrhichio.ut demetrius.au
diuerat.dicti quod iones in carminibus eo pede utebantur. Sunt etiam quinq; sylla
barum pedes ex simplicibus quoq; compositi:numero triginta duo.ut orthius ex pyr-
rhichio & tribracho hoc est ex quinq; syllabis breuibus.Periambus ex trocheo & tri-
bracho.hoc est ex longa & quattuor breuibus.& reliqui de quibus diomedes disseru-
it.qui ad rationem pedum simplicium reducendi sunt.& raro apud auctores nominā
tur.præterq̃ quod dochimi crebra fit apud oratores mentio.Cōstut autem dochimus
ex bacchio & iābo.De quo Ruffinus.rhetoricas pulcher structuras dochimus ornta.
principium bacchius erit:concludet iambus.Atq; idem iterum.Syllaba prima breuis
cum syllaba longa fecunda.tertia longa.breuis quarta.productaq; quinta.Fit etiā hic
pes ex iambo & cretico:siue amphimacro.de quo idem Ruffinus.primus iambus erit
cum finem creticus explet.prima breuis longæq; duæ.breuis ultima longa.exemplū-
ꝙ artis dabit̃ res publica nobis.quam cicero casu genitiuo ponere gaudet. Me-
trum est pedum.quemadmodum pedes ex syllabis constant. ita metra ex pedibus con-
ficiuntur.Primo igitur ponit metri diffinitionem ex diomede sumptam dicens.ꝙ me
trum est iunctura pedum finita numero & modo.Metrum græce dicitur:quod inter-
pretatur mensura.Latine uero uersus siue carmē potius dicitur.Est autem uersus. ut
idem diomedes finit legitima partium dispositio & pedum apt- copulatio consonan-
ti specie metricam exhibens regulam.ac si dicat.metrum constat partibus oratiōis le
gitime dispositis.quarum syllabas metiuntur pedes.unde resultat consonātia & quæ
dam carminis uolubilitas.Dictus est autem uersus aut a uertendo: quod tamdiu uer-
ti debet:quo ad recte constituatur.dicēte Horatio in poe.& male tornatos incudi red
dere uersus.uel ab eo potius quod uno uersu finito ad principium sequentis reuerti-
mur.tractumq; uidetur a sulco: qui ex eo uersus dicitur. ut apud Vergilium in.iiii.
geor. ille etiam feras in uersum distulit almos. Versus etiam teste uarrone in pri-

mo de re rustica erat terræ spaciũ centũ pedes quoquo uersus quadratum. Carmen dicitur a canendo: quod tum unum tãtum uersum significat. ut apud Vergiliũ. iii. æñ. rem carmine signo: & subiecit unum tãtum uersum. æneas hæc de danais uictoribus arma. subaudi posuit. aliquando totum poema: siue opus uersibus compositũ carmen appellatur. ut tota æneis uergilii. metamorphosis Ouidii. pharsalia Lucani. Sed cum unicus uersus est monostichum dicitur. cum duo uersus distichum. cum quattuor tetrastichum. cum uero uersus dimidium hemistichium dicitur. Metra igitur siue carmina siue uersus: aut denominãtur ab auctoribus: ut alcaicum ab alceo poeta mitilenæo: aut archilochium ab archilocho. aut hipponacticum ab hipponacte. aut pindaricum a pindaro. aut anacreontium ab anacreonte. aut asclepiadeum ab asclepiade. aut bacchilidium a bacchilide. aut alcmanium ab alcmane. aut stersichorium a stersichoro aut ibicium ab ibico. aut sapphicium a sappho. aut homericũ ab homero. Aut a materia ut heroicum quo heroum res gestæ cum laude scribuntur tragicum: quo heroum fortuna in aduersis. Elegum: quo res flebiles q̃les fũt amatorum & mortuorum. Bucolicum: quo res pastoriciæ. Georgicum: quo res rusticæ canuntur. Lyricum quod ĩ materia diuersa ad lyram canebatur. Satyricum: quo uitia hominum taxantur: cui respondet apud græcos comœdia prisca. Iambicum: quo maledicimus & inuehimur in aliquem. Nam comœdia noua est: qua res atq; personæ humiles comprehenduñt Est autem & hæc multiplex: qa aut ẽ togata: quæ habet argumẽtum latinũ. aut palliata: quæ habet argumentum græcum. aut prætextata. in qua eorum personæ qui prætextæ togæ usum habent inducuntur. aut attellanæ in qua itroductæ personæ iocis quibusdã lasciuis se lacessebant Planipedes in qua mimi inducebantur. Aut a pede frequẽtiori: a quo nouem metrorũ genera denominantur. Iambicum. throchaicum. dactylicum. anapesticum. choriambicum pæonicum. ionicum a maiori. ionicum a minori. antipasticum. Sed nos illa tantum in quolibet genere degustabimus: quæ sunt magis ĩ usu apud auctores. curiosos uero ad seruium. diomedem. theodosiumq; remittimus. & si qui sunt qui hac de re copiosius scripserũt. Aut a numero pedum. ut hexametrũ quod sex habet pedes dactylos siue spondeos indifferẽter. pentametrum: quod quinq;. tetrametrũ quod quattuor. ut in iãbico octonario in quo duo pedes pro uno computantur. trimetrum quod tres. ut iãbibico senario. dimetrũ quod duos. ut in iambico quatetnario. Aut a numero syllabarum. ut endecasyllabum quod syllabas undecim cõtinet. quale est phaleuticum & sapphicum. pentasyllabum quale est adonicum. aut heptasyllabum quale est glyconicum

Præterea aut deficit: aliud præsupponit documẽtũ: quod uersus aut deficit una syllaba. & dicitur catalecticus: aut duabus &c̃. de quibus in quolibet genere ubi opus fuerit singulatim dicemus. Constat præterea carmẽ. dicit quemadmodum inter se superiora uersuum genera iungantur. Nam etsi ex quolibet simplici genere uersus poema confici potest. inueniuntur tamen apud auctores aliquando permixta. non quidẽ omnia passim: sed quædam cum aliquibus. Itaq; si carmen unico genere uersus compo

Aut a materia. ut heroicũ. elegiacũ. tragicũ. Aut a pede frequentiori. ut iambicũ. trochaicum. dactylicum. Aut a numero pedum. ut hexametrum. pentametrum. tetrametrum. Aut a numero syllabarum. ut endecasyllabũ duodecasyllabum.

Præterea aut deficit una syllaba. & dicitur catalecticus. aut deficit duabus & dicitur brachycatalecticus. aut abundat una syllaba aut pluribus & dicitur hypercatalecticus: siue hypermeter. aut neq; abundat neq; deficit & dicitur acatalecticus.

Constat præterea carmẽ unico genere uersus: appellaturq; monocolon. ut æneis uirgilij. aut duplici genere uersus appellaturq; dicolon: ut sapphica mixta adonicis. aut triplici genere uersus: diciturq; tricolon. ut pleræq; apud Horatium odæ.

natur: monocolon idest unimembre dicitur: quale est heroicũ. ut Vergilii æneis. bucolica & georgica eiusdem. Ouidii metamorphosis. & phaleuticum. ut complura catulli atq; Martialis epigrãmata. Aut est dicolon idest bimẽbre. hoc est duplici genere uersus constans: quale est carmen elegum in quo uersus pentameter hexametro subiicitur. & sapphica permixta adonicis. Aut est tricolon. idest trimembre. hoc est triplici genere uersus cõpositum. qua figura sunt cõplures odæ apud Horatiũ. qualis ẽ illa apud eundem in primo libro carminũ. cuius initium est. quis multa gracilis te puer in rosa. perfusus liquidis urget odoribus. grato pyrrha sub antro. cui flauam religas comam. Constat enim duobus asclepiadeis & tertio pherecratio & quarto glyconico.

Præterea carmen aut est distrophon. hoc est post duos pedes conuersionẽ habens ad primũ. dis enim bis interpretatur: & strophe conuersio. Aut tetrastrophon hoc est cum post quattuor pedes in orbem fit reditus ad primũ: quod tetra quattuor interpretatur: & strophe. es. ut diximus est cõuersio. exẽpla utriusq; generis passim reperies.

Præterea carmen aut est distrophon: hoc ẽ cũ tertius uersus primo similis est. quartus secũdo. ut in carmine elego quod ex distichis constat. aut tetrastrophon: cum quintus primo. secundo sextus. tertio septimus. quarto octauus similes sunt. ut in carmine sapphico quod per tetrasticha digeritur.

Hexametrum igitur carmen: quod etiam heroicum appellatur: constat dactylo & spondeo indifferenter. nisi quod in quinta regione frequentior est dactylus: in sexta spondeus. ut Arma uirumq; cano troiæ qui primus ab oris.

Hexametrũ igit̃ carmẽ. Principio igitur de uersu hexametro differit. hexameter dicitur quia sex pedibus cõstat. heroicus a materia quoniã ut diximus hoc genere carminis res geste heroũ describi maxime cõsueuerũt: ut a Vergilio æneæ. a Lucano cæsaris & pompei. a Valerio flacco argonautarũ. a silio italico romanorũ. dicente Horatio in poetria res gestæ regũ ducunq; & tristia bella carmine quo scribi possent: mõstrauit homerus. Homerus nãq; iliada atq; odysseam hoc uersu scripsit: unde & homericus á quibusdã appellat̃. Sed deinde receptum est ut aliæ quoq; res hoc genere carminis describerẽtur: ut a Lucillio. Horatio. Persio. & Iuuenale satyræ. a lucretio natura rerum. a manilio astronomica. a Vergilio bucolica & georgica. ab Ouidio metamorphosis. Dicitur etiam hic uersus pythius hoc est apollineus: quoniã apollo pythius a pythone sagittis confecto sic appellatus: eo uersus genere per sibyllas respõsa dare consueuit: atq; ut auctor est Eusebius pamphili. phœmonoe prima ex numero syllabarũ hexametris uersibus futura cecinit. Appellatur & spondaicus quia in oĩbus aut plærisq; locis spondeum habere potest. quin potius ut Diomedes auctor est: eius initium spondeis constitit. Nam ut ait: cum apollo in ultionem latonæ matris pythona serpentẽ necasset: incolæ carmen sex spondeis fecerunt: quod deinde soluta spondei posteriori syllaba manente eadẽ quantitate: dactylum recipit. Priscianus econtrario dactylicum appellat: quia dactylis aut spondeis qui in dactylos soluuntur: constat. Epicus quoq; appellat̃: atq; ipsum poema quod eo uersu describitur epos. Est autẽ epos carmen quo res diuinæ humanæ atq; heroicæ continentur: quod apud latinos primus omnium Liuius andronicus scripsit. Hexameter itaq; uersus: qui & senarius dici potest: constat dactylo uel spondeo indifferenter: nisi quod in quinto loco frequẽtior est dactylus. ubi etiam nõnunquã reperitur spondeus. ut apud Vergiliũ in buco. cara deum soboles magnum iouis incremẽtum. & in. iii. æñ. cornua uelatarũ obuertimus antemnarũ. & alio loco. aut leues ocreas lento ducunt argento. In sexto quoq; loco semper fere est spondeus nisi in quibusdam uersibus hypermetris: hoc est superabundãtibus: quã redũdantiã excipiunt uersus qui sequuntur a uocali incipientes: facta ectlipsi aut synalœpha. Itaq; uitium quod erat in fine uersus continuatio sequentis emendat. Verg. ii. geor. Inserit̃ uero ex fœtu nucis arbutus horrida. ubi in sexto loco dactylus est: sed exteritur ultima syllaba quia sequitur uersus incipiens a uocali. & steriles platani malos gessere ualẽtes.

Idem in eodem in sexto loco antibacchiū siue molossum posuit dicens. aut dulcis musti uulcano decoquit humorem: seu dispungitur syllaba finalis quia sequitur uersus a uocali incipiens: aut foliis undam tepidi despumat aheni. Reperitur etiam dactylus in sexto loco: sed duæ syllabæ breues resoluuntur in unā longam: efficiturq; spondeus. Verg. in buco. Nec tātum rhodope miratur & ismarus orphea. Idem primo æn̄. Atria dependent lychni laquearibus aureis. Itaq; uersus hexametri summa constat quattuor & uiginti temporibus: cum dactyli & spondei quaterna habent tempora. Nam quod quidam dixerunt posse in fine recipere trocheum. cum de ultimis syllabis ageremus explosū est: quia ut diximus apud poetas ultima syllaba uersus. & apud oratores ultima clausulæ indifferens est. atq; ut ratio carminis exigit aut prosæ lōga pro breui & breuis pro longa ponitur. Quod etiam in penthemimeri plærumq;. in hepthemimeri nōnunquam. in semipenthemimeri. sed raro reperitur ut statim dicemus sed excusatur uitium quoniam silētium illud quod fit in cæsura supplet tempus quo syllaba breuis erat minor. Recipit quoq; uersus hexameter alios pedes non earūdem syllabarum: sed eorundem temporū. ut proceleumaticū: qui dactylo uel spondeo in tēporibus æqualis est. de quo suo in loco diximus. Recipit præterea anapestum qui etiā dactylo uel spondeo spacio temporum æquiperatur. sed raro ut apud Vergilium pri. georgi. fluuiorum rex eridanus camposq; per omnes. ubi in prima regiōe anapestus collocatur. Potest autem habere omnibus in locis dactylos. ut apud Vergilium panditur interea domus omnipotentis olympi. & illud eiusdem quadrupedente putrem sonitu quatit ungula campum. Potest habere & spondeos omnes præterq̄ in una regione. ut apud eundem primo. æn̄. tu nc ille æneas quem dardanio anchise. & in. iii. armatumq; auro circumspicit oriona. nam carmen quod sex spondeis constet nusquam reperitur. nisi quis de industria facit. ut si quis uno uerbo mutato ex carmine Vergiliano dixerit. aut leues peltas lento ducunt argento. Quare ut Priscianus de dnodecim carminibus ait. uersus hexameter duas & uiginti figuras habere potest quæ colliguntur ex uarietate dactyli & spondei in sex regionibus uario modo positorum. quā rem ideo impresentiarū omittamus. quia facilis est. atq; etiam inertissimo cuiq; obuia & exposita. Illud tamen nō est omittēdum. hoc genus carminis tres posse recipere cæsuras. quæ græci cōmata uocāt. hoc est penthemimerin. heptemimerin. hemipenthemimerin. Nā trochaicā omittamus quæ fit cū in tertio pede dictio trocheo terminat̄ ut apud Vergilium in buco. nil nostri miserere. mori me deniq; cogis. Igit penthemimeris. hoc est semiquinaria diuisio est. cumpost duos pedes inuenitur syllaba ptem orationis terminans. ut arma uirūq; cano. post duos namq; dactylos no syllaba cæsurā uersus fecit. dicta est aūt penthemimeris a penthe quod inrerpretat̄ quinq;. & hemis semis & meri diuisio. quasi diuisio semiquinaria. nā duo pedes & semipes qui una syllaba cōstat dimidiū est quinq; pedū. Dicitur aūt penthemimeris heroica. quoniam ex dimidio quinq; uersuum carminis heroici cōstat. Hepthemimeris idest semiseptenaria diuisio est cū post tres pedes syllaba dictionē aliquā terminat. ut arma uirūq; cano troiæ post duos nāq; dactylos & unū spondeū iæ syllaba cæsurā fecit. dicitur aūt hepthemimeris ab hepta septem. & hemi semis. & meri diuisio. quasi diuisio semiseptenaria. quoniā tres pedes & semis dimidiū septē pedū est. Hemipenthemimeris est cum post primū pedē inuenitur syllaba dictionē terminans. ut musa mihi causas memora. post dactylum enim hi syllaba cæsurā fecit. Dicit̄ aūt hemipenthemimeris. ab hemi semis & penthemimeris. quasi semi semiquinaria diuisio. quia syllaba illa ī media regione duorū pedū & semis repitur. His in locis syllaba breuis pro lga nōnunquā ponitur. sed in penthemimeri raro. in hepthemimeri rarius in hemihepthemimeri rarissime. de primo Verg. ii. æn̄. nostrorū obruimur. oriturq; miserrima cædes. de secūdo Idē in. xii. cōgredior. fer sacra pater & cōcipe fœdus. de tertio Lucanus in. ii. dum sāguis inerat dū uis materna. peregi. & illud Iuuenalis. quis nescit. aut quis nō uidit uulnera pali. Sed quēadmodū hoc metrū oīs tres cæsuras potest recipere. ita necesse ē ut una ex illis recipiat pēthemimerim maxime. aut saltē hepthemimerin. alioqui uersus esset retorridus & insulsus. Carmen igit̄ heroicū sic examinabis. Arma ui. rūq;. cano troiæ qui primus ab oris. uersus est hexameter idest sex habēs pedes. heroicus. siue pythius. siue homericus. siue epicus. habēsq; duas cæsuras penthemimerim & hepthemimerim. cōstatq; tribus dactylis totidemq; spondeis. ut Armaui. rumq; ca. notro. iæ

primus ab oris. Italiã fato profugus lauinaq; uenit. omnes tres cæſuras habet. & tres dactylos totidemq; ſpondeos. Pentametrum elegiacũ. dicitur aũt hic uerſus pẽtameter annumero pedum quinq;. elegiacũ uero dictũ eſt ab eleos græce quod interpretatur miſeratio: quod ueteres miſeriam & lamẽtationes ſuas elegis decantabant.

Pentametrum elegiacum conſtat primis duobus pedibus uerſus heroici hoc eſt dactylo uel ſpondeo indifferenter & cæſura. tũ duobus dactylis: atq; ſyllaba. ut nihil mihi reſcribas: attamen ipſe ueni. Eſt autem cæſura ſyllaba terminans dictionem in medio carminis: quæ cũ poſt duos pedes caminis heroici uenit penthemimeris heroica dicit᷑.

Phaleuticum cõſtat ſpõdeo dactylo & tribus trocheis. ut paſſer deliciũ meę puellę.

Sapphicum conſtat trocheo ſpondeo dactylo & duobus trocheis. ut nocte ſurgentes uigilemus omnes.

poſtea uero etiã res aliæ eo genere uerſus deſcribi cœpta ſũt: dicente Horatio in poetria. uerſibus impariter iunctis querimonia primũ: poteſt etiã incluſa eſt uoti ſentẽtia cõpos. Pentametri uerſus inuentionẽ quidam in theoclen naxiũ referũt: qui cũ per inſaniã uociferaretur eum effecit. & elegiacus ut dicunt uocatus ab eo quod elegino eſt inſanio. Conſtat itaq; uerſus pentameter elegiacus ex duplici penthemimeri heroica priori ex dactyilo uel ſpondeo indifferẽter & ſyllaba quæ ſemipedẽ facit. poſterior uero ex duobus dactylis atq; iterũ ſemipede. ut i ſumma ſint pedes quinq;. quattuor integri & ex duplici ſemipede unus. oĩno temporũ uiginti. ſcanditur quoq; hic uerſus aliter per pedes integros quinq;. ut duo primi pedes ſint dactyli uel ſpõdei indifferẽter. deinde unus ſpondeus. tum duo anapeſti. ſemper tamẽ poſt duos primos pedes debet ſubiici ſyllaba q; dictionẽ terminet. ut fiat pẽthememeris heroica. q̃ ſi breuis ſit: excuſat᷑ uitiũ ea rõne quã diximus i hexametro. Appellatur aũt pẽtametrũ elegiacũ: qm̃ hexametro ſubiunctũ cõſtituit diſticbon. ex quo poema elegiacũ ſcribi cõſueuit. quo oĩa Ouidiĩ opera præter metamorphoſin tibulli propertii atq; plæraq; Martialis epigrãmata ſcripta ſũt. Scãdit᷑ aũt ſic. nil mihi. re. ſcri. bas. attamẽ. ipſe ue. ni. aut ſic. nil mihi. reſcribas at. tamen ip. ſe ueni. Phaleuticũ carmẽ dictũ auctore Diomede aphaleutio illius inuentore. pentametrũ á numero quinq; pedũ. endecaſyllabũ a numero undecim ſyllabarũ. cõſtat ſpõdeo. dactylo. & tribus trocheis. ut paſſer. delici. um me. æpu. ellæ & ẽ carmẽ catulli poetæ ueronenſis qui eo genere uerſus cõplura epigrãmata ſcripſit Martialis quoq; auſonius atq; Vergil. in priapeia. Sapphicũ carmen á ſappho illius inuẽtrice dictũ. pentametrũ á numero pedũ. endecaſyllabũ á numero ſyllabarũ. iiſdẽ pedibus cõſtat quibus phaleuticũ ſed alio ordine diſpoſitis. hoc eſt trocheo. ſpondeo dactylo. & duobus trocheis. ut nocte. ſurgẽ. tes uigi. lemus. omnes. Recipit autẽ hic uerſus cæſurã poſt duos pedes. quod horatius in odis fere ſemp obſeruat. catullus nõ multũ id curat. nã ab utroq; hoc genus carminis celebrat᷑. Alii hoc metrũ aliter ſcãdunt. hoc eſt per epitritũ ſecundũ choriambũ & bacchiũ ſic. nocte ſurgen. tes uigilemus oẽs. nã ut diximus finalis ſyllaba indifferẽs eſt. Adonicũ carmẽ ab auctore quoq; appellatũ pentaſyllabũ eſt. cõſtatq; dactylo & ſpõdeo. ut Boetius. nubibus. atris. cõdita nullũ. fũdere poſſunt. ſydera lumẽ. Cõſueuit hic uerſus poſt tres ſapphicos plærũq; poni: ut claudat tetraſtichon quod tribus ſapphicis & adonico cõſtat. Reperiunt᷑ & adonici ſine ſapphicis & ſapphici ſine adonicis ĩpermixti. ut apud Senecã in tragœdiis. Aſclepiadeũ ab auctore aſclepiade cognominatũ duodecaſyllabũ hoc eſt duodecim ſyllabarũ eſt cõſtans ex pẽthemimeri heroica q̃ ex ſpõdeo dactylo & ſemipede cõficitur. & deinde duobus dactylis. ut apud hymnographũ. ſancto. rum meritis. inclyta. gaudia. Alii aliter ſcandũt per ſpondeũ duos choriambos & pyrrhichiũ ſic. Sãcto rũ meritis. inclyta gau. dia. Glyconicũ ab auctore quoq; cognominatũ heptaſyllabũ eſt. cõſtãs ex ſpõdeo & duobus dactylis. ut auctor hymnorũ. uicto. rũ genus. optimũ. alii ſcandũt per ſpondeũ choriambũ & pyrrhichiũ ſic. Victo. rum genus op. timum.

Pherecratium ab inuentore cognominatũ heptaſyllabũ quoq; eſt cõſtans ſpondeo

dactylo atq; iterũ spondeo. ut Horatins in pri. car. grato pyrrha sub antro. scanditur aũt sic. grato. pyrrha sub. antro. Phaliscũ aphaliscis italiæ populis qui in cantionibus eo utebãtur: tetrametrũ est. cõstat enĩ quattuor ultimis pedibus uersus heroici. hoc est primo & secũdo dactylo uel spondeo indifferẽter. tertio dactylo & quarto spõdeo. ut Hora. pri. car. aut ephe. sum bima. risue co. rinthi. Alcaicũ ab alceo poeta dictum endecasyllabũ est cõstans ex pẽthemimeri iambica q̃ cõficitur ex spõdeo. iãbo. & semipede in quo fit uersus cæsura. deinde duobus dactylis. ut idem Hora. in pri. car. O ma. tre pul. chra. filia. pulchrior. Alii scandũt per hippiũ siue epitritũ tertiũ. semipedẽ. choriambũ & iambũ sic. o matre pul. chra. filia pul. chrior. Alcaicũ etiã alterũ quo idẽ auctor usus est cõstat ex hippio siue epitrito secundo & duobus choriambis. & bacchio. ut Hora. ĩ eodem. te deos o. ro sybarim. cur properes. amãdo. Anacreontium ab anacreonte dictũ heptasyllabũ est cõstans ex choriambo & bacchio. ut Hora. ibidem. Lydia dic. per oẽs. Sapphicum hexdecasyllabum: quod Diomedes etiã archilochiũ appellat cõstat spondeo tribus choriambis & pyrrhichio. ut Hora. in eodẽ nullã. uare sacra. uite prius. seueris ar. borẽ. Archilochium carmẽ ab archiloco denomĩatũ. cõstat parte carminis heroici q̃ appellat̃ bucolice. hoc est dactylo uel spõdeo in primis tribus pedibus. & dactylo in quarta regione. deinde tribus trocheis. ut Hora. pri. car. soluit̃ acris hyems gra. tauice. ueris. & fa. uoni. Bucolice aũt appellat̃ prior pars huius uersus: qm̃ in carmine bucolico theocritus poeta sẽper illud obseruat: ut in quarto loco dactylũ collocet: quod Verlius illius alioqui imitator negligit. Superioribus carminum generibus raro auctores utunt̃ Hora. ĩ odis frequẽter: quare si plura exẽpla uoles: inde petẽda sũt. Dimetrũ iambicũ. In carmine iambico illud est cõmune quod duo pedes pro uno cõputãtur. unde dimerrũ q̃ttuor habet pedes. trimetrũ sex. tetrametrũ octo. hoc aũt fit quia ĩ uno quoq; metro siue pede ictus seu mora quædã fit. illud quoq; his uersibus cõmune est: quod in locis paribus semp habẽt iambũ: in ĩparibus uero indifferẽter iambũ siue spondeũ. unde ã iãbi frequẽtia iãbici dicti sunt. Versus itaq; dimeter iãbicus qui a latinis quaternarius dicit̃ cõstat duobus metris: unde dimeter dicitur. & q̃ttuor pedibus unde quaternatius. octo syllabis unde octosyllabus dici potest. ut in hymno illo qd ad primam diei horã in re diuina canit̃. Iam lucis orto sydere. Iã lu. spondeus est. cis or. iambus. to sy. spondeus. dere. iãbus: qm̃ ut sæpe diximus finalis indifferẽs ẽ. quare hoc in loco

Adonicũ constat dactylo & spondco. ut nubibus atris.

Asclepiadeũ cõstat spõdeo duobꝰ choriãbis & pyrrhichio. ut Sctõrũ meritis ĩclyta gaudia

Glyconicũ constat spõdeo & duobus dactylis ut Victorum genus optimum.

Pherecratiũ cõstat spondeo dactylo & iterum spondeo. ut Grato pyrrha sub antro.

Phaliscũ cõstat q̃ttuor ultimis pedibꝰ uersus heroici. ut Aut ephesũ bimaris ue corinthi.

Alcaicũ cõstat spõdeo iãbo cęsura & duobꝰ dactylis. ut O matre pulchra filia pulchior.

Alcaicũ alterũ constat ex hippio secundo duobus choriambis & bacchio. ut Te dcos oro sybarim cur properes amando.

Anacreontiũ cõstat ex choribmbo & bacchio. ut Lydia dic per omnes.

Sapphicũ alteꝝ hcxdccasyllabũ. cõstat spõdeo tribus choriãbis & pyrrhichio. ut horatius nullã uare sacra uite prius seueris arborẽ.

Archilochiũ cõstat parte uersus heroici q̃ uocatur bucolice hoc est primis tribus pedibꝰ dactylo uel spõdeo deinde dactylo. quę bucolice claudit̃. Postea uero tribus trocheis. ut soluit̃ acris hyems. grata uice ueris & fauoni

Dimetrũ iãbicũ cõstat spõdeo uel iãbo indifferẽter ĩ primo & tertio loco & iãbo necessario in secũdo & q̃rto. ut Iã lucis orto sydere.

breuis pro longa posita est. Hoc genere carminis maior pars hymnorũ composita est:
apud reliquos auctores rarum. ut apud Martialem. & Ausoniũ. quale est huius poetæ
epigrãma ad theonẽ grãmaticũ. Aut adsit interpres tuus. Aenigmatũ qui cognitor
Fuit meorũ: cũ tibi Cadmi nigellas filias Melonis albã paginã Notasq; furuæ sapiæ
Gnidiosq; nodos prodidit. Hi uersus oẽs iambici sũt acatalectici: quoniã in illis ni-
hil deficit: nihilq; rursus redundat. Est & dimeter iãbicus catalecticus qui una syl-
laba deficit: qualis est apud Senecã in tragœdia quæ medea inscribitur. quonã cruẽ-
ta menas & qui sequunť. scãditur aũt sic. quo nam. spondeus est. cruen. iambus. tame.
iambus. nas syllaba. quod si dixeris menades. integrũ & acatelecticũ erit dimetrũ iam
bicum. Est & dimetrũ iambicũ brachycatalecticou hoc est duabus syllabis deficiens:
quale uoluit esse illud Aue maris stella: sed nõ cõstitit nisi in principio. scanditur aũt
sic. aue iambus est. maris. iterũ iambus. stella. spondeus quia in fine breuis pro longa
potest poni. quod si adiecisset placẽs fuisset dimetrũ acatalecticũ. Trimetrũ iã-
bicũ archilochiũ quẽ Varro tullius & Quintilianus senarium appellãt cõstat tribus
metris: unde trimetrũ dictũ est
& sex pedibus unde senarium.
iambo scilicet in locis paribus
hoc est secũda quarta & sexta re
gione. & spondeo uel iambo in
differẽter in primo tertio & sex
to loco. ut apud Martialẽ in pri
mo epigrãmaton. uir celtiberis
nõ tacende gẽtibus. scãdiť autẽ
sic. uir cel. spõdeus est. tibe. iam
bus. ris nõ. spõdeus. tacen. iam-
bus. de gen. iãbus. tibns. iãbus.
nam finalis breuis pro lõga po
nitur. Est & aliud genus trime
tri iãbici quod appellať hippo-
nacticũ: differtq; ab archilochio
quod hypponacticũ in fine ha-
bet spoudeũ: archilochiũ uero
iambũ. ut Persius in prologo suarã satyrarũ. nec fonte labra prolui caballino. scandiť
aũt sic. nec fon. spõdeus est. te la. iambus. bra pro. iãbus. lui. iãbus. cabal. iambus. lino
spõdeus. huius repertor fuit hipponax poeta: qui loco iãbi iducto spõdeo cõtra legẽ.
trimetri iãbici metrũ innouauit. Itaq; archilochiũ rectũ: hipponacticũ claudũ appel-
latur. a græcis uero tum cylliambos. tũ choliambos: tũ scazon appellať. Martialis mol
lem debilitate choliambon. Idẽ alio in loco. apollinarẽ cõueni meum scazon. De quo
ruffinus. poniť aut scazon. spondeũ finis habebit. Sed archilochio tragœdiæ maxime
scribũtur. hipponactico magis utũtur Catullus & Martialis. Recipit tamẽ hic uersus
frequẽter tribrachũ pro iambo & anapestũ pro spondeo. quia & si non sunt earundẽ
syllabarũ: sunt tamen eorundẽ tẽporũ. Persius. nec in bicipiti somniasse parnaso. Est
enĩ tribrachus in secũda regione. Idẽ. memini: repente ut sic poeta prodirẽ. ubi anape
stus est in primo loco. Apud eos quoq; qui hoc carmine licẽtius utuntur: in locis pa-
ribus recipit & anapestũ. in ĩparibus uero trocheũ & anapestum. Reperiť etiã trime
trum iambicũ catalecticũ: ut apud Horatiũ. mea renidet in domo lacunar: quod si di-
xeris lacunare. erit trimetrũ absolutum. Reperitur quoq; iambicus septenarius teste
Diomede qui Varronẽ inducit. & fit quotiẽs ad trimetrũ iambicũ trisyllabus pes ad-
ditur. ut apud Terentiũ. nam si remittãt quippiã philomenæ dolores. scãditur aũt sic
nam si. spõdeus est. remit. iambus. tant quip. spõdeus. pã. iambus philo. pyrrhichius
pro iambo. menæ. spon dolores. tripes est. Tetrametrũ iambicũ octonariũ: cõstat
metris quattuor: unde tetrametrũ dictũ est. octo pedibus unde octonarius. in locis im
paribus ut de dimetro & trimetro diximus iãbo uľ spondeo. in paribus uero iambo.
Sed hoc genere carminis poetæ tantũ comici utuntur: nimis tamen licenter. nã alios
pedes ita crebro recipiunt ut multi putauerint nõ esse carmina. ut Plautus in amphi
tryone. qui me alter est audacior homo: aut qui confulẽtior. scãditur aũt sic. qui mal.

Trimetrũ iambicũ archilochiũ cõstat spõdeo uel iambo indifferẽrer in primo & tertio & quinto loco: & iambo necessario in secundo quarto & sexto. ut Martialis. uir celtiberis non tacende gentibus.

Trimetrũ iambicũ hipponacticum eadẽ lege currit qua archilochiũ: nisi quod in sexto loco semp habet spõdeũ. ut Persius. nec fonte labra polui caballino.

Tetrametrũ iãbicũ cõstat iambo uel spondeo in locis imparibus. ĩ locis uero paribus iambo. q̃lia sunt multa apud Plautũ & Terẽtiũ

ſpondeus eſt. ter eſt iambus. auda. ſpondeus. cior. iambus. homaut. iambus. qui con ſpondeus fiden. ſpondeus. tior. iambus. Terẽtius quoq; enim uero daue nihil loci eſt ſegniciæ. neq; ſocordiæ. ſcãditur autẽ ſic. Enim. iambus eſt. uero. ſpondeus pro iãbo. daue. trocheus pro ſpondeo. nihil. iambus. loceſt. iambus. ſegni. ſpondeus. ciæ iãbus. neq; pyrrhichius pro iambo. ſocor ſpondeus. diæ. iambus. Sed quẽadmodũ ait Quintilianus: latini in comœdia claudicarunt: cum apud græcos comœdiæ certa lego ſcribantur.

Dimetrum anapeſticũ pindaricũ conſtat quattuor pedibus qui plærũq; ſunt anapeſti. recipit tamen & alios pedes. ut Seneca. turbine magno ſpes ſolicitæ.

Tetrametrũ trochaicũ archilochiũ catalecticum: quattuor metris & octo pedibus min9 una ſyllaba cõſtat. habetq; in locis imparib9 trocheũ. in paribus uero etiã ſpondeum. ut ſcande cæli templa uirgo digna tãto fœdere

Cap. ix. de accentu.

Rroſodia græce latine interpretatur tum accentus: tum accentiuncula: tum nota uocis: tum moderamnetum: tum uoculatio.

